

NI
i
ol

la Cruz
291

2327

521

88

18

19

20

LECTOR: seu tu unus e magna es eruditorū turba: seu mordaculus rabula: nescio an mihi laboris plus sit allatum ex te dum morsus conor effugere tuos q̄ omni ex operis cōcinnatio-
ne. Plariq; omnes estis procaciores maledici dum uestrum præclarum ingenium p̄tendere
atq; ipsi suscipi in populum solo uerboꝝ periculo annirimini. Iam uideor quassante te nares
intueri: neq; fers intendere his oculum epitomatibus. Fuit hoc arbitrii nostri sic conscribere.
Et quæ mea est una uoluptas in communi: non discretim & uni tibi qui tua ogganis pro-
teruia consulere. Campani epistolæ rerum sunt adeo locupletes ut contrahi in arctum non
possint sine iniuria Vbiq; densus ut nō constet tibi ratio magna in paruīs fusa in angustis co-
gendi amplumq; rerum aceruum archula cōponēdi. Ego id conatus sum ut epitomatis spe-
cie indicem habere te magis arbitraris (& quod aiunt) repertoriū. Ne quæso date uitio qd̄
uestri studiosus ingenio tam liberali edo Ne me sensim (nā sum natura totus, spiculofus ubi
in solertia desides laceſſunt industriumq; inertes citant) eo perducatis ut in clamem: rabidos
uos canes: ut sunt deterrimi hodie mores: alienam lacerare plus q̄ immaniter famā: ipsos ta-
men quo uestra illa præcella ingenii acuties dispici possit nihil unq̄ edere. Prouoco igitur ad
æquissimum censorem Senen Cardinalem cuius gratia spero tutum me fore.

Sis sospes quisquis es: nam omnes una charitate complector: atq; hæc imo iam plege.

LIBER PRIMVS.

Percurri nup. ¶ Papien Iuditiū profert cōmē-
tariorū Pii & historiæ Germanicæ a se illius
iussu pcurſoꝝ. Inde multa de Pii uita & operi-
bus ab eo conscriptis quoꝝ laudes prosequit̄
Vna epistolaz omniū elegātissima & longis-
sima. fo. i.

Varie undiq; mltōꝝ. ¶ Ad Secūdinū. Refert
cōmoda & incōmoda quæ cōsequit̄ ex ep̄atu
eidem a Pio tradito: & quō incius creatus fue-
rit: & commemorat laudes Pii de se: & laudes
Crotoniatū gentisq; uerustatem: Demū quā-
tum & Pio & Papien teneatur explicat: plena
rerū multaz cognitio dignaz. fo. ii.

Nisi eum te esse. ¶ Ad Papien. Enixissime ro-
gat sibi defendi bona p̄defuncti epi cui suffe-
ctus ipse erat & cōmemorat in se collata be-
neficia. fo. iii.

Petis ut ad te. ¶ Ad Papien. Validudinē suam
admixtis carminibus iocofissime explicat Tū
Teramū describit & quantam inde capiat uo-
luptatem longa est & notione digna. fo. eo.
Suades pro pietate. ¶ Ad Papien. Ostendit iā
oīa sua studia psuasū illius ad ecclesiasticā co-
gnitionem spectare & cætera damnat studia:
religionis & eruditiōis plena epistola eadēq;
longa. fo. vi.

Quo in statu. ¶ Ad Nicolau Lucensem. De
scriptio Tyburis pulcherrima. fo. vii.

Magna me libido. ¶ D. Matthæo Vbaldo. De
urbe Roma olim splendida: nūc illuue & oī
pedore defœdata. fo. eo.

Caldarine mi. ¶ Caldarino. De situ & pul-
chritudine urbis Veronæ. fo. eo.

Qd̄ Neapoli Cerilo. ¶ De urbe Neapolita-
na. fo. eo.

Qd̄ tibi Saluiato. ¶ De urbis Florentiæ pul-
chritudine. fo. eo.

LIBER SECVNDVS.

Quo in stato. ¶ Ad. P. Siculū. Explicat quā-
ta cum gloria habuerit orationē apud Perusi-
nos initio studii: mox concludens excusat se
cur ita gloriose laudes suas ad eum perscrip-
serit. fo. viii.

Litteris tuis iocūdissimis. ¶ Ad Antoniū. Do-
let ad ornatiōē epistolā conscribēn tēpus sibi
nō esse inde corrigit quædam in sua oratione
emendariq; postulat a quodam uiro docto si
qui alii sint errores ad calcem cōmendationē
factā refert amice. fo. eo.

Ego te ob singularē. ¶ Ad Perinū Pulcherri-
ma ad excitandū iuuenē ad studia litteraz ex
ingenii bonitate & maiōꝝ exemplo. fo. eo.

Pridie kl̄as Nouēbris. ¶ Ad Almeriū. rescri-
bit nihil se illius oblitū cum uirtute tū natura
sua. Admonet quō se gerat in custodienda ar-
ce sibi credita: explicat fabulā Mineruæ & de
bona ualitudine cuiusdā pauca subiicit quem
petit litteris illius hortari ad studia bonarum
artium. fo. ix.

Quid tu hoīs. ¶ Ad. P. Repetit libellū græ-
cū suum: gratas refert fuisse l̄ras: q; Sulmonen
nō sit abcessurus monet: Inde polliceſ operā
ut ipse sufficiat Indoctissimos doctores carpit
& Theocritū petit ad amicū remitti qui illi
spem fecerat exscribēdi fo. eo.

Postulas renūciari. ¶ Ad uiuā. Locosa respon-
sio rerum quæ gerant̄ Inde deridet quendam
mathematicū: quendā. M. in balneis eē refert
curāq; p̄ eo habitā significat: mox monet scri-
bat crebrius ad suos qui de se querunt̄ memo-
ria aboleri. fo. eo.

Et si litteras meas. ¶ Ad Trebatū. Initurus
amiciciā cum hoc scribit quanto iam tempore
cœperit illum obseruare. Quid deinde de
illo ad maximā suam laudem p̄dicari secum
Sulmontinus. Ac laudes Sulmontini profe-
quens adeptam gloriam in disputatione habi-

ta cum quodam mathiolo refert: Mox subdit
 bina epigrammata sua: & ad mutuā beniuolen-
 tiam dictis incēdit aliquantisp̄ longa. fo. eo.
 Nō est q̄ succenseas. Ad Iustū. Refert im-
 pedimēta qbus neq; scripserit neq; ad se acce-
 dere potuerit: & pfidiam cuiusdā narrat qui in
 emendis libris auunculi illum anteuenterat &
 redditā pecuniā rursus in iudicio repetat. eo.
 Sape me hortatus. Ad. P. Cū esset. xlii.
 annorū cœpit studere græco nactus p̄ceptos
 rem Demetrium: petit igiṛ librum ab eo quo
 græca latīna uerba absoluunt. fo. x.
 Homīnē cauillantīorem. Ad. P. Maxima
 uerborū licentia qualis ferri ab amico intimo
 debuit: accusat q̄ nō mutuet sibi libellū græ-
 cum. Inde de Demetrio laudes q̄ non sit ille
 quem arbitretur q̄ est Platonicus eoq; sibi ac-
 ceptior. fo. xi.
 Audio nō frustra. Ad Grifum. Gratulatur p̄
 adepto Romæ beneficio hortat ad uirtutem
 & dolet cum eo non posse petere Neapolim
 quo ille tendebat & ipse idē cupiebat. fo. eo.
 Tota erras uia. Ad Iacobū. Cū ceteros amet
 hunc maxime ī quo causā minima nō existat
 & docet in amicitia nō esse spectandam utili-
 tatem sed nec desperandam. fo. eo.
 Reddite mihi sunt. Ad Lucīū. Ioatur ad in-
 terrogata uellit ne quopiā proficisci Inde re-
 fert Patuuiū se iturū mox de hircis ludit ut se
 abluat quo bene olens in amplexu suo se con-
 ferre possit. fo. eo.
 Ex obitu parentis. Ad And. Cōsolatoria de
 obitu matris illi me hercle breuis & aurea. eo.
 Qualē uoluptatē. Ad Peirū. Quāta uolupta-
 te affectus sit q̄ quidā. P. dignatus sit apud eū
 discūberet: & qm̄ ille minatus erat rursus non
 uenturū ad tam laudatū cōuiuuium iocose ari-
 dum cōuiuuiū parasse explicat quo libentius
 ille accedat. fo. eo.
 Quæris ex me Hercle. Ad Antoniū. Que-
 ri illum iniuria docet cui sape ipse scripserit:
 doletq; intercidiſſe epistolā quas simillimas
 dicit esse statuis imo anteponendas Tum ar-
 guit eum prauitatis qui eo diffidentia uenerit
 ut suspicet excidiſſe illi memoria. Ac subinde
 demonstrat: Ar. puellā quæ mortua erat inter
 ulnas amāris foelicissime expirasse: Ideoq; cō-
 memorat q̄ & quæ ob amorē cū uiris & puel-
 lis occubuere suis fabularis & historiæ ple-
 na cuius cardo est oīa cupere in rem amatā
 se trasseret. fo. eo.
 Cur ego te ferreū. Ad Philip. Potentissima
 ad excitandū negligentē ad rescribēdū. fo. xii.
 Vereor ne surdo. Ad Fuscū Efficacissima ad
 excitandū negligentē in rescribēdo. fo. eo.
 Cupio ut nihil supra. Ad L. inū. Cupe se ire
 ad eos ubi possit uidere suum Galienū quen-
 dam. fo. xiii.
 Hunc litterarū mearū. Ad Tutū. Cōmenda-
 ticia eademq; uehementissima. fo. eo.
 Ego Sulmoneū. Ad Sicū. Respōdet ad pau-
 ca quædam: & Sulmoneū laudat Inde excitat
 ad curā negociū suū & cōmēdat quēdā. eo.
 Castlutius. Ad Mariū. Accepisse se a quodā
 quātā eruditionis ille sit & mira lepiditate dū
 singula negat illius uirtutē extollit. fo. eo.
 Periocūdā mihi. Ad Galutiū. Gratulat̄ pro
 decanatu: hortat ad uirtutē docēs quantū cō-
 ducat hoībus in uirtutē p̄cellere: hortat etiam
 ad obsequendū ep̄o suo de quo multa faciunt
 ut possit bene sperare. fo. eo.
 Guidus tuus. Ad Venturā. Scribit de amore
 cuiusdā in puellā a qua elusus ille mirifice ex-
 titit dū periculū de illius in se amore ardentis-
 simo cū socio noctu facere nitit. fo. eo.
 Litteras accepi. Ad De calamitatibus
 regionis suæ & pdigiis mox afflictat̄ p̄ morte
 Nelli Balionii heri sui: & refert orationē in fu-
 nere illius habitā qua amplissimā laudem est
 consecutus. fo. eo.
 Viden hunc ad te uenientē. Ad Cō-
 mendaticia est & efficacissima. fo. xiiii.
 Inuitus me Hercule. Ad Mira liber-
 tas cū amico ad quē nō erat scripturus nisi tra-
 ctus a quodā alio pallio fuisset iratus qm̄ ille
 raro scribat Inde monet de negotio. fo. eo.
 Maximo tibi. Ad Nulla diuinior ep̄la
 litteris aureis mea sn̄ia scribēda ad excitandū
 ad studia eos qui nihil magis oderunt q̄ disci-
 plinas & litterarū sciam. fo. eo.
 Litteræ tuæ. Ad Tota spectat ad nes-
 gotia huius cui scribit̄ & uaria. fo. eo.
 Nisi te in meis. Ad Monita istius pol-
 licet̄ obseruare accipitq; qm̄ ea cognoscit ab
 ardentissimo amore p̄ficisci q̄ nisi ita acrit̄ re-
 phēderet uehement̄ amare credi n̄ posset. eo.
 Credo renūciatū. Ad Gilifortū thesaurariū
 Pulcherrima plena spei ex uirtute cōcepta In
 qua querit̄ de st̄pēdio: notat Perusinos & pe-
 tit sibi fieri potestātē abeundi. fo. eo.
 Audio & quidē. Eidē. Quantū latex oratio-
 nē suā ab eo laudari qm̄ efficiat̄ ut dignū eum
 laudibus ceteri arbitrent̄. fo. xv.
 Moriturū ais. Symoni pho. Sapientes con-
 temni hodie & irrideri. fo. eo.
 Ecqđ agis tu. Targno. Ardentissimū docet ī
 illum amorē illius maximis beneficiis & uir-
 tute constatum. fo. eo.
 Scripsi ad te. Americo. Explicat quātas diffi-
 cultates patiat̄ dū diffugiūt pestē & calamita-
 tes Urbis obeuntiq; lamētantiq; memorat
 utq; sibi p̄spiciat uitaq; tueat̄ rogat. fo. eo.
 Litteras tuas. Eidem. Cur nō ante scripseris:
 ualitudinē ostendit de rebus suis de salubritate

- eis spe: nūc ex ea solitudine Intelligere quantum
suauitatis habeat hominū frequentia. fo. eo.
- Litteris tuis lectis. ¶ Io. Bap. Alfano. Qd̄ iuue-
rit amicū sibi ab eo cōmendatū. fo. eo.
- Mitto ad te parētē. ¶ Carolo Fortebra. De Bracii
p̄ris sui historia ab eo sc̄pta quā illi dō p̄rat. xvi
Fateor hoīem. ¶ Oddoni. Deputare ad bonā for-
tunā q̄ historia Brachiana censuræ suæ subiiciat̄
a quo malit resp̄hendi q̄ ab aliis laudari & pauca
attingit in laudē eius historia. fo. eo.
- Cur tardior. ¶ Ad Lucentinū. Festiuissima ep̄la ī
q̄ mira arte maxias laudes suas attigit. Quāto ho-
nore exceptus sit ubiq̄ p̄serti a Sigismūdo qd̄q̄ ī
reditu iter ē facturū. attende finē quē nō suo testis
monto sed pp̄ria laboraturū si uirum eū quātouis
houore dignū nō existimet oñdit p̄tinacia .eo.
- LIBER TERTIVS.
- Scio te plurimū. ¶ Papien. Explicat oē aī institus
rū suū & qbus studiis aduigilarit captataq̄ miro
ingentio gratia rogat ab eo cui notus nōdum erat
apud nepotē Pontificis tunc Cardinalē creatū se
collocari clausurus ep̄istolā spectare ad potentes
semp̄ auxiliari ostendit. fo. eo.
- Plane itelligis. Io. B. Crispolito. Iocāt p̄rio accus-
sādo q̄ nihil scribat: īde de quodā V̄tura: Postre-
mo de urbe roma q̄ illū p̄rio aduētū cōfudit. eo.
- Nō mediocri. ¶ Carolo Fortebracio. Oñdit læta-
ri se plurimū q̄ amore eū absentē nō destituat ac
hortatur ad studia ciuilia. fo. xvii.
- Magna fuit. ¶ Sigismūdo. Cōtentiosus sermo ha-
bitus de eo. V̄rat̄ quidā partes illius defēdit acer-
rime cui uel ob id debeat plurimū q̄ cū fortuna
nō mutatus in priori officio p̄stitit. fo. eo.
- Fortunæ ego. ¶ Papien. Captat beniuolentiā: qd̄
iter sit facturū: Inde scire cupit an dū p̄ntifici illū
cōmendarit eumq̄ solum esse ex oībus oñdit qui
de eo iudicare & iuuare illum maxime possit. eo.
- Quæ prima. ¶ Sigismūdo. Satisfactoriū in his scri-
bit de rebus tā & si leuib̄: querit̄ maxie de itinere
molestissimo: dolet intermissa studia qd̄q̄ blāditi
& assentari tā icipiat cōmemorat fluctuatiōes cu-
riales & magno se aīo p̄nauigaturū sp̄e facit. eo.
- Amitā tuā. ¶ Marino. Defendisse se amitā suā &
iustis de causis q̄ amitā & q̄ fœminā p̄batā. eo.
- Nec his qd̄. ¶ Ardicio. Qd̄ absentē sp̄ cernat &
quantū amet illū Gentiles incōmoditates pati se
multas locoz̄ refert ac properaturū quo illi mas-
turtius iungat̄. fo. eo.
- Putasne. ¶ Philoco. Mittere se carmīa: excusat se
q̄ iussus sit pingere rē nō ante agnitā: in quo ostē-
dit satisfecisse officio beniuolentiæ haud ita fortas-
se illius cupiditatē. fo. eo.
- Ex litteris Cusini. ¶ P. Beutio. Nō esse uulgaris
beniuolentiæ tanto studio illius litteras deposcere
caterū illum in se esse multo negligentiorē hoc
genere pulcherrima. fo. xviii.
- Aliquādiu mecū. ¶ P. Canonico. Laudat ingeniū
& spem ex illo maximā monet a uoluptatibus ca-
uere: & qbus: hortat̄ q̄ ad litteras in patria studio
- rum altrice. fo. eo.
- Eū sermonē. ¶ Lucio eq̄ti. Sūma capita libelli de
regēdo magistratu p̄ eum cōpositi. fo. eo.
- Ne unū qd̄. ¶ Cosmo. M. Iocofissima qua cōten-
dit epitetis Inde quærit de amicis cōmunib̄ uti sit
nauigaturus ad Sigismundū quē laudibus effert.
attende finē: quia nauiganti pendula erit signum
in puppi formica. fo. eo.
- Litteris tuis. ¶ Papien. Decernit tandē fluctibus
curiæ illi fretum se p̄mittere. fo. eo.
- Cum Antonio. ¶ Stephano. Quantū teneat An-
tonio a quo latronibus elapsus multa charitate fu-
erit adiutus. fo. xix.
- Sin quantū. ¶ Papien. Inuitat ad balnea: quem ha-
beāt medicū q̄ ficedulis interdicit ipse arripiat: q̄
illum expectent: cur raro scribat quia non habet
amplius quod petat. salibus plena. fo. eo.
- Cū a te. ¶ Papien. Conet̄q̄ conaturā se pollicitus
erat. attēde principiū p̄missa p̄ oraculis h̄nda. eo.
- Gentiles req̄res tu. ¶ Ad Gentilē. Iocāt exponēs
oēm itineris cursū ut sp̄ Gētilis aīo exciderat nūc
demū subiēs cū & picula cessarint & cōuiuia. eo.
- Si p̄ & belli. ¶ Collegio Suesano. Excusat cur nō
possit accedere ac se proinde exhibet. In quo pul-
chra mihi est uisa ep̄stola. fo. eo.
- Iā uides. ¶ Setio. Iocāt p̄rio mox r̄ndet ad rē ami-
ci: Inde p̄ponit qd̄ dici in cā principi noīe suo uer-
lit: cui etiā litteras mittit: attēde ubi oñdit esse pe-
riculosum musis aduersari. fo. eo.
- Ita ne est. ¶ Turio. Deridet hominē & duæ res ī
publicum usum & exercitationē exposite cateris
p̄stent eo modo cōfutans in se obiecta & Gentis-
lem q̄ ludum litterarium exercuerit. fo. xx.
- Binis tuis l̄ris. ¶ Braccio. Excusat tarditatē scribē-
di & cur nūc ea scriberet oñdit. Inde iocāt de du-
rissimo capite & dulcissimo dū sciat blandis uer-
bis pueris sæpe designari. fo. eo.
- Qui me mortuū. ¶ Petrucio. Rectius illum mor-
tuūq̄ dormientē appellasse & curādis rebus suis
nō dandis litteris se uiuere referēs quantum effe-
cit efficietq̄. fo. eo.
- Nunc illud tempus. ¶ Iacobo aman. Explicat sua
quādā negocia & litteras reddi nōdum obigna-
tas ubi eas legerit quo consultius rem pagat. eo.
- Gaudio ē mihi. ¶ Ad Neriū. Placet secessisse illū
uerū monet credat se nisi locis munitis ne laroz-
nes eū iuadant uirū oīm iudicio pecuniosum. eo.
- Mitto tibi orationem. ¶ Ad Sinū. Composuerat
orationem pro hoc cui mittit. fo. eo.
- Mel mihi fuerūt. ¶ Ad Mariū. Iocāt de rebus no-
bis haud intellectu facilibus. fo. eo.
- Quid agas tu. ¶ Ad Marc. Mordacissima & bre-
uis ep̄stola ad eum qui nunq̄ scripserit. eo.
- Ex Diamante. ¶ Ad V̄sum Intelliget qd̄ imoret̄
aduētū suum. Erat Diamas f̄i Surianæ. fo. xxi.
- Vbi Bononiā. ¶ Iacobo. Agunt de secretis ioco-
se Quærit de ualitudine quorūdā signat̄ inde de
itinere suo ut pareat se ad excipien̄ illū & cōmen-
dat suū quendā hylarāter scripta ep̄la. co. ii

Breuis litteris. **Morādo.** Cauillat cōtra eū q̄
accusabat q̄ intumisset accessione fortunæ ubi
diferit sup dicto Aristotelico aduersari fortunam
amiciciæ fo. eo.
Accepi litteras tuas. **Ad Mapheū** Quæ demorēt
desyderium illius cōueniendi eo.
Memoria teneo. **Ad Viriatū.** Cognoscere se quā
tum illi debeat: nota finem. eo.
Accepi his pximis diebus. **Ad Pernā.** Cognos
scere amorē in se & quantum illi teneat quē ita
amat ut ī multis supatus in hoc cæteri uincāt. eo.
Nō ego pgratus. **Ad** In negotio amici q̄
obliuiosus ad cōiuiua memoriosus: inde de scabie
articulis & sardo illis cognita: mox de sarcina li
uiana: Et bellante ad sudorē simia. eo.
Est ita ut dicis. **Petrucio.** Quære ex se alium
quendā qd ille agat cū imo ad eū scribere ipse p
amicicia debuerit fo. xxii.
Ego hic tabellariū. **Scipiōi.** De libro ut eū escri
bi faciat: & uitia refert poscitq̄ iudicium eo.
Bints in litteris. **Mario.** Curaturū se illi iueniat
bonus locus: tantū in pñti ne acceleret qm̄ cum
fuerit tempus admonebit eo.
Scripsi ad ad fendū. **Nicolæ.** Petit curari rñsum
līs & docet qd suspicet de illo qdā de uxore. eo.
Quid tibi rei. **Tachino.** Inuidet q̄ quidā quo ipse
frui cuperet sit apud illum eo.
Vetus est prouerbiū. **Victorio.** Quanta obser
uantia illum prosequit a quo cum maxima bene
ficia acceperit maiora pollicet indies eo.
Gratissimæ fuere. **Francisco.** Post mensem gra
ues quidē litteras esse redditas. Inde de suis quæ
dā defūctis: de decimis: de Basileo: de Suriana. eo.
Significasti. **Ghilardo.** Omnīū sibi iocundissi
mum fuisse curata sua diligenter negocia & rarā
in se pietatem eo iocundiorē ostendit esse eo.
Hic tabellarius. **Dulcio.** Hortatur ad uirtutem
si admiret facere se ita debere: proīde quid faciat
quibus caueat perscribit fo. eo.
Audio illustrissimū. **Nicodemo.** Esse huius fa
milix Colūnesi doctis benefacere eū se illi cōmē
dare rogareq̄ ante principis recessum historia di
ui Francisci sibi scribēda deferať eamq̄ ob causā
Nicolai gesta Piciuini reppulisse rōnib⁹ quas re
fert. fo. xxiii.
Quantū repetere. **Otoni.** Affici magno dolo
re q̄ uō uiderit hūc: & de otatione habenda corā
Duce p Baptistā nō habita eo abñte Mox pscri
bit quid cōposuerit usq̄ in illū diē: & de hitoria
Brachii multa in laudationē: petitq̄ hitoria Duce
Francisci scribēdā ad se deferri fo. eo.
Qd scripsisti. **Dulciboni.** Cōsulere loco se reci
piat salubriori Gentilē seq̄ describit in quo con
ueniat quoq̄ differant: locaturq̄ unde tanta ani
morū cōueniētia & horrat Mātūā ad se ueniat. eo.
Si tardius. **Roscio.** Captat ex ioco eplæ scriptio
nē cū iam qd scribat aliud nō habeat sicut cui ma
gna defunt leuia confectet necesse est. fo. xxiiii.
Torsiano. **Dulcio.** Incōmoda quæ ppetiunt sus
gientes pestem fo. eo.
Adoardus uester. **Charistio.** Cogitātī cui scribe
ret hic in mentē uenit cuius. refert bñficia: & des
inde cōmendat uehemēter quendā qnem ait esse
uerecūdiā maximæ in postulando eoq̄ promp
tius petit adiuuari eo.
Varii nūti. **Hautonphilo.** Nō lachrymari se q̄
dem quod est mulierū ex aduersā ualitudie istius
sed tñ mirifice ex cruciari & refert unde illi tantū
afficiat mea snia efficax & pulchra eo.
Nō potui in discessu meo. **Eidē.** Dolet in disces
su nō potuisse uidere: & rogat in aduentu Pōtifi
cis illi sit auxilio. Et qd cæteri conaturi sint: & eū
in eo totū incūbere q̄ quid expediat solus nouit
breuis in hoc genere pulcherrima fo. eo.
Libero te. **Calandrino.** Nece Pandulsi Balionit
& alioꝝ doluit acerbissime & petit eā plagā litte
ris nō renouari q̄ ille sibi se exhibeat perspectū
id sibi semp fuisse eo.
Campanus saluere iubet incudē. **Baccio.** Incus
dem eū appellat cui nō desinat /postulator iproz
bus esse & refert multa quæ exercitatiōe p̄stabi
liora fiunt: & ludit qm̄ huius crimis cām sit actus
rus apud eum iudicem quo secudo ī iuditiis nihil
foelicius fo. xxv.
Placer iocari. **Gentili.** Qualia esse debeant pa
negyrica poemata atq̄ solutæ oratiōis epigrāma
taq̄: hac eplā doceris huberrime eo.
Erras si existimes. **Seneñ.** Incognita nobis per
scribit: uti gesta sint oīa: quæ spes: & quāta homi
ni constanti in aduersis gloria eo.
Accusa tu quantum. **Distulisse** se respondere suis
litteris quibus in amiciciā recipi postulabat quo
stabiliorē sibi cunctis exploratis eū faceret amis
cum. Laudat deinde ingenium eo.
Nō sine robore. **Phylemo.** Dignitatis accessiōe
nihil elatū se: iure quidē accusari posse q̄ statim
nō scripsit neq̄ prius fuisse munera expectanda:
uerum distulisse ut peractis certis rebus solidius
gaudium posset asserre. fo. xxvi.
LIBER Q VARTVS.
Miraberis pstantissime. **Antistiti Maguntino.**
Hortaturus ut ueniat Romā a uirtutibus suis or
sus laudes gentis suæ psequit. Inde laudat Italiā:
inde Romā: Demū ondit studium Cardinalis Se
neñ in illū. Memorat postremo aliquos qui spe
ctādā: Italiæ & reliqui orbis gratia editissima los
ca conscendere. Quæ oīa ita pscripsisse cōcludit
qm̄ existimauit fungi officio pbatissimi uiri eū ad
gloriam sui incendere quā uno hoc aduentu ma
ximā cerneret illum consecuturū esse. eo.
Here mi. **Seneñ.** Fulgineam p̄fectus remittit
equos scribit tāta libertate ut nō possis nō obitu
pere. fo. xxviii.
In campū expedienda acies. **Papieñ.** Respon
de nseplæ Papieñ ad se scriptæ in qua iocose ille
cōuiciatus erat: cōfutat obiecta Campanus spicu
laq̄ retorquet tanta libertate ut inde cōstet man
feste cōiunctus nihil oī hominū memoria Cāpa

no & Papien̄ fuisse. Hanc quicūq; Campani acur-
 tiem ingenti leporē & simul illoꝝ incredibilē fa-
 miliaritatē demirari uis abiecto lege supcilio. eo.
 Ego si rusticus nat̄. ¶Eidē. Capi se nulla delecta-
 tione turdoꝝ capiēdoꝝ neq; eā gulā sibi placere:
 delectari se iam tandē cōsuetudine urbis odisseq;
 rusticationē laboriosā: neq; eū se putare lautā cōe-
 nam ante quā opus sit desudare eo.
 Læticia. ¶Loysio. Lætā ex spe sobolis: petiturum
 se patriā: acturū gratias Regi p̄ imunitate domui
 suæ sua cā donata. Quid significat cento: mittit
 grāmata: Laudat Papiensem quo familiarissime
 utatur eo.
 Extorserat mihi. ¶Gentili. Ad lras Gentilis qbus
 petebat ille in filioliū accipi tanta humanitate res-
 scribit ut ostēdat optatissime sibi cōrigisse ut ami-
 cicia inter eos foret & eū hortat ad se laudā qd
 incept: Et qm̄ tanti uiri cōmendatione delectat̄.
 Pericula ingenii exhibet sui Deniq; tota est mu-
 tuæ charitatis plena. attende in ea pulcherrimum
 athletā placere Herculi mimū Roscio. fo. xxx.
 Stuerā Petre. ¶Petro. M. Plurimis insinuationib;
 & multo ambitu deposcit quendam patriæ reddi
 Maxime Petri laudes complectet̄ fo. xxx.
 Minutule ut faciā te sapientē. ¶Minutulo. De res-
 bus uariis: uerec̄ uitiatū testamentū quoddam: co-
 heredum mendicitas solatur postea ad calcem sa-
 les exercet eis solis intellectos fo. xxxi.
 Vbi latitas. ¶Seneñ. Struit pugnā tutusq; cū hero
 in iocos pfunditur & sunt incognita nobis refert.
 Item laboriosā uenationē & inde de præda per-
 stat in iocosis. eo.
 Insania nulla maior. ¶Papien̄. Ficus digytales q̄
 dragas centū nō salutem imprecat̄: ostenditq; illi
 q̄ suo piculo certet cum eo. Conficit mox pacem
 & deniq; cuncta salibus aspergit ut solet ad Pa-
 piensem semper eo.
 Montanix sororis. ¶Seneñ. Cōsolatoria de obi-
 tu sororis mea sententia pulcherrima eo.
 Instat Monachus. ¶Papien̄. Importuni importu-
 nam importunitatē explicat monachi mira cum
 acrimonia & gratia ut is ipsi uideatur diabolus q
 monachus fo. xxxii.
 Redii tandē. ¶Eidem. Inuitat ad primā missam
 in ep̄atu suo eo.
 Dolenter & acerbe. ¶Iuliano Medi. Cōsolatoria
 de morte Cosmæ cuius explicat in se beniuolen-
 tiam & refert uirtutes & hortat ut obsequentē se
 Laurentio præstet si manibus patris gloriā cupiat
 concumulare eo.
 Floriano. ¶Laurentio. Commendaticia sed talis
 quæ efficacissima eo.
 Sex totos dies. ¶Quarqualio. Herū iuenisse scri-
 bit utq; ueniat togatus subnuit fo. xxxiii.
 Cōmendauerā tibi. ¶Papien̄. Cōmendaticia Sal-
 uati ut cætera suæ efficacissima eo.
 Ego te oratorē. ¶Seneñ. quædā cogita ill: de mor-
 te patruelis & materteræ suæ apud quos orbatus

patre educatus fuerat: & petit se consolari ut salē
 p̄stet se oratorē consolandis amicis si parū astro-
 logus repiatur tempestatibus p̄nosctandis eo.
 Antoniū tuum. ¶Francisco suo. Vidisse studio se
 A. q; eū maxime referat: hortaturq; Romā remit-
 tat ubi p̄ficere & iprobū uirū euadere possit eo.
 Minutole Laurenti? tuus. ¶Minutolo. De lite qua-
 dam: de falso rumore p̄fecturæ: de testamēto cor-
 rupto & scribā quærit ad calcem Papien̄ eum dis-
 ligere cui ipse illum cōmendauit eo.
 Paraueram. ¶Papien̄. Longe litteræ deperierunt
 & Liuii in Persios reciderūt quia interceptus ta-
 bellarius querit reuocatā donatiōn & iocosa eis
 cognita ad calcem quē attende eo.
 Marcū Tulliū. ¶Seneñ. De orationibus Cicero-
 nis & Philipicis iuditium eo.
 Quē tu. ¶Papien̄. Flexisse durissimū caput astu-
 latari q; habiturus sit apud Fulgineā fratrem suum
 & q; successit cubiculo suo successurus & pileo ex-
 pectat Bestiarionē. Et de Sutrino idē sentit qd p̄or
 nō esse nō p̄bus q sit illius ad calcē iocat̄ eo.
 Pluribus Iris. ¶Seneñ. Minus diligentē se in scri-
 bendo fuisse q; cerneret nō opus esse: & de curia
 uicina ac de calcide quæ ferat̄ a Turcis. fo. xxxiiii
 Ego inter. ¶Antonio Vrbeuctano. Explicat quas
 internatet delitias ut nihil p̄ter eum desit eo.
 Beatissime pater. ¶Pio. ii. Dolere se q non possit
 ire ad deosculandū illius pedes ante abscessum
 pressum infirmitate: consecuturum tamen cum li-
 cuerit per ualitudinem eo.

LIBER Q VINTVS.

Magnū iniecasti. ¶Paulo. ii. Laudes historiæ com-
 plexus hortat Paulum ad curam adhibendam hi-
 storiæ de se scribendæ exemplo multoꝝ qui res
 gestas a se dum uixerūt litteris mandari procura-
 uere. Ep̄la est eruditionis plena & ornatissima &
 laudum Pauli plena eo.
 Nō in paruā. ¶Regi Ferdinando. Hortat Ferdi-
 nandū regem ad bellum contra Turcos quorum
 exponit imanitātē & clades illatas: multa de Pō-
 tificis Pauli laudibus. multa de regibus Apuliæ &
 Calabriæ qui p̄ fide pugnarunt & ostendit nō tā
 utile & honestū uerū etiā necessariū pro piculis
 & gloria ab illo forti esse in animo obeundū. Lu-
 cis eruditionis & elegantix plena fo. xxxvi.
 Si curæ tibi sum. ¶Papien̄. Ad bonā ualitudinem
 reductus festiuissima ep̄la primo quā bene ualeat
 ostendit inde uenationes Papiensis explicat. Mox
 quantū affectus sit morte Pii: Postremo quō glo-
 riam Pii cū Paulo iuxerit: ad finem rogat in Pau-
 li gratiam imitti: ubiq; carmen mirando lepore
 admiscet fo. xxxvii.
 Hodie. ¶Eidem. De improviso & cōmendaticia
 efficacissima: attende cum ait nescire se in præci-
 piti. fo. eo.
 Dispari fortuna. ¶Papien̄. Ex itinere captat beni-
 uolentiā q; ille comitet̄ eos cum nō moueat Bas-
 chano transeūtibus acclamatus in tergū Turcus.

- ratio itineris: **Valtudo melior dñi Seneñ.** De epistola Papien ad gentes zc. De stilo illius dicendi notanda. Ad calcem caue intelligas uerba interpretata mihi soli cognita eo.
- Anteuertisti properantē.** ¶ **Minutolo.** Desuisse tabellarium secundū archanula sua: fidere plurimū illi. Papien semper auxiliatorē quo sine nunq̄ bene nauigauit. agit inde sales. De Volaterrani ualitudine: aestiua Romæ quæ tempora atq; uti uitanda: dolet ex obitu amici: philosophaturq; inde redit ad locos. Fuit cū hoc mira familiaritas & ad nutus mutua intelligentia fo. xxxix.
- Sero quidem.** ¶ **Philiberto.** Nihil iuuenile ī illius epistolis: sero sed aliquando tñ accepit: Laudat eloquentiam quantū Pio teneat cuius memoriā pollicet scriptis mandare eo.
- Et tēpus admonet.** ¶ **Seneñ.** Statuere se apud eū degere cuius maxima in se fuerint beneficia quorum refert aliqua ut ea fruatur saltem delectatiōe quando uideat referre se nō posse: De itinere Peruliam usq;: inde ad eum eo.
- Quantum suauitatis.** ¶ **Cornelio.** Neapolitanum lambere in morsu: non opus fuisse uisitacione in discessu locatur monetq; ne secū certet quia murum ferit. fo. xl.
- Quod tenearis studio.** ¶ **Eidem.** Cupere homines hoc falli ut eum beniuolentia dignum arbitrent: pulchra argutula. eo.
- De amore.** ¶ **Gentili.** Ociosa amicitia nisi exerceatur: nō contulisse se quidem bñficia sed paratū conferre fuisse: attende finem. eo.
- Litteras tuas.** ¶ **Roberto.** De p̄tura quam petit Senis iocatur q; salaces poetæ quibus p̄tura non cōueniant: uereri hoc ciues: sed habere eum uxorem ubi referiat: ideo nō desperare: facturum oīa se officiosissime. eo.
- Venit istuc.** ¶ **Leonello.** Referta rebus mille scitu dignis breuis: inuidet de societate. Græcis latinos antepōnit: quibus laboret morbis qnt uxorem ducit. Cōmendat Montanū ueteranū insignem uictorioris: Imitari illum milites: Carmina: q; p̄stet cito nec dicere faciam: nota stulti fortunati durissimum imperium. eo.
- Hic a quo.** ¶ **Laurétio.** Cōmēdaticia efficacissima Saluia ceruici. ¶ **Saluiato.** De saluia cum prosit ceteris articulis prosit an & testiculis eo.
- Dat mihi.** ¶ **Centili.** De frontino de aquæductib; corrigendo. eo.
- Tristis acerbaq;.** **Seneñ.** De morte patris & filii miserabili: longa lectu pergrata eo.
- Res est.** ¶ **Quarqualio.** De contentione competitorum & alia pauca. fo. xli.
- Ego quidem.** **Achilli Petrucio.** Pulchra q; hunc maxime coluerit propter uirtutē: hortatur ad contentionem scribendi iuscipiendam eo.
- Audio.** **F. Archiepo Florentino.** Pro Syrenula sua ut egrotanti canonico sufficiat eo.
- Saluate uigila.** **Saluiato.** Exaggerantissima breuisq; eplā qua impedit in negotio pcurando eo.
- Scripseram proximis.** **Venturæ.** Nulla pulcrior utilior ue ad dignoscendam quid egloga: quid Satyra quidq; elegia exigit: & quæ sit inter eas differentia: & primo iocatus erat q; scripisset minus agiolicæ & rettulit operam exhibitam amico: & quo sit in eo studio q̄ maximo fo. xlii.
- Quæris quod genus.** **Seneñ.** Quod epistolæ genus probet ipse: qualesq; sua snia esse debeant. e.
- Amisisti parentē.** **Cæsari Crispolito.** Oportere eum sua uirtute erigi mortuo fratre: hortat ad studia: parentis se exhibet loco eo.
- Veni hodie.** **Donato Actiaolo.** Factum se priorē Gentili uerū uti olim garrulitate illum superauit nunc quoq; quando ille ad se non scribit silentio superaturū. Nō infaceta est eo.
- Nec respondes.** **Xancto.** De stimulis & frenis quæ lepidius ipsa se breuis explicat legēda. eo.
- Nō scripsi.** **Ant. Vrbeueta.** Factus archiepiscopus scī Eustathii Romæ locat: notat naturā cuiusdā qui sibi eripi putat quod aliis datur eo.
- Exigis rationē.** **Domitio secretario Bessarionis.** In secessu quid fecerit post iocos ostendit quanta excellentia Bessario iudicauerit Platonē atq; Aristotelem dum utriusq; uitam & scripta perceret eplā luculenta certaminis & gloriæ. B. plena. eo.
- Fixus iam clauus.** **Papien.** De se an de illo haud liquet dicat in p̄cipio de designatis Terami magistratibus: attende elegantiam ad finē. fo. xliii.
- Cætera quidem.** **Ferufino.** Certis incerta nō eē antepōnda Romæ omnia esse incerta: agit gratias p̄ munere: & hortat ad officium in amicum p̄stitandum. eo.
- Ego pro ea.** **Laurentio.** Quantū dilexerit Syrenulam hac dat dispici. Sup̄ fructibus beneficii illius ex iure & gratia: attende finem eo.
- Vide quid tua.** **Gentili.** Capta beniuolentia rogat celeritatē uide quia arguta ad calcem eo.
- Aperui tibi.** **Rufino.** Possē illū uenire Romā nā sibi parauit locū sed esse prius cogitandū tangit mores curiæ: heu ergo sic semp̄ illa fuit. eo.
- Vide q̄ statim.** **Eidē.** Agnoscit huius in aliū sui causā collata officia quæ ita cōmemorat ut intelligat debere se illi q̄ maxime: est pulchra. eo.
- Egrotauī hos.** **Papien.** locat de trebiano: & cōmendat quendā: argutiam ad calcem nota. eo.
- Aquamellatā.** **Cosmæ proto.** Credo iocari Tute Apollinem p̄stata eo.
- Acerbe me affecit.** **F. Petrucio.** Dolet de obitu patris explicat familiaritatē cum illo & mores quibus cum laudandus fuisset durior est habitus ī filiū & ceteros & maledicus accusat qui libere q̄ nō placent: improbare: ita refert in quo damnet ut in eo semp̄ illum probandū fuisse ostendat: attende finem. fo. xliiii.
- Ego Petre.** **Petro Me.** Captata beniuolentia cōmendat quendā ut p̄mittat illū colere agrum de quo est cōtentio cuius in finibus sit cū uadem daturus sit p̄ uestigali ubi adiudicatum fuerit & docet postere rem honestam cum nefas sit p̄hibere

EPITOMARIUS INDEX

rellurem coli quod sanctæ leges omni studio curare: habet eruditione: attende quia accuta eo. Scribo ad. Gentili. Quid uelit eū apud. P. curare: petit litteras quas cū accipit lacrymat. Inde cōmēdaticia & cōuenta p illū p̄staturū se ait. eo. Scio uō ingratū. Eidē. Attende quo ingenio cōmendet iudici causæ actorē prius iocatus accusando q̄ nō scriberet: tota ediscencia eo. Romā rediit. G. Teramano. Attende q̄ efficaciter postulat cōfici rem ad uotum amici quem sibi duo Car. cōmendassent. eo. Vereor ne. Falconi. Querit neq̄ rescribi neq̄ exaudiri: & querit de Papien̄ tota ppe eplā. Vide q̄ licētia & quāta acredine nā & pulchra & acuta. Post discessū. Senen̄. Quæ gesta sunt ī cā Pilosi monachi p̄terui: de illius fuga: libellos in se porrectos & aliqua ad eā rē. Si accedat petitur uentiā sit apud se: & subiicit aliqua alia. fo. xly. Prioribus litteris. Eidē. In causa pilosi qd agit: quid dixerit ille mox in fugam dederit se. Laudat Vicariū nouū & pilosi p̄teruiā explicat. eo. Scripserā. Eidē. De piloso qd adhuc fietq̄ in cā. Et demū qm̄ itelligat illū affligi morte cuiusdam arguit illū q̄si nihil p̄fecerit Tusculanæ & reliqua philosophiæ studia quibus potuit edoceri nō esse uiri mortem deplorare. eo. Pluribus iā. Eidē. De piloso pauca postea monet qd actū in aduētū Cardinalis minoz uti allocutus eū fuerit: occurrerit & amicitia suffricuerit arte & ingenio mox quō ad se sit uenturus. eo. Minister Minoz. Gentili. Gratā habuisse salutationē suo noīe factā & ceteros se cōtēnere: Vnū Papien̄ colere: hortat scribat ad papien̄ nō de iocosis & docet se affaturū post triduū. fo. xlvi. Longū esset p̄scribere. Papien̄. Celebraturus in ep̄atu suo conat̄ allicere hūc Teramū spe iniecta lustrandi amoenissimi itineris. Inde de catella inter iocos serio pūgit. Ad calcē epigrāma eo. Vellem initiū. Stephano. Cōsolatoria de obitu filii tota sui similis & p̄biæ plena. eo. Est ne imperiū ullū. Papien̄. Cōmēdaticia pro magistris Herculano & Dominico fratribus Augustinensibus studii & imperii rota plena. eo.

LIBER SEXTVS.

Iā plane uentū. Gentili. E Germania ad Gentilem eplā hāc scripsit tanta ingenii acutie quāta admiraberis si legas: prosam carminib̄ hisq̄ uarij generis admiscet mira uenustate & lepore nifi degustes incredibili. Vnū uel primū utilitatis hēf q̄ oēs uiros eius ætatis doctos p̄censet. fo. xlviij. Ad. xliij. kls. Papien̄. Nulla lepidior Aquilæ ad gruē redierūt. Mortui ī Germania uiuūt: & ibi uere est bibere: attende epigrāma & finem nō cōtinebis risum scio. fo. xlviii. Litteras tuas. Eidē. Reddit rationē pacti itineris ī Germaniā de Magūtino antistite. De Marchione Brandeburgen̄ in laudē multa scribit q̄ cōuenierint iam & pollicet quæ ad diē fient. eo. Viuimus si nō. Eidē. Viuit si uita est: iter barbaros:

expectant Cæsare in quo salus oīs si uolet: factiosa Germania & dissident Boemi. fo. xlix. Miraris q̄ pauca. Eidē. Pauca ī cōuētū fieri magna cogitari epectat Cæsare reliq̄ uenturi sperat ubi is appulerit quem audiūt Danubio annare & de Boemicis subdit aliqua quo qsq̄ respiciat eo. Cū scribat. Quid legat qd ipse in honorē & utilitatē conetur: expectant Cæsare & refert incōmoda quæ p̄ferūt & captat in eo beniuolentiā & laetociniū totā esse Germaniā cōtendit. eo. Quoties de te. Eidē. Medio Iunio frigēt recordatur delitiarū Italiæ: hortatur ad curandam ualētudinem. eo. Cupimus ambo. Eidē. Italiā Italiā semp cogitat Italiā: augeri cōuentū. Atrox facinus punitū. De Boemicis q̄ musæ dormiunt. Sacerdoti cœcta a puella lingua dentib̄ & nota heu q̄ uō Cæsare. eo. Pendemus in aduentū. Cōpatri. Electores imperii iā aduentasse nō posse Imperatorē differri de Germania incōmoda oīa & oīa mala uide si tibi nōdum bene nota Germania est. eo. Domitio meo. Domitio. Accusat qd solus nihil scribat: cur nihil scribat Bessariōi patrono suo cardinali Niceno: q̄ parū speret de conuentu in quo segniter fiant oīa: attende finē. fo. l. Hominū qui uiuāt. Saluiato. Nihil de eo intellexisse tanto tēpore: & copiam & inopiam Germaniæ scribit notione digna epistola est. eo. Perscripserā tibi. Papien̄. Explicat post aduentū Cæsaris quæ acta Tridentinū ep̄m p̄ Cæsare gratias egisse: recensuisse clades: & multos cōuentus ne quicq̄ factos repetiisse. Sequēti die orta cōtroversia inter Electores & Oratores Burgūdos de p̄cedētia: ea sublata Burgūdos ac Venetos orasse: Aystateñ noīe Cæsaris p̄posuisse: nō placere legato p̄posita: oīa posse cōfici se p̄curet cōcordia Germaniæ factū esse delectū eoz qui p̄posita curret: polliceri oīa Cæsarem & Cōuentum esse q̄ maximū. x. militū equoz. eo. Postridie noñ. Eidē. Quo die credebāt p̄fectos curæ cogēdi exercitiū debere referre querelis & tumultu oīa agitata: p̄positū scelus de fr̄e q̄ fr̄em in uicula teneret. ueritūq̄ Spiren̄ sedē iter electores lectasq̄ lras de cladibus Turcarū ad quæ dormit egregie Cæsare. Ad calcē de Boemis & Hūgaris. Quæ añ noñ. Eidē. Venisse Saxones principes agi de tollēdis discordiis palatini & haberi rōnē redditū ad cōtribuendū stipendiis: principes accipere conditiones: sperare bene. eo. O solis o cœli. Eidē. Aurea gēmis cōsita adeo carpit Cæsare germanos & tpa Desyderiū Italiæ priō: postea trāsserit cōuētū: cā palatini inturbat Vidit coronatū Cæsare: de thyra q̄lis sit. fo. lii. Scripsi ad oēm. Eidē. Desyderiū illi nō scribere qm̄ alloquet hos q̄ interfuerūt. Oratores Hūgaros: Boemos: polonos adesse. Turci redierūt maiore manu: ipsi et p̄nt dormire inter querelas. eo. Nō scripsi. Eidē. Cognita illi nescio quæ scomo sa & mauult pire q̄ iter barbaros diutiū morari. e.

Fuisti haecenus. ¶ Cosmæ. Cura ut reuocet cura
 ut reuocet: In Germania nolebat amplius esse
 acutiei plena eo.
 Quid tu de me. ¶ Domitio. Quanta ac q̄ neces-
 saria sit in. B. sua obseruantia: hincq; insinuat peti-
 tionem praesidatū postea q̄ redierit eo.
 Crucias me. ¶ Eidē. Accepisse ex aliis gesta Ro-
 mæ: proponit spem in illius amicitia suā: & iocas-
 tur de gallo & cantu: & stulticiis suis. eo.
 Si meum consilium. ¶ Andree Lucentino. Si ex
 consilio suo actum: demigratum Germania finis-
 set iam pridem: Postea de suis & illoꝝ litteris: ul-
 timo querit iam nō pudere peccare eo.
 Nisi ex litteris. ¶ Car. Rauenati. Pulchra excusa-
 tio quando nō uoluimus scribere ea quæ scimus
 illum ex aliis scire. Bt tamen refert aliqua gesto-
 rum in cōuentu ut eredas quicqd in aliis sit latius
 fufum hic fuisse collectum. De Turcis: de lentitu-
 dine Cæsaris: de discordiis Palatini: de ratioe co-
 gendi exercitus: de translatione cōuentus eo.
 Sum tibi proximus. ¶ Grifo. Quædam eis cogni-
 ta: sed attende principiu & p coclea laternā. liii.
 Debeo Perusinis omnibus. ¶ Papien. Legato. Cō-
 mendaturus uirū perusinū cōmemorat in se ma-
 xima perusinorū bñficia uti donarint ciuitate pfe-
 cerint muneribus ciuitatis & alia eo.
 Læticia incredibili. ¶ Eidē. Gaudere se ex hono-
 re & gloria quam consequit ex administratione
 puinciae factiosissimæ eo.
 Ne Cæsariano qdē. ¶ Papien. Nouo amico parū
 deberi Valerianos cōmedat: mira in pusinos cha-
 ritas quorū parietes uellet sua causa nē dum homi-
 nes esse cōmendatos. Et Pinellum cōmendat in
 pfectura quem laudat: & qui mortuus illi nuncia-
 tus erat: iam faciet ut intelligat se uiuere crebris
 cōmendationibus eo.
 Quod pximis. ¶ Papien. Ex Ratispona Norim-
 bergam: inde ad Bambergā. pinxisse Cæsare ni-
 hil sculpisse: pacem pronunciauit omnibus: nulli
 dedit: cū faciat omnia facit nihil. Cupe nil aliud
 q̄ Italiā: inde de Legatiōe perusina ex qua est sol-
 licitus causis quas refert. eo.
 Ociola beniuolentis. Damnat ociosam beniuolē-
 tiam & æque est in beneficentia p̄stare: ac cū nō
 possis cupere: mox querit se tam latinū hominē
 permitti inter barbaros consensescere: rogat agi p
 reditu apud. B. quauis conditione qm̄ non poterit
 esse nisi ampla ex dignitate illius eo.
 Ad illam. ¶ Bessarioni Petiturus ut reuocet illum
 ex Germania in Italiam: Insinuat laudes & rogat
 ut reuocet illum ad aliquem locum dignitatis nō
 tanq̄ ab exilio reducat: & qdē artis plena ē. fo. liiii
 Tam gratae fuerunt. ¶ Teramen. Gratas fuisse lit-
 teras de p̄positura illius in qua sunt optima uina.
 De conuentu & mutatione illius Norimbergam
 Et iocatur ad calcem eo.
 Ecce sperabamus. ¶ Bessarioni. Philosophat solli-
 citus de morte pontificis. Labor in confirmandis

animis Germanorū pontifice mortuo: Diligentia
 Cæsaris ad tollendas discordias. Cupiunt pontifi-
 cem studiosum huius pugnae: illum uenerant &
 cupiunt Pauli insunt laudes nō modicæ eo.
 Censes ausum. ¶ Domitio. Præ ueneratiōe nihil
 ausum scribere. B. & desyderio tenet maximo q̄
 creetur papa & ostendit quantum id etiam cates-
 ri orbis populi cupiāt: & rei cōduceret christianæ
 affectum se læticia incredibili cū audisset oratorē
 Venetum illum nominantē ad quater. in oratiōe
 Tota applaudit Bessarioni. eo.
 Ita ne abñtes. ¶ Minutolo. Agit semp cū Minuto-
 lo de rebus abstrusis: crede eos Vestales nō medi-
 tari pudores. Nota uersus: Dat fortuna manus q̄-
 bus est nocitura secundas zc. eo.
 Durū quidē. ¶ Nico. e. p̄o. Mutiñ. Ardere se uide-
 re illū tanto tēpore nō uisum. uiuendū in tristibꝫ
 ut ad læta perueniri possit: effecisse postulata. Fin-
 gat egrotum dū nō eat quo papa statuit. Tota stu-
 dii & amoris plena eo.
 Scripsi tibi. ¶ Eidem. Cōuentus ad finem respicit
 refartiet negligentia: eplā elephantina eo.
 Lucentine iusta. ¶ Lucentino. Lucentinus iste est
 spectatus uir ille Aquilanus. D. Andreas i domo
 Seneñ ad quem scribit de auctoritate & gratia le-
 gati & petit ut instet reuocari eo.
 Litteræ tuæ hoc. ¶ Fabio Lucetino. Attende cha-
 ritatis plenā epistolā in qua cū sit iuuenis hortatē
 ad uirtutem sectandam. Nihil habet tantæ cōmē-
 dationis quantū ipsa est siniaꝝ & paternæ admo-
 nitionis plena fo. lv.
 Sumus iam. ¶ Papien. Herbipolim cedunt. Cæs-
 ram pro reditu: ophym sentiet ex litteris si olfes-
 cerit. eo.
 Nihil mihi. Hieronymo Teramano. Læticia do-
 lore simul ex litteris affectus: ignoscat breuitas
 ati. eo.
 Diomedē. Gentili. Nō potuit efficere in amicū
 quod par erat Papien p̄dit illum. Occupatissimus
 ex Diomede intelliget omnia eo.
 Anime mi. Cherubino. Occupatissimus eo.
 Alter ego. Gentili. Vide principiu lepidum Vi-
 cinior Scythis q̄ tibi: uicinior pontho q̄ Tyberit:
 Vicinior Meotidi q̄ Thrasimeno: & epigramma
 concinnū: Inde de Papien & petit cōmendari se
 & cōmendat Syrenulam eo.
 uiuo sed inter. Papien. Nota uim uerborū &
 mutus & surdus est Italiā oīno petit reuifere. eo.
 Leonelle mi. Leonello. Viuere inter barbaros
 aliquanto minus est q̄ uita eo.
 Quæ gyran. Galderio. Petunt auxiliū ipsi qui-
 dem nō Italiæ pollicentē. eo.
 Cū ad te rediero. Moroni. Iubebit illū lauari cū
 redierit septies & fetotē explicat Germanū eo.
 Sinolphe. Sinolpho. Ira in misericordiā ubi ac-
 cepit febrim obstitisse seripcioni eo.
 Staccolo meo. Staccolo. Scire cupere de prole ut
 reuerentius tanq̄ patrē familias appellet. eo.

EPITOMARIUS INDEX

Fabi cū scribāt. Fabio Matharostæ. Petit ut scribat sæpissime uel excolēdi ingenti causa Inde de Pomponio mire laudes eruditōis suæ. eo.
 Scripsi ad te iam ter. Domitio. Nota quibus careant in Germania quæ in Italia abūdant illic miraculi modo sunt fo. eo.
 Iniuste quereris. Siluestro. Ab astris oīa ergo ī cassum mortalibus oīs cura de papa creando & laudat patronū istius & nota uirtutes quibus imperio illum cōueniri ait eo.
 Cum nōnullas. Xysto. iiii. Candidi ad Victorinum de diuina generatione liber quem mittit ad papam diiudicandū dignus sit ne edi. In Germania inuentus: nota finem. Victorinus p̄ceptor diuini Hieronymi fo. lvi.
 Redimus in Italiā. Narciso Meliten. Post regnum in Italiā: Iturū se ad ep̄atum suū: inde ad regem Neapolim inuisendum quod impeditus nō dum fecit per ea quæ refert. nota: Quotiens non facimus quod cupimus & calcem eo.
 Cū ad Ratisponā. Papien. Cū puenerit Ratisponā scripturū oīa Tabellarius instat: nescit nisi grandia ordiri: etiā absens imperiosus est eo.

LIBER SEPTIMVS.

Ruimus ruimus. Papien. Ex Tuderto cui p̄sident bat mira libertate deplorat ruinā nostrā cū hi nō occurrant piculis q̄ maxime deberēt factiones & negligentia accusat patrum qui factionū capita Romæ cōfoueat in puincia interea cūcta ferro agunt. Enixū se quantū & debuit & potuit. Cetera illi curent elegans & p̄celsa ep̄la fo. eo.
 Dura mihi decreta. Eidē. Laudat retentionem prædæ factā: rogatq̄ p̄seueret & p̄donibus auxilia subducat fo. lvi.
 Quod mihi gratissimū. Io. Fran. pro. Vrbinate Dolere q̄ nō potuit in discessu cōuenire: q̄bus rebus cōcordiæ spes sublata est: expetit adesse Domitium cū quo iocundaret: addit epigrāma eo.
 Nihil dat. Saluiato. Nihil ocii distracta studiis An nōdum intelligis. Iaco. Volaterrano. Perdidit illū Papien meditat arma ex campo Hercules futurus. eo.
 Diuina. Papien. Gratias agit q̄ succurrit Tudertinorū calamitatibus mirāda ep̄la breuis. nota finem: gloria p̄ntibus memoria posteris eo.
 Vide q̄ misere. Eidē. Afflictio ex calamitatibus subditorum eo.
 Senē illū. Io. Bap. pro. Sabellio. Caput exiti cognoscit dabit aliqd cōmendatiōi suæ: ignauia p̄tifficis: sua solertia: abhorrens a factionibus eo.
 Res eodē est in statu. Car. de Vrsinis. Conatus Matthæi & auxilia sua: esse accelerandū propter proximam messem eo.
 Dusanctū. Seneñ. Nihil p̄mittere ad expugnationem Dusancti: de Tragula & cæde facta: & cruciatu qui fit ab hostibus dū dentes sagittæ alligatos acri iactu euellunt fo. lviii.
 Ego nulla ex parte. Ep̄o Pisaren Thesaurario. Cōparaudū se illi minime: amare se Andream: Ve-

rum q̄ adhesionem Matthæo hosti nō posse eū nō prosequi: multa talia: nota principitū & finē eo.
 Redit Thesaurarius. Papien. Cerne indignationem maximā ut prorumpat usq̄ ad merdam: est nō negligenda. eo.
 Quantū licet conicere. Seneñ. Abdicatum iri se p̄sidentu Tudertino cognoscit: de p̄fecto & oratoribus ad papam & ciuū ad se concursu: querit fieri iniuriā & se cōmendat: nota supplicem ep̄istolam eo.
 Habes iam mitram. Ep̄o Pisaren Thesau. De mitra & auriculis: suadet secessu: nihil noui egit in beniuolentia: cōmēdari petit expeditiones suas mendicat mercedem laborū suorū. De ualitudine cuiusdā. Caulatā refuat plena rerū & leporis. eo.
 Plus q̄ dimidiū. Saluiato. Quibus in discrimenibus uersetur extra urbem & in urbe Tudertina factionibus occurrit: attende principitū. eo.
 Quod egisti. Natiben. Rebellio Matthæi quāta fit rogat certum in locum mittat qui prædam adorianē & auferant: nota finem eo.
 Gratissima quæ. Seneñ. Populū iam deniq̄ eadem maximā editurū quando cernat nihil pareri breuibus & hostem foueri se abiturū Inde nisi accurrat: petit ignosci sibi. fo. lix.
 Rumor hic. Eidē. Rumor admoueri eum & castellanum quo urbs tota expauit: petit scribi uerū manu sua: dolere se urbis causa nō sua eo.
 An nōdum sentis. Seneñ. Cōsolatoria de obitu cuiusdā miranda eo.
 Agapitus. Sypontino. Titilatio de illius & Belsarionis memoria Matthæi exulis explicat nefanda gesta uti nō possit propulsare iniurias oppido quodam egressurus illud uastauit. eo.

LIBER OCTAVVS.

In myropolio. Iordano Spole. Fulgineæ uitā Lysandri cupit habere per horam: nota finē: obligatior quo prior. eo.
 Nō q̄ te. Remboto. Neminē cōtemnit: Rembotum magnificat. eo.
 De sacerdotibus. Vicario Aprutino. Istac es uides qua uia cōprimenda audacia de subdito turbulento. fo. eo.
 Here salue. Seneñ. Sacerdotes mittit Phrygios ab intestato morituros: p̄scribit quæ dono mittat & ridet quō opipare in puincia uiuat. eo.
 Nō est q̄ multis. Hieronymo Eugubi. Supellectilem resupinauit totam: commendat quosdam arētissime. eo.
 Quæ de Ser Marioto Vicario. Quid agat quid p̄stet talia in tota. fo. lx.
 Emiliano tuo. Grifo. Præstitit quod unū potuit frontem lætam amico Disticon: momenta prouinciales uocant: nullam uult sibi impertari amplius prouinciam. eo.
 Falconeses. Archiepo Spole. De Falcones. eo.
 Si quod aliud Numen. Ia. Minulo ep̄o Nuceri no. Tyndaridas tergeminos interpretetur Apollo sic semper ad hunc. eo.

- Vnicū numen. Papien. Gloria Papien ex gesta
prouinciasactiones suffumare Tempoz eē uitia
Successit illi: si uirtutes Papien desyderant in eo:
Integritas praxtatur. eo.
Nō dubito. Eidē. Vna labes puincia totam cō-
uoluet de menstruis aureis qui sibi soluunt p Pa-
pien Tot patroni unū clientē nō substinebūt: sine
culpa Fulginatū magratu abdicabit & talia. eo.
Cum proxime audierim. Car. scī Sixti. Legato
se commendat ne abdicetur p̄sidatu omnis ex eo
fortuna dependet. fo. eo.
- Saluate mi si saluum. Saluiato. Quanta iniuria
sibi fieret si p̄sidatu abdicaretur nota fidem: ubiq̄
terrarum notum esse se & sua legi scripta. eo.
Si dignationi tuæ. Car. scī Sixti. Agit gratias le-
gato de amplissimis promissis illius: laudes com-
plectit elegans sublimisq̄ epistola qua maxime
principis laudat beneficentia. fo. lxi.
- Saluate mi ne quere. Saluiato. Præst prouin-
cia qua dubitarat amoueri. De epigrāmatibus ni-
hil ualere nisi sint mordatia Iturus in Aprutium:
Inde ad Aquilam: Commendari & litteras reddi
petit. fo. eo.
- Graui me dolore. Ep̄o Suesano. Oñdit quō nō
sua negligētia sed culpa sui coqui litteras nō ac-
cepit: Subiicit de pactiōe facta certoz beneficio-
rū cōtrouersia & transactiōe exinde facta ibit ad
ep̄atum suum exhibet se totus illi deuot⁹ fo. eo.
- Cruciant me. Papien. De toxicatis quibusdam
& auctore necato ex Cāpano Ceturio. eo.
- Cum hæc scripsissem. Papien. Iudicium esse sibi
dissimulandum de industria prorogatio præfectu-
ræ saltem ad senestre pro quodam: attende effi-
catiam petendi ad finem fo. lxii.
- Est Spolerti Iordanus. Eidē. Piee Numen infu-
mem non thure numen in odorē In Iordano de-
fende Campanum Vna est oīm cōmendatiāz
efficacissima eademq̄ lepida. fo. eo.
- Ludovic⁹ hic Car. scī Sixti. Aduerte qua reuerē-
tia scribit nō audet plane necessitatē latinā serua-
re uti uos pro te: artis & reuerētiæ plena. Loqui-
tur de exule Spoletino uiro bono: & de insolētia
plebeoz. fo. eo.
- Ego si qd feci. Car. Papien. Captatoria uerba be-
niuolentiæ. Inde Iudit de secessu & pientinis cēla-
rits qbus sitim suā cōmendari petit. attēde finem
sup epigrāmate de Platone & Roscio. fo. eo.
- Salue mi fr̄. Gregorio. De exule Spoletino cui
remitti deposcit exilium si ex rep. eoz sit: ardētē
loquit⁹ ut ualere Spoletinos iā dicat: epistola offi-
cio quidem plena cum amicū ausit appellare
proditorem si nō amantem. fo. eo.
- Dulci meo. Dulci. Hō iportun⁹ sed officiosus: ē
aīus fortuna: aīo fides maior. De exule Spoletino
uide Cāpani in amicos summā charitatē nullus
illi amicus mediocris qui amicus. fo. eo.
- Frattis tui sic acta. Papien. Prorogātā prouinciā
quantūq̄ sit suus Legatus: & uota in se prouincia-
lium uirtifica nota. fo. lxiii.
- Here salue spero. Seneñ. De bñficētia legati. eo
Cerasi mi salue si putas. Xancto Cerasio. Iste
fuit in p̄sidatibus secretarius: Iudit de amore & lu-
cerna & epigramma uacuum curis oportere esse
uatem & petit se cōmendari. fo. eo.
- Campanus Gentili meo. Gentili. Quanta fuit
cum Gentile beniuolentia: quot subiturus ille sit
ex mitra incōmoditates. De Papien q̄ Romæ nō
est is q̄ est: epigrāma: pdit laborē. De libertate ue-
nandi añ mitrā illi erepta. De rebus aliis deinde:
attende principiū de Eudoxo & Vlyxe. fo. eo.
- Maluissem. Honofrio. De ponte edificādo ostē-
dit ex oibus accipere illum aduersari indebite &
multa in hanc rem multū confidenter. fo. eo.
- Rettulit mihi. Gentili Spoletino. De multis hu-
ius causis in quibus nihil terminauit: quo ex snīa
illius oīa peragant. Iudicis ad partem epistolam
attende. fo. lxiiii.
- Binas litteras. Ant. Pistorien. De pedagogo pe-
tit ingenii periculum. Quibus rebus moueat po-
pulus. fo. eo.
- Numen meū lōgo interuallo. Papien. De mor-
bo comitali suo. Poeta olim porro platus futur⁹.
De lris & negligentia ex securitate de Seneñ cō-
gratulatio: de exhibita opera: de rebus aliis mirā-
da epistola digna memoria. fo. eo.
- Ad cætera tu quidē. Eidē. De Theaneñ aut Tris-
caricēñ episcopatibus quos petebat obtineri: de-
bes existimare ingenii hic eum uires omnes ad-
hibuisse. Tu eam lege. fo. eo.
- Animo cupiēti. Papien. De Theaneñ ep̄atu: res-
fert beneficia in se multa. Solidum petit: disticon.
Vehemens & affectata. eo.
- Dominū Siluestrum. Eidem. Cōmendat quem-
dam quem locat in domo Papien. eo.
- Prædixi tibi rabiē. Eidē. Amotus p̄sidatu Fulgi-
neo mittit Tyfernum p̄sagit fatum suū: dolet de-
stitui a Pientinis: frigidus Papien: egrotus Seneñ
cæteri sua quisq̄ studia sequunt: aduersant etiam
nōnulli: Valete Pientini: mensurnos petit: & mi-
natur. fo. eo.
- Eximīa pietatis. Grifo. Agere se minime
posse pares gratias. De beniuolentia in se Cardi-
nalis scī Sixti defuncti. Grifum i illius succedere
locū studio in se & diligētia amiciciā ociosam &
tota elegantissima. fo. lxy.
- Non adhuc possum. Ferosino. Cerne eloquen-
tiā cerne ingenii dextritatē: dolet ex morte Car-
scī Sixti. Captat beniuolentiam ex fratre cui huic
foelicissime cōtingit inseruire: memoriam polli-
cet: scriptis celebrare. eo.
- Breues qdē. Papien. Spei plenas accipit litteras
ab ipso amicoz oīum primario quicqd id sit con-
fici postulat. fo. eo.
- Quod Affisiatib⁹. Papien. Habet gratias q̄ pas-
uerit Affisiatib⁹ suis quoz urbē & mores describit
ut digni uideant oīum hominū ope. eo.
- Breui interuallo. Alfonso duci Calabria. Re-
spondet uirtutes i illo maximas cōmemorans:

& captata beneuolētia se cōmēdat: reddi Cāpaniā postulat: spectat hoc ad petitionē Theanē. In qua tanq̄ domi & in patria quiescere desyderat. fo. eo.

Hōi cordato. Andreae grasso Lucano. Breuis epistola uolumen magnū aut amicus aut proditor: perstet in amore. fo. lxxvi.

Pieratē in me tuā. Antonio Petrucio. Cur tātope Theanē cupet ecclesiam. eo.

Priuatorū hoīm, Regi Ferdinādo. Principū esse q̄ plurimīs pdesse. littera credentia sicut uulgus nuncupat. eo.

Non adeo accusari. Antonio Gazo. Virtus semp elucet: afficit ad supmū: breuis sed hoc genere rara. eo.

Ex Perino. Seneñ. Excusat se ab accusatiōe paucorū nouatorū q̄ illū insimulabāt q̄ magistrau octo uiroz Fulginē amouisset. attēde finē qua gratia habitus ubiq; nūc primū idēbitē accusetur. eo.

LIBER VLTIMVS.

Veni Tyfernū. Seneñ. Venisse Tyfernū: accepisse omen ex uexillo Pii inscripto iusignibus: unius ciuis naturā oīmque ciuiū in illū obseruatiā explicat: subdit de Theanēsi. Pulchra mihi uisā epistola: Tyfernū describit. fo. eo.

Tudertū siue. Patriarē. Gaudet illū Tudertum uenisse: sed iprobat cōsilia huius qui nūc etiam cupiat in piculis se obiectare flammis & Tuderti cōponēdi difficultates exprus ipse memorat: & oī rei quietē esse: pponē q̄ ipse deniq; cupit facere: grauissima eplā cōsilio & patientia plena. fo. lxx.

Minutolo meo salutē & fortunā. Minutolo. Exarsit illius desyderio ubi pprior factus est: de Tudertino statu suo: & Tyfernatis. fo. eo. Hęc ciuitas pater. S. Sixto. iiii. pont. Fatalis eplā in qua dū quæ sentit recte libere ēt scribit odiū ppetuū cōtraxit quo nō liberatus est donec interit. Par Philippice Ciceronis quæ illi mortē sicut huic exiliū: & deniq; calamitosum exitū ui eloquentiæ & libertate bouis oīs bus laudāda attulit. fo. eo.

Attulit mihi serenitatis Terami. Duci Calabriae. De diligentia & laudibus huius in componendo Teramo. eo.

Anceps iusticiæ uultus. Antonio Gazo. Vide quāta arte cōmēdat hūc q̄ uale dixerat de principe. Cautissima epistola & quæ semp p honestate mira gratia depugnat. fo. eo.

Amantissime Salutate mī. Salutato. Causæ recessus sui ut eidē augeat gratiā comitis Hieronymi scribit qd actū in leniēdo pōtifice: libertatē linguæ accusat suā dū uidet uera scribere: nō posse in odio pontificis uiuere q̄ sibi tot cōtulerit merita quæ explicat: a quo audit phiam Perusia. De Nicolao Vitellio p̄cipe factionū Tyferni q̄ Romā pfectus erat: agūt

cū illo & cū Comite sicut sibi in rem suā melius expedire uidebit. fo. eo.

Incōsiderati erroris. Sixto. iiii. pont. Supplicat Sixto ueniā sibi dari incōsiderati erroris cōsideratissima p̄ sua clamētia & memorat i se officia. fo. lxxviii.

Benignitate tua. Car. Māruano. Incōsiderate celeritatis ueniā suā itercessiōe petit ipetrari.

Errorē meū intelliges. Epō Mutinē. Petit auxiliari in rē quā hic sibi lator exponet. eo.

Vetus amor. Eidē. Cōmēdat patruelē suū nota principiū & ad qd amici si nō aliqñ p̄futura breuis ē tota ipsa qdē hoc genere aurea. e.

Quarquli salue. Quarq̄lio. Neapoli uenisse q̄o susceptus & qua spe rogat opē suā ad quā p̄staudā tenet: attēde uim īgeniū i rebz in certis quō explicant oīa uenustate mirāda. eo.

Quid audio mi Saluiate. Saluiato electo Pisano. Somniat: an uere audit esse eū ep̄m Pisanū electū. Inde de se qbus scripsit q̄ leue crimen suū: p̄ mortali petō īmortaliter plectit.

Quid agat docet. Despatus est: minat: incendit: cōmēdat Frañ. una mihi ceteras uisa est supare sed in singulis sic euenit hęc tñ ardentissima. fo. eo.

Quid scribā. Nucerinō. Explicat quō cōtingit q̄ tā ardēt & īcaute scripserit ad pontificē: Vnde tantope plectit rogat opē. Insignē contumeliam ostendit. fo. eo.

Grise mi qd enim. Griso. De fide & ceteris Grisi uirtutibz: quō susceptus Neapoli: cōmēdari pedibz papæ rogat: nota finē: detrahit p̄cipi q̄ de clamētia desperat. fo. lxxix.

Aio destinato. Sraccolo. Nō sua negligētia sed instructorū historiā Comitū Hieronymi pfectā nō esse: quæ spes in Neapolitanis: satis ex curia mercedis cōsecutus: p̄ ceteris corona sibi iusticiæ: attēde principiū. fo. eo.

Officiosa diligētia. Lucæ Lucēsi. Quadam haud satis explicita. nota principiū & finem. Officiosa diligētia: & docti doctos. fo. eo.

Ego litteris. Antonio Petrucio. Grauius familiola dū expectat Neapoli efficit p̄missa crateres abalienat: rogat opē celerē. Vide hominū fara. O litteras: o tempora. fo. eo.

Neapoli ueni. Duci Vibini. Quā insigniter iuidia aulicorū sit elusus Neapoli. Nihil p̄fecit se illi cōmēdationē quo magis dolet: redit Teramū Petit supplementū historiæ suæ ad se mitti: nā oīno est p̄fecturus: nota pulchrū obiectare uirtutē piculo. querit de fortuna & colloquium cum rege inopinatū. fo. eo.

Nō possum. Ill. Duci Io. de Aragonia. Desideriā sui cōparatū. Dolere non posse uersari apud eū de cane carmen heroicū. fo. eo.

Cupiebā qd tu. Confessori eiusdem Ducis. Dolere nō potuisse apud eum principē esse i quo spem oēm suā locarat Carmina & cōmē

dari petit addit de cane sagaci. fo. eo. **ligit causam corā explicaturus.** fo. lxxii.
 Numen meū. **Papieñ.** Quō oīa in bonā Meoz qsgs. **Papieñ.** Leuatio aduersitatū
 partē accipiat a Senē in re Francisci sui de qrela porē suus Papieñ & cōmēdat quēdā. eo.
 Aarchip̄sbyteratu scī Eustachi. Laudat Fran. Mitto nūc. **Federico. d. Angeli de Urbino.**
 cui ob uirtutis & futuræ sp̄. p̄bitatis mun⁹ id Cōmēdat quēdā: de historia Urbinate se indi
 cōtulit ne uirtuti desit auxiliū. Quantū despet gnū scriptorē: sed testē tēporē & admiratorē
 Neapolitanis. De duce Aragoniæ uti de se futurū: de libertate calami & errato suo alios
 multa cū illo in laudē collocutus sit: illius mo nocentes Impunes carmiā condidisse: se uero
 res & naturam explicat. De rebus aliis Curia nulla culpa plecti indigne. fo. eo.
 scita: & de litteraz fasce reddēdo cur de pa Iā diu nihil. **Questus q̄ nihil scribat de for**
 tria illa nihil scribat: texta rerum copia & ele tuna sua cōmēdat quēdā. fo. eo.
 gantia incredibili. fo. lxx. **Male mihi igit.** **Frañ. de Castello.** Pūgit ne
 Fabi mi salue. **F. Lapiro.** Tempus: ætas: for cessariū suū excitatq; ad sua negocia curanda:
 tuna: uirtus: oīa possunt: rogabit aliquando ac sperat de se aīcā fortunā. Cōmēdat quēdā &
 cipere quod nūc consequi nō p̄mittit. fo. eo. **Quarqualiū salutarī petit.** fo. eo.
 Ad singulā. **D. lo. de Aragonia.** Solā uirtu Clamo coelū. **Saluiato.** Cuncta agit at auxili
 tem fœlicissimā facere principē: attende quia liūq; deposcit nemo succurrit: de reb⁹ syrenu
 Moralis de cane epigrāma. fo. eo. lā: de cæteris: totus incūbit ī comitē. fo. lxxiii.
 Querit cur sibi uerba īmerito tanta data sint? Dolent amātissime. **A. Lucētino.** Cōsolato
 mordet & demulcet: rogat amouere milites ria de obitu uxoris ep̄itaphiū addit pulcherri
 ex certis hibernis: redit teramū quia nihil ha mum. fo. eo.
 bet ad se diutius sustentandū. fo. eo. **Theſaurus.** **Archieſo Amalfitano.** Theſau
 Dum hic Neapoli hæreo. **Luca Lucensi.** ri loco lras suas habere: agit gr̄as p̄ his quæ se
 Quantū debeat huic: Quā insigniter a secre facturū pollicet Cōficiat orat Comitē Matha
 tario elusus: Petit Teramum Inde Romā ufus loni miris laudib⁹ psequit Curet ne ītercidat
 ras aliena clāmentia quam inter suos non in lra Papieñ ad eū Neapolī missa: succensuisse
 uenit. fo. eo. pro denegato cane: quantū aduigilet. A. ī scri
 Ad hunc usq; diē. **Antonio Gazo.** Absce bēdo qd̄ iussit. Venationē mēorat: despicit cu
 dere se iam tandem Neapoli ubi præter ma riā cacat execat icacat: hēt multa pulchra. eo.
 gnificas pollicitatiōes nihil est cōsecutus. Do Clarissimæ dñæ. **Ant. Gazo** De egritudine
 lere nō posse inferuire dño lo. de Aragonia. sua Vertiginis ubi cōtracta: & de p̄p̄oz oīm
 Inuisurū cōmatrē & alia eiusmodi. fo. lxxi. medicis ad se missis: quō pass⁹ Neapoli. lxxiiii
 Accepi litteras. **Saluiato.** Dolet de cōro Sero qd̄. **Duci Calabria.** p̄missum librū
 uersia Pisani ep̄atus & indebite illū repudias uittit q̄ emēdatissimū euerſas bibliothecas &
 ri ostendit de oratione: petit diē scribi ut sciat copia ī Germania libroz q̄ maxime obseruā
 quid facere. fo. eo. tur & de moribus eoz qui de se ad singula no
 Scripserā proximis. **Duci Urbini.** Vti elus tra colloquia loqui putant. fo. eo.
 sus sit Neapoli narrat: de documentis pro hi Vere accidit. **Antonio Gazo.** Cōmēdat q̄
 storia mittendis. fo. eo. diligentissime amicū qui cupiebat Neapoli ī
 Posteaq; **Archieſo Amalfitano.** Hora no Iudicem deligi. fo. eo.
 etis tertia uigiliæ natalis dñi appulit Teramū Cū scribā. **Saluiato.** Crudelissimū appellat
 multis hic difficultatibus uexatus: Venationē q̄ nihil scribat: nota finem & de tempore rerū
 instituit. Nasutum canem tot ineptiolis petitū omnīū uictore. fo. eo.
 petit & se cōmendari. fo. eo. **Numini meo.** **Papieñ.** Cōmendaticia qua
 Causa haz lraz. **Car. scī Petri ad uincula.** nulla potentior. fo. eo.
 Cōmendaticia doctoris Vicarij. fo. eo. Cū secundiores. **Papieñ.** Pro beneficētia &
 Fui Neapoli. **Papieñ.** Numini p̄sentaneo argento misso gratiā: habiturū se epigrāmatū
 suo Papieñ. Qua fortuna accep̄ Neapoli de delectū sicut cupit. De Cauellis & Senis sco
 moribus filioz regis: ubi futurus sit. fo. eo. mata & disticon. fo. eo.
 Quantū doluerim. **Pinneñ ep̄o.** Cōsolato Quæ cupiā. **Saluiato.** Ex Antonio Senē ī
 ria de obitu fr̄is istius: subiicit alia pauca. eo. telliget oīa quē mirifice laudat: de epl̄is quoz
 Ego si qd̄. **Ad Laurentium Medicen.** Susce uolumē crescit: nota finem q̄ ex mora crescit
 pisse se semper defensionem honoris sui nu usura. fo. eo.
 per Neapoli ubi sermo contigit de illo & uir Grife uales. **Grifo.** Hūanitate sua factū ut il
 tutes refert et hortat ad bñficiā. De Saluiati lius pinde ac p̄priis utat rebus. Cōmēdat An
 cōrouersia sup Pisano archieſatu & talia. eo. toniū suū enixissime. fo. eo.
 Herē mi saluſis. **Seneñ.** Teramū e Neapo Ill. dñæ. **Duci Urb.** De historia sua p̄fecta: &
 litanis rediſse qd̄ illic p̄fecerit. De archip̄sbra laudes cōplectit illi: quātū fert epl̄a: diuinaſq;
 tu scī Eustachij & Syrenula sua quā merito di extollit uirtutes. fo. eo. **Einis.**

PIICOLA MICHAEL FERNVS PIISEI CAMPANI RESTITVTOR
 PICOLOMINO F. CAR. REVERENDISSIMO
 AVSPICI SVO
 PIENTER REPOSVIT.



NON possum satis demirari Pater amplissime in tanta librorū im-
 pressionē quæ tanta obliuio: quæ tanta nescio dicam negligentia:
 an bonorum ingeniorum liuentia nostrum Campanum inter late-
 bras: in obscuro defordescere: obliterari: & prope deperire pate-
 retur: alterū certe nostri aui decus & ornamentum: Vnicū uiuacis-
 simi ingenii & eloquētiæ: nō dico rarissimæ: uerū post unū Cicero-
 nē nunq̄: postea auditæ: & quale posterū requirēt ī suos: exemplū ab
 natura: & diis immortalibꝫ ad ostentationē potētia suæ & delicias ī mortali corpe uno oīm
 uirtutū cōcumulandas proditū. Heu desidia: heu luor. Equidē nulla admirationē capior
 cum cogito tot p̄clara ueterū monumenta concidisse: quibus nō solum res latina illustrari
 poterat: Verū etiā quæ si extarent multarū rerū cognitionē nobis afferrent: sicut Lūian-
 næ Decades: Salustiana historia: Trogi Pompei. Q. Curtii: Fastorū Nasonis: multorūq̄
 aliorū ps bona: qñ cōstat formas has n̄ras literarias nōdū in lucē tūc p̄diisse. Et erāt oīa
 ingenti cōparanda nūmo: ut is inter speciosissimā diuitiarū ostentationē maiores crede-
 ret confasse & p̄pe regias opes: qui numerosiorē bibliothecā cōgessisset: Et potuere bel-
 la & impetus Barbarorū multa delere. Nosti tu hæc oīa quotiens nō libris modo: sed cæ-
 teris etiā opibus spoliata fuit Italia. Caterū longe dispar Campani rō. Nemo illius scrip-
 ta nō admirat: nō inter penitissima scrinia Thesauri loco recondit. Et dū discriptū unus-
 quisq̄: illum sibi asseruant: mēbra plusq̄ impie & īmaniter diuellūt: corpus unū nō curāt.
 Nemo bonus litterarū cultor. nemo uirtutis studiosus p̄pagator: nemo ingeniorū illustrandū
 uerus amator illius gloriā: quam singuli admirant: in sūma Italia quiete: ī mīnifica īpres-
 sorū facultate & copia curare uidebat. Vtinā aliqñ defectus ab istis mancipibus habeat
 qui dum oīa formis cōmittunt nullo delectu rem literariā contaminare mihi uident. Et
 quo uno nostra gloriari poterat atas inuento uereor ne p̄stabilis nō inueniri fuisset. Ne-
 mo tam illatinus: & tam postremæ ruditatis: tā obsoleti ingenii nebulosus: qui ineptias suas
 depromere nō audeat aternitatemq̄ ex petulantia & temeritate sibi despondere. Si quos
 bonos auctores nanciscant eos domi magistros ad imitandū sibi in abstruso habent: ut
 quod inde desumpserint ii ipsi nup̄ attulisse: frontosi hoīes uideant. Quod unū mea snia
 effecit: ut bona ingenia plarūq̄ diutius delituerint: semp̄ edita prauissima: quæ dū lucem
 sibi quærūt caliginem ac nubem nobis p̄icā important. Nō potui ego deniq̄ Pater Re-
 uerendissime ubi tantus uir innotuit mihi conuiescere quin ad suā gloriā Campanū uel
 maximo meo incōmodo: meo maximo sudore raperē. Furebant bella. Galli depopulatu-
 ri urbēq̄ excindere iā uidebant: cūctaq̄: ferro igni cessura: Hoc ego ardentior erigebam.
 Campanus mihi noctu: Campanus mihi interdū: in foro: in mensa: ante oculos obuersa-
 batur. Pereant si cætera polite Campane tu uiues: Tu festum ære sonoro tibi conciebis.
 Campana media in Italia sono incredibili sopitos excitabis: dissipatos litterarū cultores
 cōuocabis. Per deum īmortalem quid aliud: qd̄ aliud: mortales quarimus: quo illas opes
 tanto anhelitu conflamus: si nō excolitur quæ una sup̄stes nobis erit uirtus: si non curent
 ingenia: si bonis litteris nō est premiū: si contemptui: si obprobrio habemur studiosi quæ
 reliqua mansura de nobis est gloria: Fatebor equidē nec gloriosius de me loqui: qñ ira ē:
 addubitabo. Quantus meus quantus est in cōquirendo uictu & cogendis pecuniis labor
 Totus eo spectat ut ad uirtutē cōferat: ubi si proficiam exiliter: id nō lentescētis & prope
 exanguis conatus nostri: sed fortuna nescio qua cōtingit iniuria: quæ me ad forū uel inui-
 tum educauit barbariæ plenū In quo dū nō alia se mihi obtulit cōquirendi uictus rō p̄pe
 hoc exigū emarcuit lragē studiū paulatimq̄ suo nitore deradit: & cætera uirtutes inter-
 dormiūt: sed ad Campanū. Tuas igit̄ propere petii a des q̄ illius disciplinis iuniorē te
 imbutū audierā: p̄claraq̄ illum & īmortalia ex te & a diuo illo Pio auctulo tuo Pontifice
 maximo: nunq̄ gloria uirtutū: rebusq̄ maximis gestis interituro beneficia: sicut uobis pe-
 culiare fuit & genuinū celeberrima quæ quæ: ipsi īprimis quæ consecuti essetis cōfouere
 īgenia: rettulisse. Hinc ab Lucētino uiro qd̄ p̄batissimo multis p̄cibus: spe illata maiori q̄
 plurima habui. Tu cū in sermonē de illo q̄busdā p̄pe beniuolentiæ manentisq̄: charitatis
 & obsequantiæ pedibus mecū uenisses: Ita illum p̄secutus es: ut discipulus gratissimus tan-
 tis laudationibꝫ maximū honorē uel inde p̄mereret. Me uero hoc impensius iam plus q̄

trāstina
 cūta

mediocriter caleſcentē ſuccendiſti. quo tu cuius doctrina parem hodie facile haud iuenit
 ut q̄ diuinā uel auunculi uel iſtius eloquentiā hauiſti torā: ſoluſq; utrāq; noſtro auro aſſer-
 ues: tam ampliſſimis laudibus illū extuliſti. Circūtuli inde oculos: ſcītatus ſum: & cūcta ſi
 qd uſq; illius eſſet colluſtraui. Dicā tñ nec me ſyrmoſa oſo cōpeſcer: dicā: Viſa ſunt mihi
 Cāpani opa diuinū quoddā corpus: diuīq; demortui ſpoliū. Qd̄ ita doctiſſimus qſq; ſūma
 ueneratiōe diſcerneret ut cogi poſſe totūq; cōferri deſperare. Tenaciſſimus qſq; fuit illi
 & quoq; potior eſſe debuit cura illi oſcitatiores ſeſe pſtiterūt: hos uerbis allexi: illos ſpon-
 ſionib; exuſcitauī: iſtos ſcībuz: illos cōtumelia agitauī. E Medioloano e Cremona e Perus-
 ſia: Ex Senis: Ex Floreū. Ex Vaticana bibliotheca: Ex ipſa paſſim Vrbe multa cōtraxi. Iā
 deniq; cōpoſ uoti illū in lucē: & ab obliuiois iūria uindicauī: Quāta dñi boni rei ſcīariæ
 auctio: quanta ſtudioſis oībus læticia parta. Et quo maior erat illius fama q̄ lectiōis copia
 quo maior expectatio & uehemētius deſideriū: hoc ſolidi peditiōis gaudiū & expſſior erit
 gratia. Poterat is autē ſine duce: ſine Numīe: q̄ totus Numinis: totus maietatis plenus ē:
 undiq; expectatus: In p̄p̄loſ: p̄ gymnafia: p̄ regna: p̄ urbes ſuo ipſius fulgore ſubnixus in-
 cedere. Nolui ego tñ cæteris plus ſape: & uolui: q̄ tuit erudiſſimoz omniū: morē edens
 do ſeruare. Et cū tuæ familiæ acceptū haberi debeat quicq; lumīſ ille nobis cōtulit ī qua
 altus: & ad ſc̄laras dignitates: ſpem etiā maiorē: ni fata aduerſata fuiſſent ſublatus: ad hoc
 quod toti orbī p̄feret bonū fomēta accepit. Ita tñ diſcimē quoddā inter P̄res adhibui ut
 tu epistolaz dicatiōe Quas tuo Numini ſacramus: cōtentus eſſe poſſes: q̄bus cōſcribens
 diſ ſub te addictus fuit: In q̄bus tu frequēs cū magno Papiēn altero familiæ ueſtræ alūno
 magnā excreſcētis uolumis partē effeciſti. Tum uel maxime q̄ prima illa eſt de Pio tuo
 nunq; ſine religioe quadam & recolenda p̄ſatione noiando tanto candore: tanta ingenii
 acucie: ex eaz quas p̄censet rerū fide & ueritate: eplā. quæ niſi te lanitore ad reliquas ad-
 tum nō debuit aperire. Vnus mihi porro in cæteris expetituz & neceſſarius in Cāpano
 ſupuacaneus & ineptus: illius ſi qdem & operū ſuoz quopiā ſc̄laro ſc̄onto cōmendandi
 ereptus eſt labor. Nā & tu ea es ī tuos charitate ut etiā functis illis qdē nūq; obliuifcaris:
 & illius diuinā eloquentiā: ſūmāq; in eplīs elegantiā: feſtiuā grauitatē: & mirā ubiq; digni-
 tatem qui uolet cōmendatiōibus p̄ſequi is mihi nil aliud moliri uidebit q̄ dū nō p̄t ſuo
 ingenio illius laudes æquare manifeſte illi detrahere. Sūt Ciceronis eplā familiares q̄
 dem & ad Atticū luculētiffimā: Et quales parēs ille eloquentiæ nō alias potuit cōſcribere
 Plenæ lucis & magnificētia: plenæ dignitatis & maietate illa Romana admirandā. At
 quas ſi imitari uolueris poſſis ſane: ſed ita ut cogaris ab eo quod ipſe aſſerre uelis parē dū
 niteris dignitatē aſſequi: ſicut alienū palliū nunq; nobis recte coapat: longe abſcedere:
 & quicq; ſcripſeris nō aī iudicio & ſenſu ſed ipſoz uidearis uerboz gratia ſcripſiſſe.
 Sūt Plinii itē eplā quaz Terſiciē nemo adhuc deſinit admirari: fortaſſe aliquāto interci-
 ſa nimis & elucubrata: quod q̄ eniti uoluerit eius debet eſſe memor poſſe id laboris ope
 quopiā. expectatiōe maiore cū laude ip̄endere: q̄n eplā ea eē. debet quæ nō emūcta ſed
 e manibus uideat ipſa p̄pe excidere. Sūt & Philoſi: ſunt Petrachæ: & ſunt alioz q̄ pluri-
 mā: Vt hæ oēs incertitudinē ſcribēdi hoc ſuo eplāz cumulo uideant attuliſſe: nullā pro
 neceſſitate cōſuuliſſe. Hic mores carpit: totuſq; ad oſtentionē quandā p̄tendit bonita-
 tis: ingenii: doctrinæ: ille p̄duro quodā ſtilo: quas ipſe aut cōfinxit p̄im eplās: aut p̄im in
 ſcholis declamarat nixus eſt ad poſteros demādare. Campanus ea fuit ingenii p̄ſtantia:
 ut nihil nō elegans: nō poſteritate dignū poſſet p̄ſcribere. Conſolatorias ſcripſit: ſcripſit
 cōmēdaticias: ſcripſit abñs a negotiis inumeras hortatus ad ſtudia. Laudauit uirtutes: mo-
 nebat: p̄tebat: rogabat: cōtendebat: nullo labore: minori cura: pauciore diligentia: ut ex-
 cidiffē nō uiderent excriptæ. Oēs nihilominus ſummā elegantiā: ſūmū nitore aſſerre: ad
 eruditionē noſtrā ad ſpectatos mores inuentæ. Ridet cū paribus: ludit: iocat quod aiunt
 ſpiculoz & ſalis plenus: ut nihil delectabilius: mordacius: ſapidius nihil. Si q̄n aſſurgere
 res poſtulat: & maietate p̄ſonaz libet epistolaz dignitate æquare. Tam grādis attolli-
 ut cū cæteris in altiſ: hic p̄tinus Ciceronē eū exclames ſup̄aſſe. Et eſt in Cicerone mate-
 ſtas quædā ſumptuoſa: & plena auctoritatis & magnificētia. Sed quā & Campanus p̄ſtat
 ad amuſſim. Et date mihi ueniā Ciceroniani nōdū uobis hic notus: hanc mihi acie qua-
 dam rerū mirabiliū: & ingenii acutie maiore uideat ui ſupare & efficacia. Videor equidē
 eam uidere diē Cū cætera epistolaz uolumina puluere obrecta erūt: Solū Campanū ius
 uabit oēs euoluere: hūc imitabunt: huic dies huic noctes nō grauabunt impendere. Nā
 unus proſecto Campanus eſt qui antiquā illam dicendi maietate ad noſtroz tempo-
 z negotia docuerit aſſeruare. Vale mi Auspex foeliciffime.

MVRATOTIVM

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI
EPISCOPI: INTER AMNIE NAPVTINI
EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.
CAMPANVS IA. CARDINALI PAPIENSENSI. S.
DE COMMENTARIIS PII. II.



PERCVRRI nuper Cōmentarios Pii Pont. rerum a se gestarum & Germanicā historiam. Caue censeas quicquid neque nostra neque Patrum nostrorum memoria scriptum esse luculentius: distinctius: expressius: uera est historia & quod in ea primum desideratur fides inest rebus: omnia ut dicta: ut gesta sunt ita enarrant. Nō sibi: Nō amicis parit scribentis auctoritas: atque inimicorum præclara extoluntur facinora: atque obscura deprimuntur amicorum. Rūmores in se hominum aduersariorum: maledicta: conuitia detractorum sic accumulatur: ut ipsum sui factum accusatorem existimes: nec diluit quidem quā facile possit. Scribendi genus leue ac temperatum & collectum: nisi quod quā opus est aperit se tanquam Campestris oratio. Recipit deinde sese: totaque colligitur: Ardent uerba: quā bellum geritur: ut pressa angustiis pugnat: sudantque sententia: ut nō legere historiam: sed prælio interesse uidearis. Omnium tamen splendorem exuperat: & poene extinguit lux illa concionum: hic illustris & plenus nusquam totus: nisi quā hic laxat habenas. Nulla pars animorum quam nō oppugnet: Laudis locus est nullus: quem nō exornet: nihil turpe: quod nō euerat: per omnia tanquam spiculis densus & uehemens. Mirum est quantum assurgat affectibus concitandis: sedandis demittatur. Nam quod intendit: explicat atque inculcat: & quod inculcat munit: uallatque argumētis & pondere. Tum aduersariorum dicta paulatim primū eneruat: mox tota mole infringit & deiecit. Nihil est aut illorum tam efficax & robustum quod nō confutet & dissipet: aut suum tam infirmum: quod nō corroboret: peperrua dimicatioe dicendi acer & pugnax: fuit alioquin placidus & lenis: nusquam obscurus aut durior. Nam præter ubertatem & copiam suauitate quadam allicit: affertque rebus ipsis ex ueritate dignitate: & quod maioris est gratia: candorem orationis nunquam intermittit: sicut serpat humi: cedatque materia: siue erecta & sublimis efferatur semper distinctus & patens: descendit interdum ad fluminum: oppidorumque situs describendos: nōnunquam ad edificandi rationem. Nō est qui fuerat alium credas e milite factum architectum aut agricolam: aut dimensorem putes. Omnia ponit ante oculos: & partitur interuallis: Nihil hic habet pristinae eloquentia: nouam induit: Proh deum immortalem: quæ aura: qui strepitus: quæ fontium murmuraciones audiuntur: uerba ipsa iam poetica: & nata cum syluis: ut currere cum aquis: iacere sub arboribus: umbras captare: lasciuire inter riuulos: & tanquam tripudiarum uideatur ad numerum quendam solutum: collecta rotunde & perpolite. Et si amœnitatem ne quid afferat fastidium: nōnunquam exasperat leui inuersione uerborum. Tum cognitio rerum antiquarum intermixta iis quæ sunt ætatis nostræ: quantum uarietate allicit: tantum detinet magnitudine: ut quæ & nouitate delectet: & serie suspendat lectorem. Nullius oppidi occurrit mentio: cuius originem nō repetat: situm nō nolet: fortunam loci: & qui uiri: quibus in rebus: qua ætate claruerunt: nō incredibili memoria complectantur: qua una re immortalis plerumque sit historia etiam quæ ieiunissimæ scripta: ut est quisque rerum ad se: patriamque pertinentium natura studiosus. Nec id in Italia: aut Germania solum: etiam Græcas excurrit ad insulas: Cypriorum imprimis uetustatem: Ambitum insulæ: imperium: ingenia commemorat. Orditur iam inde supra Troianum bellum: & pares: & incognitas: ita situ dignissimas ad nostra usque tempora breuitate non obscura delabitur: Inde ad Lesbion eadem maiestate descendit. Quæ hic radices: quæ latebræ antiquitatis aperiuntur: quanta illustrium uiuorum exaggeratio prodit in lucem: Sic Mytileneos: sic Rhodios altissime reperit: & omnem uetustatis excutit puluerem: dum cuncta peruoluit initia: incrementaque disquirens. Nec tamen interrumpitur historia: quā quid affert rerum externarum: ueniunt ipsa ad locum: quæ scribuntur non accersita aut coacta: sed ita intextentia sese: ut ex eodem esse glomeris filio uideantur: nec ullo modo fuisse abiicienda: neque nauagat fusus: quæ ex usu sit historia: & rerum postulet dignitas: uerum illud adhibet temperamentum: ut neque suppressio magnitudinis detrahat: neque nauagatio breuitati. Admiramur hanc ingenii feclicitatem: & quidem certa sunt ei ornamenta dicendi: & propria ut ad hæc natus: ad hæc educatus atque instructus

Laudatoria

esse uideatur. Magis tamen mirabimur: si omnem colligemus uitæ cursum: & labores ac peregrinationes uarias atq; impeditisimas considerabimus. Nulla est natio Christiana in terris: quam nō adierit. Mare nullum quod nō nauigauerit. Alpes totius orbis terrarū difficillimas atq; asperrimas: incredibile dictu est: quotiens superauerit. Transiit in Scythos: Britanos sæpe uidit. Adiit Pannonios: ad ultimos Oceani accolās penetrauit: in Germania aliquot ægit annos: Ad Gallos sæpe profectus: quicquid est: Fluminū: Montium: oppidorum: inter occidentem solem: & septentrionem id totum perlustrauit. Nec ea fuit ratio peragrandi: ut priuatus uagaretur spectandi uoluptatem secutus: Legationes enim maximas & grauissimas perpetuis itineribus obiuit. Sæpe ad reges: sæpissime ad Romanos Pōtifices hoc munere functus ē: ut plures obtigisse ei legationes: q̄ anni fuisse uideantur: nec principes fuerūt ulli apud quos nō amplissimis de rebus ægerit. Federico Imperatori domesticus. Alfonso regum omniū qui unq̄ fuerint in Italia clarissimo familiaris. Eugenio: Nicolao: Calixto acceptissimus: quorū primus ad ecclesiam Tergestinam: alter ad Senensem euexit: tertius Cardinalium collegio coaptauit: ut in eo ornando non mendicatus uniuscuiuspiam fauor: sed omniū ex præstantissima uirtute conciliata beniuolentia iudicium confirmauerit. In tantis occupationibus semper est aliquid oculi suffuratus: ut alieno in somno uigilans plura scripserit: q̄ qui nihil egerunt aliud: plura ægerit: q̄ qui se se totos ad uitæ actiones contulerunt. Pontificatum eius quō turbines agitauerint: nemo est cui q̄ tibi sit notius: qui omnibus deliberandis rebus etiam priuatis interfuisti. Principio bellum in ipsis uisceribus ecclesie paucis diebus ante eius Pontificatum exortum: statim eo Pontifice sublato. Assisum & Nuceria ab hoste recepta: Pax Malatestarū quum difficillima factu uideretur confecta. Mantuæ eius opera atq; præsentia cōuentus Principum habitus: Bellum Britannicū per Legati temeritatem excitatum: eius auctoritate suppressum. Pragmatica quo genere pestis nullum esset perniciosius: & iam uetustate corroboratum malum profligata & extincta. Bellum Malatestarū manifestis de causis susceptum: cum uictoria finitum. Alteri Ducum conditiones data: alter tyrannide eiectus: Fines ecclesie & Imperii limites: quantum nunq̄ antea propagati. Terracina uetus urbs & maritima: quod ad ecclesie iura pertineret recuperata. Beneuentani quorū eadem esset conditio: redacti in potestatem. Piceni propter fines domesticis agitati bellis: reconciliati. Umbri simili contentione cum maximis se cædibus cruentassent: sedati. Senensium res constituta: reuocati exules: optimatibus iam pridem eiectis ciuitate. Munia publica pmissa: Seditiones sublata: inducta noua facies rei publicæ & quietior. Viturinum per fraudem occupatum pari impetu recuperatum: quo amissum perfidia Sabinorum animaduersa cū hostem publicum transitu: cōmeatuq; iuuissent. Romæ grauissimi tumultus Siccariorum cōpressi. Sicarii omnes alii affecti supplicii: Alii tumultuaria cæde deleti. Tyranni tres e finibus ecclesie sublato bello: cæteri deterriti: maiestas Imperii aucta: Confirmatus in regno Ferdinandus: & aduersus Gallorum potentiam adiutus atq; defensus. In Turcas expeditiones maximæ partim instituta: partim iam inceptæ. Germanicæ res quæ grauissime tumultuari dicerentur: non neglectæ. De Boemicis publice priuatimq; actum. Bellū Federici imperatoris aduersus Pannonios eius opera cōpositum: Magūtinus Antistes male de Romana ecclesia sentiens: sede depulsus: alter susceptus. Vide quæ caterua: qui orbis rerum maximæ accesserunt: quotidianæ occupationes intelligendi causas diuersarum gentium: inhibendi: decernendi: adiudicandi: Quibus rebus nunq̄ uisus est defuisse: quanq̄ ualitudinarius & senex: ut semp præstantissimi animi robur aduersus corporis imbecillitatem contenderit. Accessit & aliud studium ædificandi. Tot ædificia magnifice cōstructa Romæ: Collapsæ iam uetustate scalæ templi maximi ad Vaticanū: grauissima impensa instaurata atq; resecta. Vestibulum palatii egregie munitum: tum ad tutamentum loci: tum ad dignitatem. Area pro templi foribus strata latissima. Tybure arx munitissimis turribus erecta: in quam ipsi liberius locati sumus: opus quanq̄ sublime & præclarum pro necessitate ita acceleratum: ut diceretur Tyburinam arcem ante perfectam esse q̄ inchoatam. Senis porticus fastigiata: amplissima. Pientie templum testudineum celebre: ædesq; ornatissima: & si ad priuata respicias Italiæ totius longe celeberrimæ: & quibus facile possimus de magnificentia ædificandi cum uetustate certare. Hæc pacis bellicæ opera uno triennio pacta sunt omnia: & tamen interea nihil se remisit: foelicissima uertitas ingenii. Scripsit Cōmetarios rerum a se gestarū quos diximus. Scripsit de sacris institutis: Et Germanicas & Boemicas res multis uoluminibus absoluit. Epistolas digessit in

ptima uirtutis
aus. ~~...~~
omniū q̄q̄ p̄cedit

tempora ut quas prophanus: quas initiatus sacris: quas antistes factus: quas Pontifex maximus confecerit: suis quæq; uoluminibus colligantur. Orationes usq; quæq; diuino illo spiritu habitas nemo est qui nō habeat in manibus. Leguntur tanta omnium cum uoluptate: quanta cum admiratione sunt audita: nec quæq; post hominum memoriam fuisse censas: qui omni foro: in omni concione orbis terrarum: & sæpius dixerit & disertius. Et tamen pro hominum fidem: quæ orationes: quibus de rebus habitæ: demus uetustati apparatus illi: ac diuitias uerborum: & Ciceronis tersitio: nitoris: elegantiam relinquamus: dum tamen fateamur nihil horum Pii orationibus defuisse. At uero copia quidam æquamus ueteres: numero uincimus. Neq; n. Pius Cicerone ieiunior: aut sicior uenit ad dicendum: nec ille paratior ad forum oraturus quæ hic ad solium accedit. Nam & locos cõplet oēs: & uarietate quadam ac delictis inflectit inueta. Et tamen quæ eē suū, studiū & ætatē ad hanc unam rem. M. T. contulisset neq; totiens neq; tantis & tam amplissimis de rebus: neq; etiam tot in locis orauit. Egit ille sæpe priuatis contentionibus: nōnunquam publicis. Nam & Sabinium & L. Pisonem: & P. Clodium: nō tam cõmuni utilitate: quæ sua causa laceffiuit: publica fuit ratio in Cathilina: publica etiam in C. Verrē: quod alter in rem pu. coniurasset: Socios expulisset alter: permixta fuit causa Pompei: Nam & ad priuatam amicitiam: & ad cõmunem utilitatem uisum est pertinere: ut bello præficeretur: Extant pauca quædam quæ tota sunt e re pu. ut de prouinciis: de lege agraria: & similes. Ceteræ omnes priuatis studiis sunt contentatæ: quas equidem nō accuso: ut quæ amicorum fortunas: capitaq; tuerentur. Sed illud contendo: & Ciceronem rariuscule publicis de rebus disseruisse: & Pium nunquam de priuatis: Sed statuisse illum pleraq; ad suum cõmodum. Hunc omnia ad cõmunem gentium utilitatem rettulisse. Quæ res ad magnitudinem & præstantiam multo uideretur esse propensior. Iam & initia ipsa dicendi huic altiora: quæ illi extiterunt. Prima eius oratio non de Sexto Amerino defendēdo: Sed de Concilii sede deligenda in contentione græcorum ubi Papiæ urbis opportunitatem ex situ loci: adium priuatarum magnificentia: Clæmentia cœlicõmoditate comportationum: liberalitate Principis: fluminū: lacuum: montium feracitate sic accumulauit: ut gloriam ei urbi pepererit sempiternam. Mox Federici legatus Mediolani de imperio urbis hæreditario disseruit: & fide seruanda. Viennæ de auctoritate Romani Pontificis conseruanda. Ratisponæ præsentē Philippo Burgundorum Duce detestatus est imanitatem Turcarum efferatam & barbaram: ubi omnium cum lachrymis calamitatem Christianæ rei publicæ deplorauit. Egit de cõuentis Boemorum apud Calixtum. Pannoniis Viennæ Federici nomine grauissima oratione respondit. Rursus iisdem in Austria Germanos in maximo conuentu principum ad bellum contra Turcas hortatus est: Ardoremq; omnibus iniecit incredibilem. Romæ iuramentum Federici quæ exhibuisset tota fuit eius oratio de bello Turcis inferendo. Pari ardore Alfonso Regem perpulit ad expeditionem maritimam orientis bello faciendam. Inde Pontifex maximus creatus in conuentu Mantuano: quem impetum: quas lachrymas nobis excitauit: Quum omnes Christiani orbis: aut Principes ipsi aut eorum legati conuenissent: eosq; ad expeditionem Asiaticam & Tyrense bellum horreretur: quem tunc nō uidimus erectum spe uictoria: incensum cupiditate ulciscendi: misericordia cõmotum eorum qui essent crudelitate Barbarorum uexati tanquam uniuersi dicentis nutu omnem in partem orationis flexu raperentur: impetuq; ut tracti dissilerent. Tum eodem in loco totiens orauit: quotiens fuit illi nouis legationibus respondendum. Illudq; uisum est mirabilius: quum fere semp iisdem de rebus diceret: semper uisus est diuersa dixisse: atq; ita ut a seipso uinceretur. Vbi Gallorum querimonias: & calumnias Renati tribus actionibus acerrime confutauit. Nec minore gratia Catherinam Senensem laudauit quum in Diuacæ rettulit numerum. An nō pari admiratione eloquentiæ Legatos impleuit Ludouici regis: quum nobilitatem regiam laudaret: Gallorum splendorem afferret in medium: uirtutes Regis: & extinctionem pragmatice in cœlum tolleret: Maiores gentis Initia familiarum: Beneficia regum: Tot nomina: Tot res gestas: Tot ætates cõmemoraret: Quid loca alia: nationesq; quæ plurimæ: Nullus confessus hominum: nulla orchestra in orbe terrarum: quæ nō eius oratione ifremuerint: Vbi etiam aliquando minoribus de rebus semper tamen publicis & salutaribus dixit: In finitæq; sunt orationes. Fuit itaq; huic alia ratio dicendi semp apud summos Principes: plerunq; de statu christiano: nōnunquam de illorum imperio disseruit: ut omnis eius oratio ad pacem Regum: ad concordiam Principum: tranquillitatem nationum: defensionem religionis: quietem totius orbis terrarum: semper fuerit armata: semper regia atq; imperiosa: quasi

tam tum diuinaret futurum suum christianū imperium: cum tanto imitaretur studio: tanta cura: diligentiaq; defenderet. Hæc illi fuit una perpetuaq; materia. Neminē lacessiu: oratione insectatus est neminē. Forum illi orbis terrarum fuit: causæ: religio & cōmune imperium: nunq̄ eo delapsus est: ut studio sui ad contentionem raperetur. Quis est igit tam iniquus iudex: qui existimet aut Ciceronem: aut quēuis alium: uel magnitudine rerū quæ complexus est: uel frequentia dicendi: uel uarietate locorum Pio esse comparandū. Accesserunt epistolæ ad ciuitates: ad Reges: ad nationes: ad omne genus hominū: quos uel ad religionis arma incendendos putaret: uel flectendos ad pacem: quibus præter nomen & lãtera nihil uisum est defuisse: quod ad grauissimam orationē pertineret. Est etiã & carminis par gratia: uersus pressior: & festiuitati q̄ magnitudini accōmodatior: nōnūq̄ grauis & mordax quū iocatur: extant epigrammata referta salibus: etiã poemata leguntur orationi æqua prope lance comparanda: nisi q̄ hæc iuuenis edidit: orationi reliqua incubuit uita: ubi etsi nō contempsit poeticã: munus tamen studii uisus est contulisse: siue magnitudine rerum gestarum inuitatus: quæ semper ei maximæ atq; amplissimæ contigerunt: siue quoniam secutus ætatem: grauitatem cum annis induit: licentiam illam poeticã ingenii esse lasciuientis arbitratu: orationem castigati & grauis: delectatus est etiã mixto scribendi genere ad philosophandū aptiore. Scripsit dialogos de rebus uariis: de ortu Nili: de studio uenandi: de fato: & præscientia dei: de hæresi Vitis: neq; Platoni aut Socrati disputandi partes dedit: ut solent qui uetustatis baculo nituntur. Amici fecit ut loqueretur homines probati: & nostri tēporis: quo magis ei debet ætas nostra etiã hac ex parte. Pii opera producta in lucem: in longumq; uictura. Uisus est & stilo diuersissimo: dum Asiam ad Eufratem usq; describit: quantum concione fufus & patens: tantum hic angustus & breuis: & hac quoq; parte consumatissimum impleuit oratorem: ut omnē orbem terrarum: aut adierit præsentia: aut diligētia penetrauerit: totusq; sit ei ante oculos exploratus & cognitus. Collige hæc omnia: quid dices aliud q̄ concessisse naturam: in hunc unū in finitorum hominū ornamenta: ut recte alluisse nomini uideantur: qui pro Pio Pandicum inuerterint: tanq̄ ad omnia totus: nulli rei mancus: cuncta unus perfecit: quæ multi conari nequiuissent. Quis est qui nō miretur: in tantis illum gerendis rebus quicq; scribere: aut in tantis scribendis aliquid gerere potuisse: aut quæ in eo principe summa nō inuenias: quæ uel mediocria etiam priuatis gloriam atq; immortalitatem pepererunt. Sed nihil est quod illa nūq̄ intermissa natura nō efficiat: nulla uita actio: ne uagatio quidē ociosa: ut semper plura negotia: q̄ passus illi esse uideantur. Adde principis modestiam: dum qui summus est: ne infima quidem contemnit ingenia: & eorū se iudicio pmittit: qui nulla in re sint uel mediocriter docto uiro comparandi: facta est mihi ab eo potestas eiciendi quæ supuacua: corrigendi quæ intorta uiderentur: & illustrandi quæ obscuriuscule dicta: Sed ea uisa est omnium elegantia: is splendor ut nō solum aliena nō ægeant manu: ad augendam dignitatē: sed manifestam afferant desperationem imitari cupientibus. Vale.

CAMPANVS SECVNDINO SVO.S.

Vitæ undiq; multorū ad me litteræ deferunt: partim eorū qui accessioni dignitatis congratulant: partim qui dolent hominē paulo ante solutū: ac liberū tantis curis: & tā grauissimis repente imersum esse: afferūt illi uitæ ornamentū: spes amplissimas: aditus ad gloriã & honorē patentissimos: honestamenta quædã: & tanq̄ præmia uirtutis: il salutis discrimen in mediū adducunt: iacturã ingenii: abdicationē oēm uoluptatū: licentiã illã sodaliciã ereptam sublatus congressus amicorū: & urbiū: nationūq; externarū lustrationes: ita nulla nisi publica causa faciendas. Quibus oibus aut oīno abstinedū sit homini religionē p̄sententi: aut certe modus quidam adhibendus seuerior & castigatior. His ego magis assentior: nã qui antea elatus animo haberi poterã: nisi comitatē illã retinuissem: urbanū & popularē nūc nisi penitus abiiciã: nisi colligã memē: & grauē ac reconditū induã uirū: effluens sim: in temperas iudicandus. Ante hūc diē: noctu an interdium: solus: an comitatus urbe: an agro spaciarer: par existimatio honoris erat. Idem uiri graues: idem amici sentiebãr: & cohibere uiuēdi modū poteram: & laxare quorū illud molestia: hoc licentiæ dabat. Nunc uero tanq̄ in scēna positū unū oēs intuent: undiq; oculi intēdunt: qui paratus: qui incessus sit: quæ uita actiones: tanq̄ ad omnium hominū spectaculū expositi esse uideamur: Nec uagis modo de ambulationibus interdictum est: sed abditū & seclusum: horas singulas metiri oportet: nec solus incedere si uelim: licet nec cœtus si libeat: cogere fas est. Quã iocūda

Sans principis
q̄ ad calam.

Collatio inter
Vitam mediocri
fortuna & subli
mis

Descriptio Vitæ
liberæ

dinerforia illa ad amicorū domos: q̄ grata cōiuiua: & suauis familiaritas eorū: quos ames: quos tibi iam ab ipsa prope infantia deuinxeris: hæc una hora destituēda sunt oīa: oībus est bellū indicendū: querendæ familiaritates hominū grauissimorū: quas ut repente quærere piculosum est: ita cōparare difficile: cōnandū intra penetralia: ubi fores si pateāt: in decorū censent: si occludant̄ superbū: adhibendū silentiū: p̄dus rebus oībus adiiciendū: obseruandū est deniq; quicquid antea cōtemnebā. Vestes & reliqui ornatus ad impedi-
 mentū usq; & fastidiū cōparandi. Toga longa nec æstatis q̄ hyemis expeditior: tū quod omnium maximū est difficillimū: quæ studia iā inde ab unguiculis cōplexus sum: in q̄bus alterā iam ætatis partē cōsumpsi: nō solum intermittere oportet: sed penitus omittere necesse est: nē religionis instituta uolent̄: sic senex futurus sum: anteq̄ senex: Sed hæc: dicit aliquis: incitamenta sunt uoluptatū: atq; itcirco abiiciēda: uiuere ut uelis: uersari qui quū libitū est: iactari ad libidinis impetū: Quid q̄ opes maxīe proponunt? Fateor pponi maximas. Fateor etiā spem maiore: nec egestatē ullo modo cadere in eū: qui sacris sit initiatus: modo ad Pontificatum accesserit. Sed hæc opesq; sunt piculosæ: nisi conferant̄: porro cōferri: nisi pie: sancte: liberaliter nō p̄nt: q̄s si habeas: nō potes ad præsidium tuorū adhibere: nō ad largitiones: splendorēq; domesticum: & explendas uoluptates: sed ad eorū sunt opem accōmodatæ: q̄ maxime ægeant: ut difficile sit tuorū odiū nō subire: nisi largiaris: aut summi p̄ncipis dei offensione: nisi abstineas largitiōe propinquoꝝ. Si aut̄ nō habeas & premaris inopia: miserrimū est dignitatis maiestātē tueri nō posse: q̄n nō elucescere ī te religionis splendor: sed sordescere atq; obscurari uideat̄: ita hōi tanta in dignitate cōstituto inopia dedecori est: copia piculo: ut q̄ plura habeat: discrimini propior uideatur: nisi recte utat̄: in maxima copia rerū: atq; affluentia id uitæ genus est adhibendū: ut effusissime uiuamus egentibus: parcissime nobis: nec est opum magnitudo: quas religio peperit referēda ad ostentationē & iactantiā: ut in cōmuni uita fieri solet: sed ad liberalitatis modum reuocanda est: quæ ita sit cū pietate cōiuncta: ut existimemus oīa sanctissimæ charitatis studio esse faciēda. Taceo ludos: iocos: amores: aliaq; laxamēta animi: q̄bus & difficile est abstinere: q̄n in his sis educatus: & nisi abstineas: euertas fūditus religionē: & maiorum præcepta cōtemnas: nec ulla est uita coinquinatio: q̄ religiosi hōis intemperatē: libidinosēq; uiuētis. Accedit huic oneri sarcina multo grauior: nā si inter oīa uitæ officia illud maximū est & difficillimū: hominē ipsum ita sibi uiuere: atq; ita sese exhibere ut accusari nequeat: quanto maius est & difficilius eorū curā suscipere: q̄ quales futuri sint: ignoret: aut si scias traducere ad honestatē: & cōis uitæ instituta nequeas: hoc si nō cogitē: stultū & p̄nciosum est: si cogitē: quæ uita nō iocundior: & t̄n id itineris ubi cœptū sit: pagendū est oī spe sublata redeūdi: Nec t̄n ea de causa hæc colligo: ut acceptū beneficiū uelim extenuare. Equidē sic censeo nullū esse genus ingratorū detestabilius: & magis alienū ab officio: q̄ obscurare uerbis alienā in te liberalitate: nā q̄ inficiant̄: q̄ supprimunt: qui inferunt iniuriā ei: a quo beneficiū acceperūt: uaria causa īpelli p̄nt: qui aut̄ magnitudini detrahūt rerum acceptarū: nil aliud uident̄ efficere: q̄ uelle ultro ingratos esse. Video me ex infimo loco ad fastigiū euectū amplissimæ dignitatis: abiectū ad hūc diē: atq; incognitū ita repēte factū Pontificē intelligo: quod munus eo maius fuit existimandū: q̄m & cōperito res erāt uarii: qui nō modo summa gratia: maxīa auctoritate: excellētī: singulariq; doctrīna niterent̄. Sed potētissimi regis ac principū multorū cōmendatiōe cōtenderēt: & mihi ultro: neq; petenti collatū est: neq; cogitātū: ut ipsa aliorū contentio gloriā auxisse uideat̄: q̄m summi uiri nō admissi ad dignitatē: nō tam reiecti a Pio: q̄ a me supari iudicant̄. Accessit Pii ipsius Pontificis maximi oratio: quæ ita meas est complexa laudes: ut media in concione seipsum accusaret: q̄m & sero me ornasset: & minus nūc etiā cōtulisset: q̄ uirtutis meæ ratio exposceret: ipse de me rettulit: nouo more ipse repente & tanq̄ de iprouiso me noīauit: rogationē ipse interposuit: cui cū gratias agerē: Pontificia in toga: ut fieri cōsueuit: multaq; eius in me beneficia cōmemoratē: ut Perusiæ legenti salariū priuato ære instituerit: ut Mantuā p̄fecto soli ex oī turba Poetarū rescripserit: ut Senis te p̄ me nō rogatus: & nec amonitus quidē subsignauerit: ut tandē Crotoniatibus p̄fecerit. Decretumq; interposuerit: ut quibus p̄pter nonā dignitatē exciderā: ea mihi ītegra forēt: restituerētq; oīa. Illa fuit prima uox humanissimi & liberalissimi principis: beneficia quæ cōmemorassem: minora extitisse: & uirtute mea: & desyderio suo. Multa deinde de probitate: de ingenio in mediū attulit: multa pollicitus est: ut uel ex diuinū & præstantissimū summi principis animū deprehēdas: q̄m in illa imensa beneficētia erga me nō qd dedisset: sed quid

Vite opulenta de
 Collatio inter
 tam episcopalem
 clericalem.

daturus est: cogitare uideret: Quo qd est in liberalitate magnificentius: q splendor: q gloria in
 principe illustrior: nec ulla in re uisus est occupator: q in me amplificando: extenuando beneficio.
 Quam tu munificentiam: quam liberalitatem: cum hac censeas conferendam: tum ne quod largitionis deesset
 uestigiū: nihil prius: gratis omnia transsigi iussa sunt. Adhuc dono bona indemortui Antistitis
 ad fiscum manifesto iure deuoluta. hæc omnia si unum in locum cogerant: q cumulus erit beneficiorum
 quæ ornamentorum exaggeratio: Tanti ne iniquis Pontificatum istum facis: q si non sis in extre-
 ma Italiae ora tanquam relegatus. Quid. n. Calabris obscurius: qd abiectius ac remotius: aut
 quæ gens: quæ natio iculior: tum q fructus dignitatis: q census rerum? Ego uero ut taceam tot
 competitorum: quorum gloria omnis in me translata est: quam sunt contentione superati: uel a non repugnante:
 locum nullum existimo in Italia nomine: ac uetustate clariorē. Nec dubito diuinam Pii mentem hoc
 ipsum cogitasse: tanquam ad uetus gymnasium philosophorum mittendum statuerit. Nam quæ gens in eo uitæ
 genere Crotoniatibus celebrator: ubi & plures philosophi & meliores. Nec uideo quam urbem ma-
 iora illustrauerint monumenta uetustatis. Quod igitur Pythagoram uirum tantum non puduit: id
 me hominulum pudebit: si ille Samo pulsus: Crotonem sibi ex omni orbe terrarum delegit philo-
 sophandi locum: ego illo missus non exul: sed ad imperium non proficiscar: non arripiam mihi hæc occa-
 sione: eum mihi locum non gloriosissimum putabo: Nam Almeo quidem: & Philolaus quique Pythagoram
 non æquarunt gloria: ambo tamen ea in urbe nati: multum splendoris attulerunt: Quorum alter primus
 disputasse de rerum natura fert: rettulisse alter omnia ad cælestem armoniam & necessitatem: co-
 actionemque naturæ. Taceo Hippasum Metapontinum: Tarentinum Architam: q haud procul ide-
 nari ad eum locum profecti sunt philosophandi gratia. Sic Empedocles: sic Epycarmus: alique complu-
 res philosophiam illo ipso in loco didicerunt: Nec minus horum ingenio claruit ea urbs: q aut Milo-
 nis Lacertis: q & ipse Crotoniates taurum toto gestabat stadio. Aut Leuis elegancia: q præ-
 stantiorē naturæ formam eo in loco iueniri posse existimauit: dum Helenen pingeret Croto-
 niatum uirginum fretus exemplari. Vides quam mihi urbem Pius commiserit: unde si uetustate res
 uoluas: centum uiginti milia hominum: q arma ferre possent: percussisse acie iuuenies. Si ad nos-
 tram referas ætatem: non est urbs illa contemnenda: neque magnitudinem: neque opibus: neque gloria iter
 finitimas: ut quæ & marinis comportationibus sit exposita: & soli felicitate excellat: tum ma-
 re sinuosum primum ac recuruum. Mox Ionium iter & Tyrrenum latissime exit in pelagus: utram-
 que in parte nauigabile. Comeat tui Veneti orbe terrarum potentissimi. Comeat q infero mari
 commercant. Unde & ingenia sunt cultiora quam Calabris & undique: q ad uitæ spectant usum: im-
 portant. Tum solum felix atque amœnum: amplum etiã: nec uastis montibus: aut stagnis impeditum:
 sed liberum & patens: ut siue mari uelis siue terra: q latissime possis euagari oculis. Prospectus
 tamen in pelagus latiores: q in longissimum recedunt: & a leua Tarantinos: a dextra Brutos: a fron-
 te Siculos: Ambrachios: Cahontos attingunt. A tergo Salerinos: Messapios: Apulos. Vide
 quæ nomina: quæ loca: quæ spectaculorum luxuria excitat animo: cum hæc legis. Quid mihi futurum
 censes: cum oculis lustrabunt: pagrabunt pedibus: cum litore paulo licetius lasciuemus: res
 moti ab hoc fastu & strepitu: quo tenemur & premimur. Vix extat prisca uetere Crotoniarum
 & uestigia fugientis iam longo iteruallo uetustatis. Desunt q cingant urbem uiui: & perspicui fontes
 desunt orti irrigui. Sed inde salubritas aeris: cœlique clariora: iam inde ab ultima regum producta
 in ætates: scriptorumque celebrata monumentis. Quippe proditum est Crotoniatas nunquam neque sen-
 sisse terremotus: neque pestilentia laborasse. Idemque euenisse Locresibus finitimis: credo eodem
 tractu maris: ac terræ haud diuersam fuisse uim syderum: stellarumque despectum: solumque suapte
 natura beatissimum insci nullo modo posse. Cærealium uero inaudita feracitas: ut horreum insulis:
 horreum continenti esse uideat. Accedunt arua & loca herbida pabulis equorum accommodata:
 nam equi quoque illic eximia puritatis nascuntur maiores nostratibus: hæc omnia & magna sunt
 & titulis maiorum illustrant: ut non solum contemnendum non fuerit Crotoniatæ a uiro Philosopho
 lo: sed omni conatu expetendum. Quid de censu dicam: neque. n. sunt eiusmodi dignitates censu me-
 tiendæ: par splendor est omnium atque gloria: par auctas siquid intersit: id totum nascitur a uita: q q ex-
 cellat: is maior habendus sit: minor q uincat. Neque. n. aut Patuinorum: aut Veronesium: aut si quæ
 alium opes extollunt inferiorē me censeo modo sanctitate uitæ: obseruata religio: morum integri-
 tate: & officiis illis Pontificiis non fuerim superatus. Taceo tantum ordinis maiestatem: ne epistolæ mo-
 dum non teneam. Nunc sentiam expecto tuam: quam siue tu ad hunc referas uiuendi sensum: opinionemque
 eodem: siue ad philosophorum instituta reuoces: non egdem laboro: modo quod tibi uideat: afferas: non quod mi-
 hi uideri uelis. Collige hinc oculum: libertatem: sodalitia: uagationes: congressus: aliaque oblecta-
 menta animi: inde res magnas: spes maiores: familiaritates instantium uitorum: opes: honorem: glo-
 riam complectere: rursus utrinque tanquam in trutina labores: picula: contemptum: inopiam expendes: si
 hæc libra simul mihi locum experiri de agere gratias possim: Cum Pio. ii. Pont. maximo: tum etiã

Papiesi meo: quozq; alter aplissimis ac pluribus ornauit bñficiis. alter nō solū ut ornaret: effecit: sed me primus mortaliū ī lucē: ī dignitatē: ī noticiā sūmozq; principū eduxit: atq; ī oī fortuna acerrime: cōstantissimeq; defēdit: qd offerā: qd pollicear: nū dedā meis: extingū est iis me dedere: q nisi fuissent: ipse nō eēm. Tū qd allaturus utilitatis: cum ope mea nec egeā: aut si egerēt: & uēdicarēt ipsi suo iure: & ego sine sūma pfidia deesse nō possem. Concedā & pmittā me ppings: dedā: deuouēā: q̄ minimū ē hoc qd eis nescio: an unq; sit pfuturuz: aut si sit: nō ad animū erga illos meū: sed ad meritozq; magnitudinē referri debet. Nū monumēta posteritatis: & hāc meā īgeniū mediocritatē: q̄si sim cum illis hac ip̄a ī re cōparādus? Quis Pio & dicēdi & scribēdi ante sublimior: q̄s certior: orator: breuior in oī foro: ī oī cōcione orbis terraz: q̄s & sapius dixit & disertius: ita ut nullū oīno oratorē iuentas aut poetā meliorē: & q post hoīum memoriā eloquētia & magnitudinē aī maiestātē tātā sedis solus iplesse uideat: Tū Papiesi meo q̄s accuratior: & grauior utroq; ī genere & hoc soluto: & illo strictiore: q̄s utroq; scriptozq; monumētis celebrator? Aut quā nri t̄pis īgenia ī hoc nō defudauerunt: q̄bus ego nescio an ulla sim ex pte cōparādus. Proinde aliā mihi ostēdas uīā necesse est. Nā hāere lateri: osculari manus: labere humi pedes obuolut genibus: & circūgyrare oculos: totū est effcēmiati & blandicētis: nihil opus ē uulgariibus. Aperi mihi locū aliq̄e ex illis intimis grācozq; penerialibus. Ego tantū id inteligo nullum officium eē tantū: nullos tā graues labores: nulla picula tā dura & capitalia: quā nō sint a me: quotiēs res exigeret: sponte subeunda. Nā opes & silia tā polliceri extinguum est: q̄ non p̄stare pfidum & ingrātū. Leua quāso me hac molestia nosti epidi illud apud Sopoclem

Vael.

CAMPANVS CARDINALI PAPIENSI. S.

Nisi eū te eē cognoscerē: q̄ accumulare tuis soleas nō iputare bñficia: quo nihil est ī illa tua suma atq; imēsa liberalitate magnificētius: nihil ī oī genere largitiōis & bñficiā illustrius. Egdē nequaquā ausus essem: ita te quottidianis laceffere postulatiōibus: & tanq; agmine negociozq; meozq; oppugnare: cū plura solus abs te ipetrauerim: q̄ alii: uel multi petierunt. Sed cū ea sit diuini & p̄stantissimi aī tui magnitudo: ut ī tuis ornādīs nō defatigeris: & quos semel excitaues: donec cōfirmes nunq; cōyescas. Existimaui nō uideri temerariū tādiu petere: quo ad tua ī me bñficia ita eluceāt: ut neq; ego egere externa ope ad uitā sustētādā: neq; tu sollicitus esse de me possis. Bona supioris antistitis: quā spectare ad me hāereditario quodā: & successiōis iure uidebant: intercepta sunt: atq; ab iis ītercepta: q̄ nihil afferunt: nisi cōmenticia quāsdā & cōficta ad me euertendū. Aiunt nescio qd fraudis cōmissum ab eo uero in pecuniis decimazq; exigēdis: idq; p Calixti t̄pa: eāq; ob rem ad ficum recidere oportere: iā si ad hunc diē neglecta res est: mirum cur nunc tandē excitent: nisi q̄a quē uiuentem accusare nō erant ausi: mortuum tutissimum oppugnare arbitrant: siue id eē ī causa putēt: qd existiment debili cum aduersario rem fore. Nesciunt spes meas oēs in Papiensi uno oīum: q̄ uiuant: collocatas esse & cōstitutas. Nesciunt fortunas ad hunc diē mihi defuisse: animum nunq; defuisse: cum semp paratum te mihi intelligā defensorē: an uerendum cuiq; sit: ne hoc mi exigū nō p̄stes: q̄ maxima atq; amplissima p̄stitisti: ne opem eī nō feras: q̄ quātus est: pepēdit: pendetq; ex te totus: totus in te uno mortaliū cōquiescit: q̄ etiā alienis & incognitis opitularis: nō me acerrime defendes in causa iustissima: q̄ etiā ubi nullum ius suberat: defendisti. Proh deum īmortalem quā tibi parata arma uideo ad me defendēdū: poteris inopiā afferre meā: poteris legitima actiōe decertare: & sanctum & æquum uideri bona indemortui Antistitis ad suffectum deuolui oportere: nō cōuenire fieri mihi iniuriā hac una in re: cui ceteras ultra iuris m̄tas p̄missa ope tua sint: etiam illud poteris afferre nō hic agi de re amplissima. Exiguū esse qd petit: pauculum suppellectilīs: tritas iā & p̄pe obsoletas uestes: libellos: tapetes: atq; aula: iā uetustate expilata: & nescio qd argētuli: quā ut exigua sunt: ita mihi admodum necessaria uident. ultro mihi a Pio max. collata bñficia: ultro me ep̄m declarastis: q̄bus p nouam dignitatē excideram: ea ultro restituitis & confirmastis: ultro gratis oīa transigi uoluitis: in tanta igit̄ multitudine bñficiozq; in tantis ornāmētis hanc mihi extremam fieri iuriam patiemini? Adde hunc calculum ad cumulos altissimos bñficiozq; ī me tuozq; quā q̄q; eo magnitudinis euaserunt: ut exerescere nullo modo possint: tñ hoc desyderant reliquum: quo absoluti atq; exaggerati oī ex pte esse uideant: uesti Campanum tuum: quē solus in hanc lucem dignitatis: in oculos hoīum clarissimozq; in ipsum deniq; uitā splendorem eduxisti: nec ero uerbosior in tua ope deposcenda: cum eo sis ingenio in conseruandis tuis atq; orandis: ut admoneri cupias: rogari nō feras.

Vale.

petitoria

AD EVNDEM INTERAMNIAE SEV TERAMI DESCRIPTIO.



Etis ur ad te q̄ latissime scribam: nō de ualitudine solum: sed de omni statu
 rerum: fortunarūq; mearū. Ego uero nihil esse censeo: in quo & tibi parere
 iocundius possim: & me utilius atq; etiam libentius exercere. Nā & tu sum
 mam capies uoluptatem: quā omnē Campani tui rem familiarem & quasi
 suppellectilem: nō leges solū: sed tanq̄ positam ante oculos euolues: inspi
 cies: considerabis: & quæ ex dignitate erunt: & modum nō excedent probabis ut digna
 stipatorio. Quæ autē maiora uidebunt: q̄ Campanū: aut minora: q̄ Antistitem deceant
 reiicienda iudicabis: & mihi quoq; gratissimū erit: cupienti amico diuitias omnes ostens
 tare: a quo ut magnificentia (si qua sit) laudari poterit: ita tenuitas auereri. Primū ualitudo
 est qualem lætari possint: qui nos ament: dolere qui oderunt. Membra iam omnia uia:
 pinguis: teretia: macies & squalor abierunt. Pedibus utor meis: aliena manu nulla in re
 opus est. Scalas ne manibus quidem innixus ascendo: nō tñ præcipites & abruptas. Iter
 longū pedes deambulo: adiutore nemine: ne baculo quidē. Hæc tibi si exigua uideantur
 accipe maiora. Mimus ille quē nosti iam incipio saltare: quanto autē spatio subsilium: ua
 ria conditio est: plano in solo pedes tricenos: non uno saltu: in lubrico sum cōcitator: in
 arduo pes unus: mæta est ultima: uideor mihi factus athleta. Mane in gymnasio: uesperī ī
 gymnasio deungor tanq̄ lusus palaestra: quanq̄ prope est: ut olympiā mediter: certatu
 rus uel tecum pro corona: tecum inquā certaturus. Nam pili illi erecti atq; hyssidi: quos
 horrebas: iam rediere equæ scabri & hirsuti: atq; antea fuere: tam sunt truculenti & tetrici:
 q̄ quā expauescebas: pernitas pedū: robor lacertoz; facies corporis: ita constant: ut non
 imutata hæc mihi: sed tanq̄ serpentibus exuuiæ: cornua ceruis innouata esse uideant: fuit
 itaq; mihi mōrbus hic tam diuturnus: & grauis pro fonte illo poetaz; apud quē tradunt
 immerfos Senes extemplo iuuenescere: iuuenes repuerascere: Tam sum uenustulus: tam
 obefulus: & pinguculus q̄ ante morbum Elucet: ridentq; oculi: flagrantia uincūt Labra
 rosas: uincūt Decia mala genæ: Frons nitet: & null' rugis sulcata decorā: Per cana demit
 tit tempora Casariem. Qualis eram quā sæpe una concurrimus olim: Et meus in cāpi
 puluere uicit equus. Sed mitto uetera cōmemorare: ne qui cū fortuna pari acie dimicas:
 animaduertere in eū pergas cui tot ultro iniurias intulisti: ut sæpe ulciscendi magis cupi
 dus est qui minus fuerit offensus: & uindictā quærit: qui lacesiuit: habes ualitudinē: acci
 pe statum. In urbe sum: quanq̄ diuturno exhausta bello: & pœne exinanita: tñ amœnissi
 ma atq; pulcherrima. Sita est inter duos amnes: qui muros abluūt: Statimq; Urbē præ
 tergressi: cōfundunt: Alteri nomē Vitiolæ: Tordino alteri. Sunt qui putēt Truentinū: nō
 nulli Iuuantinū uocauerūt. Inde Interamniā dixerūt ueteres. Nostri Teramū appellant.
 Hæc flumina æstate modica: hybernio equinoctio colliquētibus niuib; crescūt. Tordi
 nus aliquāto maior: & ubi confluūt nomen retinet. Vitiola dimittit: uterq; ex editissimis
 montibus pari spatio labunt. Tordini ora patētior: dimissis montibus: cōualles secat tra
 ctu leni ac placido. Vitiola plarūq; præceps: & dissiliens rupibus stringit. Vrbs igit̄ in
 angulo posita cōmiscentiū sese fluminū Paulo æditiore planicie distenditur: habetq; hoc
 gratiæ: ut lato in campo tanq̄ in mari insulæ plana profurgat. A montibus duo: a pelago
 quindecim passuū milia recedit ad occidentē. Montes: unde aurā captat æstate ad orientē
 tem adriaticus sinus: unde teporē hyeme recipit. Neq; mari tā propinqua: ut æstiu napo
 res: aut auster noceat: Neq; montibus tam adiecta: ut hyberna glacie rigescat & niue quā
 tñ utrūq; cōmoditates maximæ hinc lignandi: uenādi: pabulādi: inde nanigandi atq; im
 portādi habēt. Ad septētrionē oliueta distenta collibus: uinetaq; Ad meridiē uineta solū
 & ipsa quoq; collibus interiecta aspiciunt. Quo fit ut urbs ipsa ima ī planicie psurgens:
 dextera leuaq; colles uideat exortos montibus: & ad mare e regione porrectos. A tergo
 autē & fronte: liberos exit in cāpos: quos medios Tordinus secat: & irrigat. Ille agri ad pe
 lagus usq; ut iocundus: ita ppetuus comes: quacūq; defluit: aut exduis syluis: aut uirētibus
 pratis adumbrat. Urbis mœnia qna flumina nō abluūt: quantū intercedit spatii: id totum
 complent orti irrigui: quoz; eximia est uiriditas & phennis: ut ne bruma quidem arefcat
 aut algeat: piscationes: natatiōesq; extiuæ: ante oculos hyberna eiectamēta fluuioz; ante
 oculos in aspectu orti: in prospectu colles sunt. Cāpi item pingues & lati cærealibus: &
 candentes niuib; montes uarietate delectant incolas: salubritate cōseruant. Inde senes
 passim multi q; ānos centū nō uiuāt solū: Sed qd̄ uetustius ē recordēt: plariq; sublimes &
 erecti sola canicie senes. Sed redeo ad urbē: eius ambitus pauloplus minusue q̄ tria milia

ptio
 aluēt Vel Valutu
 5

protendit. Ipsa plana distincta nec tam lata quā longa: ueluti in angulum deficit: fluminū
 alueis inter quos media surgit statim mox coeuntibus: urbis uia: alia ad latitudinem: ad
 longitudinem alia porrigunt utraq; a muris ad muros: a portis ad portas: quanta urbis est
 magnitudo decurrunt. Nihil hoc uicorū ordine distinctius quacūq; accurrūt: secantq; se
 se: cōpita faciunt quattuor in partes urbem totā aspiciētia. Pars coestilibus strata est: Pars
 compactis æquata lapibus: quæ ubi deficiunt suffarciūt sabulo: ut æque hyeme atq; æstate
 ad deambulandū inuitent: & in fluuios singula quæq; pluuias: sordes: & purgamenta deuol
 uat. Sunt tamen priuata ædificia pressa atq; humilia. Altitudini obstat materia: quæ duris
 simi lapides: ut colligari nō facile possunt: ita nec coaceruationem patiunt. Contignatio
 altera fastigiū cogit. Concamerationes raræ sunt. Priuata ædes: subductæ in longum la
 tumq; patent: & altitudinem cōmoditate redimunt. Coestilibus quæ sunt altiora: tabula
 tisq; conficiunt. Tempora marmoribus cōstant: ad medios usq; fornices: plaræq; sublimia
 ampla testudinea. Porta urbis totidē: quot ostia Nili: Romana imprimis celebris: sic enī
 appellant: quæ Romam ducit: regiamq; Neapolim: Quæ Picenos a præter labente flu
 mie uitiolā dicūt. Cæteræ a finitimis quos ad eū cæpere noīa. Singulis portis singuli fon
 tes exundant: Vberimi oēs & perlucidi. Est & Vitiolæ per urbem totā perfacilis: deriua
 tio tenui fossa haud amplius octingētis passibus ducta: Media urbe prominet templum
 maximū uirgini matri sacrum: Eius basis tota silicea est: reliqua moles latericis collitur.
 Conus templi testudine præeleganti fastigiatur. Alæ porrectius illæ quidē: sed tñ subdu
 ctius patent: materia tegulisq; contextæ: Fores ter geminæ: caristio marmore expoliunt
 quæ unæ recipiunt orientem solem: alteræ ostendunt occidentē. Tertiæ uergunt ad se
 pentrionē: quæ spectant pro foribus scalæ marmoreæ tractu longo porrigunt & surgūt
 Conus medio iminet templo: despicitq; altare ad perpendiculū: ut tota templi: quot tepli
 latera esse uideant. Ordinarii sacerdotes quattuor & uiginti: & in præcutinis nō inculti.
 Callent rem diuinam ad unguem omnes. Cærimoniæ cultus nusquā solēnior. Ministri
 sacrorū complures extra ordinem tenent horas: obseruant momenta: æque noctibus ac
 diebus utunt: student imprimis musicæ: seruato more maiorū: a quibus illustratam prædi
 cant. Zacharum musicum suū dicunt: ostendūt domos: prædia: nepotes: etiam discipulos
 eius inuēta pro oraculis habent. Impluuiū templi ad meridiē excipit uetus amphitheatrū
 ex parietinis quæ ex se notius fornices apparent magna ex parte defecti: & ubi constant
 ex æli uetustate: Peristiliū formā anni eripuerūt. Sunt & alia uestigia ultimæ antiquitatis: Sa
 cellum Syluani & Priapi simulacrū: Monumentū præterea Iunoni Lucinæ institutū Al
 tori pro filia. Visunt statuae ueterū atq; nouis ædificiis prisco habitu: calceisq; Senato
 riis. Trophea item incisa marmoribus: & sepulchrorū epitaphia. Epigramatū quoq; gra
 tia antiquitate redolet: rotunda: polita: elegantia: breuitatē quā teneat: terficiam nō relin
 quūt: Quorū nonnulla indicant Teramū Martialem fuisse Coloniam ductū a. T. Tattaie
 no: sed hæc intra mœnia. Extra urbem sepulchra: lapidesq; itinerarii: extant aranti agri
 colæ nōnunq; urnæ refertæ cineribus: quod genus humationis recessit a nostris: & mul
 tarū est ætatum. Nec stetit diu prisca hic mos: ut igni cremarent: a Sylla institutus: Sub
 latus a Nerua. Templo maximo cōtiguæ sunt ædes Pontificiæ: nisi quod uiculo solo diri
 muntur. Hæ ædes haud quā respondent ad templi magnificentiam: apte tamen magis
 quā pulchræ: liberæ undiq; atq; expeditæ ī arcis modū assoluunt: spectantq; triplex forum
 primū in quo animalia: alterum in quo merces ueneant. Tertiū a tergo macellariū: & cer
 dones complent: habētq; hoc uoluptatis fenestra: ut cuncta despiciant. Quicquid undiq;
 comportationū rerumq; uenialium propter oculos eunt: propter oculos redeunt. In oculis
 proponuntur. Inde cōmoditas uictus si qua rerum incessit libido prope est: unde hæc
 depromant. Audiuntur auctiones: obstrepunt: fremūtq; negotia: ut in emporiis cōsueuit.
 Ciues uariis artibus: imprimis lanificio: & mercaturis dediti. Natio omnis uasra: callida:
 arguta: libertatis magis cupida quā capax. Tyrannidem summo consensu nuper exuerunt:
 Arcem opera & situ munitissimam adorti uiribus: & impetu expugnauerunt: expugna
 tam equarūt solo. Regibus ad omnia parent: Cæteros autē nō recipiunt aut interimunt
 receptos. Antistes urbis maximo ī honore habent. Me colūt: me obseruant: Me nō p̄sulē
 modo ciuitatis: sed & Principē uocant. Idq; uetustissimis inueniūt seruatū: Quod uastatā
 hostili incendio Urbem ac funditus deletam. Antistes refecerit: Quæ res maiorū decre
 tis est confirmata & celebrata monumentis. Habes Urbem totam: habes ualitudinem.
 Nunc statum ut intelligas: accipe montes. Nam ii nostri sunt omnes per montes: a quib;

bus duo passuum milia recedere urbem dicebamus. *Castella* quinq; arces duæ: *Pagi* citè ceter quadraginta sparguntur. Quæ omnis nostra regio est. Hæc *Campani* regna: hoc imperiū ex *ponato*: *agrestiq; opilion*e factus sum *regulus*. Audi nunc quantæ ditionis: & montana ne despice. Parent mihi mortaliū paulominus q̄ quattuor milia: in quis qui arma ferre possint: octingenti inueniuntur. Si me ad pugnam prouocaueris: hoc exercitu: his copiis licebit occurrere. In hos ego liberam habeo uitæ necisq; potestatem. Solum ipsum ad montiū deuexa etiam olei ac uini ferax. Suprema iuga: perpetua hyeme niues occupant: nec quicq̄ gignunt: quod æstate meratur. Serunt quidem frumentū in uallibus sed parum colligunt in cœlitate soli. Vino qui sunt ditiores utuntur importato. Ceteri aqua refouentur. Pomorū ac pirorum eximia feracitas. Hyeme tota obruti niuib;: Sub rectis habitant: uictui necessaria congerūt per æstatem & autumnū. Bruma tam possunt casis efferre pedem q̄ uolare. Nix increuit hoc anno continenter altitudine pedum duoz decim. Ripæ fluminū quæ dixi orta montibus ad urbem confluere: exitum nōnunq̄ præbent: quod & pressiores sunt: & niues currentium aquarū propinquitate dissolunt: Sed quāto Brumæ asperitas grauior his in locis: tanto est æstatis amœnitas & clementia maior. æstina pratula: æstiuæ fontes: frigiduli: geliduli & platani: abietesq; uiridula: mirū est quantum affectant uoluptatis. Ita si quando urbis fastidium cœpit: aut æstus sit ardentior in planis: huc me colligo naturam secutus: quæ hoc sibi diuersorium astate selegit. Per anni domicilium muto: hyeme urbem interdum: & maris littus inhabito: æstate montes. Est unde hoc uiuendi genus acceperim: oues imitatus: quæ per brumā: maritima: p̄ æstatem montana sectantur. Quæ uti cœlitas si pecori liceat: homini nō liceat: Si ignaua & bruta ouis hoc uidet: hoc sequitur: Ego qui quoq; idem uideo: Idē quoq; nō sequar. Neq; enim pecudis uitam: hac refectione animi: hoc leuamento corporis: digniorem censo esse q̄ hominis. Multa genera uenationū in montibus: multa & expeditiora in planis. Syluarum nō una facies: quædam aperte & distinctæ arboribus: aliæ confusæ & densæ. Hæ apros occulunt: Ceruis illæ inhabitant. Colles item tonsi & nudi: Colliumq; cœualles: leporem ac uulpem exhibent. Apri spuma quæ fremunt inter uepres: Cerui saltu delectant in nemore. In aruis lepus cursu placet: gyro & amphractibus uulpes. Illic sedere potes ad rætia: & amitem sustinere. Hic lassare canem ad tempus: & irritare: utrum placeat in arbitrio: ut ætas quæq; excitat: & remittit. Ita & quiescere in alieno labore potest & inquiete laborare: & tamen pari omnia cum uoluptate. Possem tibi mille fontes: mille riuulos describere: qui per salus excurrunt & murmurant: & uenationi auxiliantur: dum lassos recreant ceruū retinent: morantur aprum & uulpes: ac lepores aut sistunt aut auertunt: apta insidiis loca complent laqueis: Cetera impediunt materia: & sudibus: Feruent quotidianæ uenationes quæ cœlum patitur: rætia uicariū fiūt: Singulæ tribus aut portæ textū sua. Caput: exta: pellesq; ferarum his dantur: quoz rætibus fuerint interceptæ. Cetera diuidunt in capita: uiriditatem tamen: nā pueri sunt extra sortem contenti quicquid ex liberalitate dantis accipiant: dūmodo sint expertes. Nec desunt etiā aucupia: siue illa ociofa quæ auium traiectiones obseruant: mane ad escam exeuntiū: aut redeuntiū ad syluam uesperis siue quæ exagitatū gleba & strepitu: agunturq; in insidias: siue quæ sibilis fiunt: & cōuiscationibus: Seu quem canes: accipitresq; delectent: magna copia est agro toto. Multosq; id aucupicij genus exercet: quod perdicariū uocant. Coturnicem: afframq; gallinam: & ioricam atragenæ singuli uepres proferunt & stipulæ. Nam ficedularum: turdorūq; ingens multitudo: Illæ rætibus & uisco: hi etiā arte illectamentisq; capiunt. Quibus ex rebus sit ut nulla possit esse facietas: hæc studia sectandi: Nam est uarietas uoluptatū rerumq; omnium condimentum. Me aut delectant hæc omnia: & quidē æqualiter omnia: nisi quod expectare feras libentius soleo: ad clatros & rætia: q̄ p̄sequi fugientes. Habet hoc dignitatis Antistes urbis ut uenari liceat: & ferre hastam & uenabulum: & si opus sit incedere armatum: purpuraq; uestiri: etiā iudices causis cognoscendis statuere: & testamentis: tabulisq; conficiendis: quæ res præter solum Regem toto regno p̄missa est alteri nemini. Nā accipitrem nutrire: & gestare manu: cōmune fortasse: sed cum paucis. Possem prædia nostra latissima: possem opes templi cōmemorare: uariaq; & urbis & ciuū ornamenta: Sed hæc satis futura existimaui: quæ te etiā mea somnia postulantē occupent & impleant. Si longiorem dicas hanc esse epistolam q̄ cōueniat: cogites nō me scripsisse longam: sed te longissimam postulasse. Si autem breuior uideatur: etiam illud consideres nō idem esse librum quod epistolam petere. Vale.

CAMPANVS CARDINALI PAPIENSI.S.

SVades pro pietate in me tua: ut quod ipse effecisti: cæteris reiectis studiis: præsertim poetarum: incumbam Euangelicis: quæ hæc salutaria & sancta: illa ob scœna & pernitiōsa uideant: Nec cum surdo tibi res fuit: ita suades ut plane quod suades iam persuaseris: reieci ueterem academiam omnium: quos antea lectitabam antiquorumque libros: nec aspicio nunc quidem ne uidear legere: sic insedisti animo: sic tua sanctissima in hæserunt monita: mecumque sunt semper: ut quoties aut historicus occurrat: aut poeta aspiciat: aut orator ueniat in manus: expiandum me censeam. Cogito quod ipse toties monuisti: consecratum esse Euangelio os meum: admissum me in sortem domini: & unum de excubantibus ad fores tabernaculi esse factum: non dignum exemplo: sed ut id quod iussisse uideat Apostolus: exemplum sim fidelibus in uerbo: & omnis sermo malus ex ore meo non procedat: nec potest non malus esse: qui sit uanus: qui non ædificet: qui gratiam audientibus & utilitatem non afferat. Datum est nobis os ipsum: non ad scurrilitatem & mendaciam: sed ad id quod propheta decantat in psalmo: Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam. Illic disertis: illic eloquentes esse & possumus & debemus: ubi non magnitudo desit laudatæ rei: nec copia laudatori: sed quid aperies inquit: nisi ut intelligamus reconditam linguam: oclusum os nostrum esse oportere in rebus cæteris: in una dumtaxat Principis dei laude exoluendam linguam: aperiendum os esse: ut ad hæc unam rem nati: hic toti quanti sumus occupemur: quicquid agimus aliud: aut dicimus mentiamur necesse est: & prædamur omnes qui loquimur mendacium: nec potest non mendax esse qui aliud quam ueritatem: quæ Christus est: loquitur: in illo uia: in illo norma est & maxima ad quam tendit: qui nolit errare: os: aures: oculi: & sensuum membra cætera nuntii sunt rerum exterarum ad mentem nostram: & præterea testes ipsius mentis ad externa tam quod illa cogitat: hæc aperiuunt: quæ quod hæc porrigunt mens concipit. eam ob rem nemo potest de sanctimonia loqui qui sancta non legit: qui sancta non cogitat: qui non audit uerba doctrinæ: & prophetam non attendit exhortantem: Venite filii audite me: timorem domini docebo uos. Quis est qui ascendere possit in atria domini: nisi qui loquitur ueritatem in corde suo: & non ægit dolum in lingua sua: quæ autem ueritas in corde esse aut cogitari potest: nisi qui ait: Ego sum ueritas & uita: & qui credit in me uiuet in æternum: cæli decepti elusique peribunt. Quid dolum nisi poetarum mendacia absurda & uenefica: quibus mulcentur aures: animi decipiuntur. An possit quisquam non falli si poetas sectetur: qui non inuestigatores: sed & confectores atque inuectores fuerunt mendaciorum: An esse non lasciuus si inter illorum fabulas: cantilenasque uersetur: refertas pruritu & titillatione uoluptatum: libidinum: flagitiorum. Nam quod tu flagitii genus in poetis non inuenias extolli & prædicari: digni illi quidem: qui & uates & diuini dicerentur ministri eorum deorum quos habebant profligatissima & perditissima quæque postulantem si modo erant id dii: & non stulticia potius eorum qui hæc confinxissent: referentes omnia ad appetitum quisque suum insanum & amentem: Extollebat Iouem qui adulteria probabant: Venerem & Cupidinem qui uoluptatibus immersi: finem iis in rebus modumque beatæ uitæ statuebant sic Bacchum & Cererem: qui uentri & ingluuiæ dediti. Martem qui proeliis delectarentur. Dianam qui uenationibus. Palladem qui lanificiis: quæ etsi erat honesta: interdum erant tamen indigna: quæ tantopere laudarentur: ut deorum loco ponerent: qui hæc excogitauissent: Itaque finxerunt sibi sermones nequam poetæ: Locutum est mendacium os illorum: & secuti sunt uanitatem: ad increpandum uerba concinnant: & sermonem protulerunt in uentum: & tamen nescio quam sibi persuadent gloriam nominis: quæ aut nulla sit: comparatur: cum uita extincta memoria: aut nihil est profutura si comparetur: quorum insignem stulticiam persancte carpens Hieremias ecce inquit uos confiditis in sermonibus mendacii qui non proderunt uobis: & secuti deos alienos in Balaam: id est in uoraginem & præcipitium declinatis. Ad unguem de poetis est Hieremiæ sermo: poetas irridet: quorum totidem dii sunt quot nugæ: ita pernitiōsi sibi poetæ: pernitiōsi cæteris si lectitentur: eam potest quisquam inter illorum scripta non eneruare: quæ in igne non uris: in aqua non perfundit: in fæce non sordidari: & enim qui tangit picem inquinabit ab ea: & per difficile est inter impudica uerba fieri non impudicium: ratio uitæ uostræ præceptis constat & exemplis ut quisque sibi auctorem proponit ad imitandum optimum: ita sit ipse optimum: pessimus: ut pessimus: præclare uero continentiam ediscas iis in libris qui ea de causa sunt scripti: ut te edoceant quibus modis fieri possis incontinentissimus. Quid aliud ab Anacreonte poteris percipere græco auctore nisi ut discedas a deo tuo: sequaris alienum: ut

quem alienum: spurcitiem & flagitium: quem honesto nomine Amorē uocat: re ipsa for-
 dicies quæ dī fœdissima est: o dormitor inquit rerum & dux amor en supplex genua am-
 plector tua: pulchrum me Hercle deum: quem colas: cui supplicetur: a quo perniciē im-
 petres: desperes salutem: qui quo tibi sit præstantior: hoc crucieris atrocius: arctiusq; iuol-
 ueris ut discedere si uelis: a malo nullo modo possis: Sed erit præceptor alter e nostris q
 se amoris præfectum fateatur: Quē uenus artificem teneræ præfecit amor: Et tu censes
 posse te aliquid honesti edoceri ab eo: qui se magistrum contendat turpitudinis. Extollūt
 omnes una uoce potæ uoluptatē ea se illaqueari cupiunt: eam auro & regno potiozem
 arbitrantur: hanc prædicant: hanc complectuntur: quoq; unus ex præcipuis dum huic ua-
 cat Regum inquit magnæ despiciuntur opes. Alter magister ille quem dixi media in ue-
 nere extingui se ait cupere: ut rite meis consonet: ut qui uixit perdit: moriatur perditiss-
 me: ut quisq; tali ueniens in funere dicat: Cōueniēs uitæ mors fuit ista suæ. Taceo: qui los-
 cuti sunt imperitissime: Proh deum quæ turpitudines: quantas illecebras inculcant nos-
 bis: demus ueniam erroris: ignoscamus amentia impudentium: tantum quis possit ferre:
 exacuerunt ut gladium os suum cogitauerunt: & locuti sunt nequitias: iniquitatem in ex-
 celsis locuti sunt: posuerunt in cælū os suum: & lingua eoz transiit super terrā: Itaq; tan-
 tum absunt a pudore flagitii ut flagitiis maxime gloriantur: conficiunt & illiniunt aures
 prurientibus fabulis: ut penetrantia uenena non sentias: & Syrenæ more tunc maxime
 perimunt quā delectāt: uenenum aspidum sub labiis eoz: & insanabilis est plaga quam
 inferūt. Sed est durū dicet aliquis & ingrātū accusare eos qui te quātus: quātus es fecerūt:
 nam siquid est nobis facultatis in dicendo: Id nos a poetis tanq̄ manu uidemus accepisse
 Hunc conatum: hanc nimbam eloquentiæ quam præferimus: illi aut præstiterunt soli:
 aut maxima ex parte contulerunt. Ego uero & quod a Platone factum est in ea ciuitate
 quam uoluit esse optimā: poetas quidem omnes repudiandos censeo: sed alteros ubi de-
 feruerint: mittendos manu relinq; tendosq; libertati suæ: alteros præcipites ac longe abii-
 cendos: eos scilicet qui nos obscœna labe quoties uenere in manus: inficiunt: quoq; nus-
 mero & Martialis & Catullus: & qui sunt similes: quoq; nihil est elegans: quod nō idem
 turpe & obscœnum. Censetur uir sanctissimus atq; oīno eruditissimus Virgilius nō legen-
 dus modo pueris: sed imbuendus: figendusq; memoria: sed censeat dumtaxat pueris qui
 ornatum possint capere & elegantiam. Lasciuia siquid sit ne quicq̄ sentiant: aut si sentiat
 nō corrampanē. Quū enim dictū est: qm̄ tu scientiam repulisti: & ego te repellam ne sa-
 cerdotio fungaris: in quæ rerum scientiam putamus repelli non oportere: omnīū arbi-
 tror: quæ sunt honestæ: liberales cæteras: abiiciēdas. Quippe lectio nō aliena p̄ Roscio
 fit: quantū haurimus ex ueterum scriptis: tantum refundamus in cæteros: capiunt illi: nō
 quod sua eligunt industria: quanq̄ is morbus nullam habeat: sed quod nō percipiunt ex
 emplo: & perceptione quam habent: pendent ex nostro iudicio: si mones nostros atten-
 dunt: nitunt: uitam nostram comparant: monitis nostris: præceptis nostris obtemperant
 uestigiis nostris innitunt. Deniq; ad nutum nō modo actionū nostrarum: sed & uerbog
 imutantur. Verba nostra uirgulæ sunt Iacob ut illarum aspectu oues: sic oratione nostra
 & exemplo cōmissi nobis homines inuertuntur: & tanq̄ peone illo quem Græci concis-
 tandis militibus solebant adhibere: honestis ad sancta: turpibus ad infanda impellit uul-
 gus. Quo magis cauendum est nobis: quid quēq; doceamus. Et enim si quod lectitamus
 discimus: quod discimus doceamus: necesse est qui ad hoc sumus instituti ut lucem profe-
 ramus: ut sint lucernæ ardētes in manibus nostris: & luceamus nobis: luceamus & cæte-
 ris. Sit igitur lumen uerum quod afferimus: dirigat nō præcipiter: ne qui ad lucem positi
 sumus alioz: ipsi obtenebremur. Deus qui dixit de tenebris lucem s; splendescere: ipse il-
 luxit in cordibus nostris ad illuminationē scientiæ claritatis dei: nō poetarum: nō nugar-
 um & mendacior. Eramus tenebræ qui i his fabulis uersabamur: facti sumus lux: qui e-
 terrenis ad cœlestia: ex mundo ad ehitum cōmigramus: cuius regnum nequaq̄ est de
 mūdo. Sumus luminaria in caliginosis locis: refulgeamus tanq̄ sol in clypeos aureos: &
 splendescant montes a nobis: qui sumus lux mundi: sed terræ: genus electū: pastores dos-
 mini ad custodiam uniuersi gregis: in quo posuit nos spiritus sanctus: separauit nos ab oī
 populo ut seruiremus ei. Tonsa coma: productæ & candidæ uestes: præclaræ initiatiōes
 in templis factæ: sacramenta religionis sponte suscepta nos admonent: quibus uti uerbis
 qua esse uita: q̄ honesta: q̄ sancta: q̄ diuina quæ legantur: Quare lucratus es tu animam
 fratris tui. Exuo iam mi Papiensis auctore te uetus fermentum. Nouam hominē auctore

te induo ut sim de quo scriptū est. Cū ingressus fueris Urbem: obuiā habebis amicū prophetarū. Et insurget in te spūs dñi: pphetabis cū eis: & mutaberis in uirū alterū. Utinam possim p̄stare quod cupio: nō magis me sociū poetarū studiis olim habuisti: q̄ habiturus es euangelicis. Poetarū scripta: & sc̄ia oīs mūdi: sūma stulticia est: & ob hoc stulticia sum ma: quia mūdi: in quo nihil nō summe stultū: si hic consistamus. Vale.

De Tybure Campanus ad Nicolaum Luceñ.



QVO in statu simus hoc nostro secessu aestiuo: ubi paucis acceperis par pari referto: habet hoc boni rerū cōmunicatio: ut si a beniuolentia oriat: & prospera iocūdiōra fiant: cū enūciant: ac aduersa leuiora: hic cocta uina: cruda cū aqua decertant: panis ater ac insulsus: poma abunde partim natia: partim exotica: ficus: uua: psica passim undiq; ramis pendent suis usq; ad delicias ut nul q̄ meliora: etiā mala punica. Nam cersa nō sunt huius temporis: & ueri referunt: cetera important a finitimis. Nullius rei copia maior q̄ uentorū: oppugnamur usq; quaq; ab austris: libero aditu die ac nocte sonitu magno seuientibus. Crepitus aquarū habet nescio quid suauitatis. Quippe casu p̄cipiti delapsa: mirū est q̄ gratā ad dormientiū aures resonare: dulcesq; illabi uideant. Prospektus sunt in agrum Romanū: defluentemq; Anienē patentissimi: ut ferri oculi in longū: & cum ipso abire flumine longo itinere possint. A tergo montes prominent: partim asperi: nudi: & salebrosi: partim lenes & uestiti arboribus: tum recurui omnes in lunæ nōdum plenæ speciē: nec uno quidē limite exurgunt: nam scindunt Anienē: faucesq; efficiūt: angustas primū: & paucis uinetis: ex utraq; parte ripa fluminis distinctas. Mox in conualles exeunt aliquāto latiores: quæ uel ob hoc memorandæ sunt: qm̄ uestigia retinent ultimæ uerustatis. Aspiciuntur aquæductus sublimes & pulcherrimi: diuerso tractu excurrentes: secuti æqualitatē soli: nō regionis: qui ad huc integri atq; erecti: multis in locis ita constant: ut certasse cum annis: nec dum uicti & supari esse uideant. Prodeunt autē a montiū primis radicib; & cōualles p̄tergressi: p̄ aliorum montiū dorsa labunt: nōnunq; sub terra reconditi: quorū uocem facile exaudiri cum pedibus feriunt. Tum uetera edificia quorū magna iacent uestigia: totū honestant agrū nec magnitudine solū te ad spectandū iuitant. Sed etiā uetustate quā ostendūt & seruant prisco more edificadi: nescio qd̄ præ se ferente ambiguū: inuolutū: pplexum. Quædā ferre integra parietibus p̄petuū seruant ordinē: ambitūq; penetraliū. Visunt cœnacula nō nullis in locis paulo editiora. Visunt & in augurandi areæ in orbem quattuor interuallis aspiciētes. Latet etiā usq; quaq; chripto porticus: & ueluti ceruice tenus sese ostendūt. Cetera ex pte intra terrā abiere. Tum agro passim toto sepulchra ueterū Romanorū: aspiciunt etiā statuæ marmoreæ: quarū dignitas nobis antiquitatē ostētat: & suū laudare artificē uident. Extant intermixtæ hōibus uolucres: feræq; & exp̄llæ marmorib; agitare alas quaterne cornua: occurre rostris atq; unguibus: ut nisi q̄a nō mouent: uiuere uideant. Igit̄ egressus mœnia: quocūq; te uertas: inter priscos uersari & in uetustate esse te censeas. Nā est agri gratia q̄ oppidi maior: nihil lauticiæ: nihil urbanū oppidanis. Sordēt oēs ut incul ti. Tū fontes in oppido nulli exurgunt. Sed ex Aniene crebre factæ: deriuationes eius in feriora pfundūt: inde diuerso exitu subiectū agrum: quo nihil cultius p̄nt irrigare si expediant. Ostēdunt incolæ Sybillæ domos. Ostēdunt Quintilii p̄diū: faciuntq; ex noīe cōiecturā. Etiā uillam Hadriani quā uetus Tybur appellat. Centum ac totidē distinctū fornicibus. Tum ad ueterē portā edificia pulcherrima: & quæ auctores exprimat. Possem tibi alia multa calamo tanq; digyto designare. Sed aliquid uolui mihi reseruare: ut cū huc uenias: quod facere te uehemēter cupio. Plus inuenias spectaculorū q̄ qd̄ tibi fuerit meis lris demonstratum: & supata expectatio aduētū uideat. Cum ip̄imis magnificum sit pauca pollicentē multa p̄stare. Vale & tantundē redde. Campanus Matthæo Vbaldo suo. S.



MAGNA me libido icesserat uidēdi Romā: cū p̄pter reḡ antiquarū magnitudinem: quam adhuc extare cogitabam: qualem plurimi rerum scriptores posteritatis memoriæ mandauerunt. Tum ut summum Pontificem quem antea nunq; conspexeram adorandi: & mea expiandi gratia conuenirem. Sed o utinam nūq; accessissem: omnia etenim longe aliter euenere q̄ fueram opinatus. Primum magnitudinem uidi nullam Vrbs magna sui parte diruta: multisq; in locis funditus deleta: uim mihi lachrymarum excussit. Quadrati enim lapides antiquis litteris incisi: iacentes ubiq; conculcantur. Edificiorum reliquæ paucissimæ: & quas uetustas ex oī parte exedere nō potuit. Colūnæ passim occurrunt eximie magnitudinis longe lateq; dissectæ: quædam pro aliquo impetu contractæ uel consumptæ uetustate.

Gens ipsa barbaris multo q̄ Romanis similior: aspectu fœda: sermone uaria: disciplinis
 iperita: cultu agrestis: rusticaq; uidef: nec mirū: quæ ex oī pre orbis terraz in eū locū tāq̄
 in uiuariū feruile cōfluxerit. nā si ad ciues respicias: paucissimi sunt q̄ specimē illud prisca
 nobilitatis retineāt. Nā gloriā: & splendore militare: magnitudinē iperit: seueritate morū
 integritate uitæ: tanq̄ uetera atq; aliena despicientes in luxū: mollicie: egestatē: insolentiā
 atq; in effractā libidinē pruperūt. Dignitas oīs in sacerdotibus: quos aut claritudo gene-
 ris in eū gradū: aut uirtus eximia p̄uexit. Hi sunt q̄ Romam: Romā esse faciūt: qualē nō
 Romuli fortitudo: sed Numæ Pompilii sanctitas fecisse fert. Sed nec oēs sacerdotes esse
 p̄nt. Ceteros seruoꝝ turbā iudicandā putes: quorū alios coquos: alios fartores: lenones:
 alios scurras nebulonesq; censeas. Hi sunt q̄ arcē obtinēt Capitolinā. Hi Carullog; Sci-
 pionū Cæsarū domos habitātes: clarissimas illoꝝ statuas atq; imagines pedore: uinolentia:
 fumo: culina: & oī deniq; spurca: cœnosa fœditate derurpāt: obscurāt: delēt: q̄s aīo tam
 duro: tam ferrea mente ut illoꝝ clarissima gesta recensens: sūmos atq; repetens honores
 a populo: a Senatu: ab exercitu decretos maxias atq; amplissimas cogitās dignitates: non
 eoz miserā uitā: & fortunā ibecillitatē dānare: accusareq; cogit. Cū uideā in tantā spur-
 ciciem tantū squalorē & fœditatē clarissimas eoz imagines obduxisse. Domos illustrissi-
 moꝝ hominū: Ducū: Imperatoꝝ a Sicariis: coquis: lenonib; possideri. Titulos eoz aut
 fumo culinaz obscuratos: & fœdissimaz rerū pedore funditus esse deletos: aut p̄tim con-
 temptu deiectos: p̄tim negligētia & uetustate cōsumptos. Campanus Cerilo suo. S.

descriptio neap.



QUOD Neapolim p̄pe diē ituri sitis gaudeo: urbē uidebitis nō solū Regiā
 sed semp Regiā: cū situ: cœli clāmentia & amenitate pulcherrimā: nā
 de feracitate agroꝝ plura dicenda essent q̄ dici possent. qd tibi rosaria me-
 dia hyeme uiretia: qd poma illa suauia atq; odora cōmemorēt: qd dicā Vr-
 bem altera pte monticulis subiacentē: altera in planitiē longissimā extens-
 iam. nā tertia ad mare p̄petuo fluctu sinus habet paulo remotiores: nec altū nimis & ho-
 minū & nauū patientē portū. Vna est totius Italiæ ciuitas rerū omniū abundantissima
 maritimis iportationibus & soli beatitudine ut q̄ eius urbis delectatione nō capiat cates-
 ras possit reliquæ Italiæ fastidire. Et uereor equidē cū eō pueneris totus tantæ urbis spes-
 ctaculo effusus omnē nostrī memoriā abiicies. Verū uale atq; ita ut cū ualido te & redu-
 ce quantū oblectatus fueris liceat longissimo sermone iucundissime disquirere.

Campanus Caldarino suo. S.



CALDARINĒ mi salue millies: Venerunt ad me agmine propinqui tuis
 duce Ioancola nostro. uenit & Landus iam senior. Nō putabā tanti te esse:
 ut etiā absens ciuitates in amioꝝ occursum sollicitares. Excepi omnes ea
 fronte qua te: cum spatiū nō fugam meditaris. Ioancolā & priuata mea be-
 niuolentia & cōmuni tecū ita sum complexus: ut maximæ laticie accesserit:
 utriusq; nostri studiū in illo esse perspectum. Landus totus est beneficii tui. Andreas:
 Bartholomeus: Angelus facile ostenderunt quantū te ament: qui mihi tua causa polliciti
 omnia fuerunt. Ceterum delitiarū Benaci nihil bibendū ad Athesim fuit. Caue post hac
 officiosum te p̄dices: qui amioꝝ inopia ne in summa quidē copia consulas. Theatrū nō
 dum inuisi: audio esse ppulchrum: & quod ad hūc diem uetustati repugnauerit: p̄clarū il-
 lud quoq; harenā appellari: patereq; ad congressum: & quod ad spectacula erectū fuerat
 seculariū ludoz: Nunc ad quotidiana flagitia p̄stare. Vrbis quantū interspicere transeūti
 licuit: Visa mihi est agros: mœnibus: flumie: priuatis publicisq; edificiis permagnifica. Ci-
 uium aspectu longe magnificentior. Intellego nunc tandē quantū sit alpes accolere. Cœ-
 lum est latum & perpurum: nulla caligo est: expeditum solum non palustre: rarissimæ
 nebula: oleam nō patitur modo: sed effert & porrigit: Vrbis ita posita colles: flumina in-
 tra mœnia uideas: extra mœnia & campi latissimi: & editissimi montes aspiciantur. Sed
 de Vrbe tua quantum opus dicere tuaz est partiū: mihi satis erit uoluptatem quā oculis
 cœpi: nō suppressisse: accepti sumus mirifico apparatu: nihil defuit ad rem: nihil ad ostē-
 tationem. Auxit gratiā Episcopiū noui operis in quo deducti habuimus in oculis Athe-
 sim: habuimus arces: Sed heus tu: Insanit: quisq; edificat alteri: sibi nō parcit. Hermolaus
 noster quē ego inter amicissimos habui: corrasit undiq; nec sine offensione dignitatis: ut
 habitarent cōmode: q̄ post se Antistites sufficerent. Itaq; læserat multos: & plane atripiē
 studio exerescendi qui edificat: nec cogitat unde: sed quantū congerat ad fastigium. Et q̄
 late spatietur. Tu qui sapis columbis tecta nō eriges. Vale.

laus amici Cois

Comidatitia

*descriptio be-
naei Urbis*

de edificatorib;

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI
EPISCOPI: INTERAMNIEN. APRVTINI.
EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

Campanus. P. Sciculo suo Salutem.



QVO in statu res nostræ sint: & nūc & alias scribemus uberius: diu-
tiis enim ut nō multum polleo: ita & nec egeo quidem multum: glo-
ria uero (nihil enim occultare possum Sciculo meo) plusquā in iuue-
ne satis est polleo. Xii. kl. Nouembres orationem habui apud Peru-
sinos longe gloriosissimam. Aderat Beneuentanus Antistes Urbis
nunc Perusiæ Gubernator. Sic eum qui ciuitati præsideat appellant:
aderant & iuriscōsulti octo & quadraginta: quid tibi dicam medicos
grāmaticos: oratores pœne innumerabiles: quales sunt oratores ho-
die: si solum nō barbare: illatineq; loquant: præterea hominum plusquā tria milia qui ad
me (de quo aliqua præcesserat expectatio) audiendum cōuenerant frequentia incredibi-
li: aderat Gilsfortis summi Pont. thesaurarius: quē iure ut arbitror quæstorē licet appel-
lare. Cæteriq; ciuitatis magistratus ad Campanū tuum oratorem dicam: an aratorem au-
diendum. Quid te moror: orauit horas tres: tanta cum allensione auditorum: quantam tu
quū senties admiraberis. Primū initium atq; inuētores singularum scientiæ atq; artium
explicauit. Mox qui uiri in unaquaq; facultate claruerūt: ostendi. Postremo quid utilitatis
ex singulis consequeremur: aperui breuiter & luculenter. Rem sane pulcherrimā & lon-
ge plus inquisitionis q̄ artis exposulantem. Politicam deinde aggressus: gubernatorem
paucis in cœlum tuli: eam uero in partes digessi duas: Ius ciuile & scientiam militarem:
quas multo uberrime: multoq; ornatissime profecutus imperatorias artes appellauit. De-
inde ad ciuitatem conuersus: duabus iis imperatoriis artibus illustrem ostendi. Nec ullā
esse huic neq; legibus neq; armis in Italia comparandam: repetiq; initium & proecessus
Perusiæ unūquodq; trahens ad utilitatem meam: idest ad splendorem & gloriam ciuita-
tis: Tandem ad eloquentiam omnis gloriæ conferuatricem: ita me conuertit: ut tota una
atq; eadem esse materia uideretur: hic Perusinos adeo uehementer excitauit: eorūq; accu-
sari iis in studiis negligentiam: ut quū auos atq; uos suos loquentes: & sepulchris obscu-
ra ueste pallentibus genis egressos: & sese cōstictantes: q; obliuioni perpetuæ traderent
induxissem: multis uim excusserim lachrymarum. Vltimo orationis meæ loco ad studio-
sos conuersus: ita sum ardentem hortatus ad studia tum legum: tum rerum aliarū: ut concit-
tari & prosilire quidam in ipsa interdū oratione uiderent. Deniq; tam artificiose conclu-
si: ut stupidi omnes atq; attoniti redderentur. Pronunciatio quidem ea fuit: ut longe plus
celeritatis q̄ moderationis & grauitatis habuerit. Sum enim ut tu audire potuisti paulo q̄
satis est in pronunciando celerior: sed tamē nō ingrata semp auditoribus illa celeritas: si
quando amplificatione atq; acrimonia quadam: quum crebris ictibus decertemus: cur
autem ita rem accelerassem multa me in tanto cœtu hominū hortabant. Primum q; res
erant percurrēdæ quidem multæ: perorandæ uero q̄ paucissimæ (neq; e nim singulas po-
teram sciētias perorare (tum quoniā hoc tempore: hominis pleriq; ignari atq; imperiti:
nō tam grauitatem scientiæ q̄ uerborum quasi torrentem admirarent: memoriam præ-
terea summā & quasi diuinam esse censent: quotiens res tractu orationis non interrupto
prolatæ quodam ueluti dicendi flumine puehantur: quæ si rarius paulo aliquantop; pres-
sius: castigatiusq; efferantur: nō artis esse iudicant: sed als diminutæ infinitæq; memoriæ:
quod equidem nisi prestissem: non tantam fuissem ea die dicendi gloriam consecutus.
Qui quoniā rem omnem præuidi: manifesteq; cognoui: effeci ut totum triduum ingens
quidam in ciuitate stupor ac tumultus esse uideretur: omnes me loquebant: tum plurima-
rum rerum noticiam: tum maxime memoriam cōmendantes: digytis me quocūq; irem
ostendebant: quid tibi uis dicam? neq; enim est mihi cornea fibra: ut laudari metuam: &
quod omnes cupiunt: unus ego nō cupiam: ad quod & ætas me mea laudis auida: & stu-
diū natura gloriosum uehementer impellit. Scripsi tibi quæ homini nato scripsissem nes-
mini ne plus apud te temeritatis habere atq; iactantiæ q̄ laudis: gloriæq; uiderer: Sed ita
sumus a natura comparati omnes: ut nihil nobis gratum & iocundū esse possit quod nō
cum optimis & charissimis cōmunicemus amicis. Ego uero quia chariorē te habeo ne-
minem: statui susceptam ex tanta gloria læticiā in te refundere: quā tacitus capere: & cō-
tinere nullo modo potuissem. Vale.

Narratoria

Jocus, anotation

Denominatio Iuris
lis.

Nullus boni Sm
Socio Iocunda e posse

Campanus

suo. S.

Purgatoria



LITTERIS tuis iocundissimis respondere statim ut uoluisssem delatorum inopia non potui: nunc quoque quo minus ornate ad te rescribam: causam affert festinatio tabellarii. Doleo equidem & uehementer angor litteris tuis & primis & ornatissimis mutua scribendi gratiam referre non posse. Tu nunc pro ingenti humanitate tua dabis ueniam: nos pro officio nostro aliter scribemus uberius. Orationem uero meam a Dominico Sabino tantopere commendatam esse uix gaudeo: non quod eius commendationem plurimi faciendam esse non censeam (scio utrum esse quod doctissimum: & Ciceronis imprimis imitatore) Sed quoniam uereor bene uolentia potius motum quam animi fretum iudicio commendasse. Amat ille te ut & ipse mihi coram aperuisti quoniam essemus una: & litteris deinde perscripsisti longe plurimum: quo fit ut me quoque ab eo uehementer amari non dubitem: quippe ita sumus natura comparati: ut non amicos solum obseruemus: sed eos ipsos etiam qui colantur ab amicis: eadem prope charitate & beniuolentia complectamur. Iudicium ab omni esse debet: ut odio sic etiam amore seiuogatum. Huc accedat quod percurrenti mihi pridie exemplar illud unde fuerat oratio ita transcripta: error quidam occurrit: nescio an mihi: puto tamen ei potius qui transcripserit tribuendus. Quoniam enim Perusinorum mentionem fecissem: scriptum erat Romanis primum apud Cremeram. Mox apud hunc uestrum Thrasimenum: postremo apud Canas maximis atque acerbissimis cladibus affectis. Cremeram scripsit: quoniam Trebiam debuisset. Credo fabios somnians: siquidem homo est haud illitteratus. Ad Trebiam enim primum ab Hannibale uicti fuere Romani: siue mauius ad Ticinum: eum errorem si minime aduerterit Dominicus noster: ineptum iudicem habuit oratio mea. Sin (quod magis arbitror) aduertens emendare noluit iniquum. Proinde sic illi tu dicito: iudicium a me suum non improbari quidem: sed tamen aliquantum uideri suspectum: huc tu mihi Anthoni totum illud tuum dicendi genus adhibeto: totum tecum tuo in Dominico deuoueto. Operam meam quantulacumque est: in rebus omnibus pollicetor. Cremeram uero funditus deletor: uel si cremanda tibi potius ista Cremera uideatur: cremato: ac Trebiam ponito. nihil est enim a uiris doctis: is praesertim qui historiam praesentem alienius: quam nomina: personas: loca: temporaque confundere. Si quae praesentia uidebuntur errata: corrigenda ea defer ad Dominicum nostrum: ea lege ut iudicem se non patronum praestaret: a quo emendari res meas: quam ab indoctis atque imperitis commendari maxime. Caue igitur ne in uulgus hominum errata nostra ueniant. Scripsi etiam Arionem Corinthium: quoniam aut Lesbium aut Mytileneum debuisset: uerum id ego uitio dandum esse non puto. Corinthum enim a Delphine deuectus est Arion. id haud in magno pono discrimine uerum arbitrio uestro relinquo. Quantum ego te quaestori ut tu recte appellas commendauerim: non ad te scriberem: nisi factum prius a Bisconte nostro certiorum putarem: quod officij in te mei esse uidebatur: non praetermissi quin & ego te apud illum non summopere commendarem: & ille desiderium tui coeperit non mediocre. Vale.

Campanus

suo. S.

Dehortatoria



EGO te ob singularem modestiam tuam pinde ac meipsum amaui. Et quod aetas a me tua postulare uidebatur: semper admonui ad uirtutem: ad liberalium artium studia frequentissime hortatus: optimi cuiusque uitam ante oculos ueluti quoddam uirtutis speculum proponebam. Equidem eam mihi de te feceram coniecturam: ut facile ad summum posses litterarum ac dignitatis fastigium peruenire. Erat enim in te singulare quoddam ingenij acumen: tenacissimaque memoria: quarum rerum utilitatem a natura datam ita ab arte: studio & exercitatione confirmatam esse oportet: ut egregium naturae munus: & per quod paucis mortalium elargitum diligenti cura & ratione roboret: neque inertia & desidia torpeat. Quippe ut arbores ac semina quam bono solo iacta: nisi diligenter exculta desereunt. Sic uis illa ingenij: nisi ad usum: exercitationemque accomodet: omnis intereat necesse est. Quia in re diligentiores esse debemus: quam qui munus naturae & ingenij bonitatem aspernant & negligunt: maiori sunt dedecore atque ignominia afficiendi. Quid enim absurdius & a bonis uiris alienius esse potest: quam oblatum sibi a natura munus: per incuriam & negligentiam praeterire: quam obrem animam intedas uelim: & ad studia litterarum omnes conatus tuos adhibeas. Litterae enim non utilitatem solum: sed summam etiam afferunt delectationem: summum etiam ornamentum uitae. Et quod est rebus omnibus anteponendum: Gloria atque immortalitatem parit cognitio litterarum. Quid enim aliud arbitraris Christoforum auunculum tuum ad tantam dignitatem rerum atque auctoritatem extulisse: nisi bonarum artium disciplinas: quibus

Laudis litterarum

præditus atq; ornatus: uniuersam Campaniã suo noie repleuit: amplissimã partem suã ce-
lebritatem atq; memoriã dedit: Quæ paulo ante abdita atq; obscura uidebant: Nunc il-
lius uirtute & noie mirificissime elucet: omnibus cognita in frequenti omniũ sermo-
ne uersat: Idem tibi faciendum censeas: & eo uigilantius quo spem oibus q̄ maximã de
te feceris: ut quanto teneris annis studiosior: eo matura ætate doctior haberi possis: para-
tam tibi gloriam si studeas: q̄ amplissimã: *Sin desidia atq; inertia te dederis: uideo te oibus
ludibrio futurũ.* Credo te audiuisse fabulam. Turgida olim facta tellus: & mirũ imo-
dum tumida: magnũ aliquid paritura uidebat. Accurrũt finitimi: stupent agricolæ terræ
partũ inter spem atq; metum expectant: alii Tipheũ illũ Centimanũ: alii montes erup-
tura putabãt. Aperit terra: prodiit mus: & qd miraculo fore oibus arbitrabant: in risum
atq; iocũ cõuerterũt. Tu uero de me ita tibi psuadeas: si litteris (ut iam cœpisti) incubes:
neminẽ tui fore amantiorẽ. Sin ista me expectatio frustrabit: neminẽ a te magis alienũ.
Virtutis tuæ pretiũ uidebat: ut te diligerẽ: quæ si euauerit: quãobrẽ te diligere debeã nõ
intelligo: habes auunculũ: habes alios q̄ plurimos: quoz exemplũ imitare. Vale.

Campanus Almerico suo. S.



PRIDIE kl. Nouẽbres tuas litteras accepi: breues illas quidẽ: sed uerbis &
sententiis ornatissimas: quibus significare uidebaris uereri te admodum ne
mihi memoria atq; aĩ excidisses: quod quidẽ fieri potuisse nullo modo pu-
tes. Amicos enĩ soleo mihi facere hoc præsertim tẽpore q̄ paucissimos: sed
eos ipsos quos feci amicos tanto amore: charitateq; cõplector ut rebus cæ-
teris antepoñam. Quare nihil tale de tuo Campano uereare: & cum uirtuti tuæ cõfidas:
quæ ut te amem uehementer impellit: tum etiã naturæ meæ: quæ altera facit ut amem
te iure plurimũ: altera ut semel amatum: obliuioni tradere nullo modo possim. Tu uero
enitere: ut indies dignior bonoz amicitia uideri possis: quanto enim uirtus tua futura est
amplior: tanto te amabimus uehementius. Quæ si langueret aliquando & uitiis obruere
tur (quod fore nõ arbitror: noui singularẽ modestiã tuã) nõ amorem in te meũ accusare
posses: sed negligentiam tuã: quæ amari ab iis uitis: qui aut sunt aut uideri uolũt boni: dis-
gna nõ esset. Optimũ locum nactus est: & plurimũ tibi utilitatis allaturũ: da operam ut
nõ minus tu illi decoris afferas: q̄ ille tibi: nõ ferro tibi opus est: ad arcem in qua nũc es
defendendã: Sed fide & constantia singulari: quanq̄ etiã & ferro si res exigeret: decernẽ-
dum est uiro sapienti. Audisti ut opinor fabulã Mineruã: illi enĩ dedicatæ sunt arces: sine
matre natã Iouis cerebro armatã profiliisse. Scis tu quid hoc sibi poetæ uelit figmentũ:
dicã paucis: Custodientibus arces: diuina sapientia opus est: & cerebro uigilanti: nõ som-
no atq; ignauiã dedito. Armatos ea de causã oportet esse custodes: ut hostiles ipetis sin-
gulari fortitudine repellant: arceant: & oibus se periculis ac laboribus censeant obiciẽ-
dos: quod ad matrem attinet: quid sensisse eos aliud arbitraris: q̄ nihil molle ac muliebre
custodũ animis inesse debere: sed fidem & constantiã insidere singularẽ. Cæterũ ab ocio
tibi & desidia tanq̄ ab hostibus cauendũ intelligo. *Ociũ aĩ nocet: desidia corporis offen-
dit ualitudinẽ.* Solent præterea frequẽter usurpare medici exercitacionẽ medicamẽtis oibus
præstabiliore. Hanc tu quantum honeste fieri poterit ne cõtemnito: ne ocio & desidia
cõtabescas. Quod ad nos attinet scribemus ad te sapius: Lodouicus noster optime ualet
utinã sic optime studeat: ut & corpore & animo sanus euadens dignus uideri possit ami-
cicia nostra: si quando ad eũ scribes: quod sæpe facias uelim: ad studia bonaz artiũ uehe-
menter hortator. Vale.

laudatoria

*de curanda Val-
tudine.*

Campanus. P. suo. S. D. P.



VID tu hominis es: græcum libellum meũ non remisisse? Nescis quantas
lites: quãta turgia intendã nisi statim remittas: Sed litteris tuis quid mihi io-
cundius: tum quia raræ quod maxime ad uoluptatem accedit: tum quia res
& imprimis ualitudinem tuam cõtinuerunt: discessum Sulmonensis nostri
nequaquã futurũ puto: qui etsi abundi potestatem fieri sibi instantissime pos-
tulauit: tñ ad hũc diẽ impetrare nõ potuit: Cui si esset discedendũ: darẽ operã quoad pos-
sem: ut hic tu legedi gratia cõducereris: nũc uana hæc spes: tum paucitate salarii: tũ etiam
doctoz indoctissimoz multitudinem atq; arrogantiam. Si fortasse qd minime arbitror Sul-
monensis alio quoq̄ emigrabit: manibus: pedibusq; cõtẽdemus: ut tu quoq; q̄ doctissimus
es inter indoctissimos doctores habearis: & locũ & cætera & pro singulari sapientia tua:
etiã multo ampliorẽ cõsequaris. Vellẽ Tehocritũ illũ Roberti Siculi optimi atq; huma-
nissimi uiri q̄ primũ nacta occasiõe remitteres. Pollicitus ẽ copiã facere: submonuitq; ut
ad te pscriberẽ. Tu uero quo soles tuis mihi de rebus obtẽperare eo magis obtempera-
bis alienis. Vale.

exprobatoria

Nūtiatoria

Campanus Viua suo. S. D. P.

POSTVLAS renūciari tibi quæ nā hic rerum negotia gerant: quod quidē assoluere ī primis est difficillimū: nā ut uaria: ita incognita atq; abdita: aliud pictores: aliud figuli interdū tñ idem effingunt: aliud singuli exercent: & ut infiniti hōies: ita infinita negotia sunt. qđ si nō singulorū distincta: sed omniū genere quodā confuso atq; pmixto negotia scire cupis: expeditā paucis: ludunt: iocant: student: plerorūq; illud: hoc nō nisi paucos delectat: qua in re eo sunt īpudentiores q̄ negligentia arrogancia sequitur. Videri enī uolumus oibus in rebus eruditū q̄ utrinā essemus in paucis: Nā ut alios prætereā: quid Beneuentano nostro magis ut sibi uideēt mathematicū: ut uero mihi insanum ac temerariū. Fert secum aut Ptholomeū: aut Alfraganū: aut si qui fuere in mathematicis paulo clariores: Si qñ illius domū ingrediaris Euclidem in uestibulo eundē in ianua: atq; in cubiculo uidebis: & hūc ipsū aureū coronatū circinū a mussumq; tenentē: neq; exculpando solū illos: sed media inter somnia uenerat: siue de p̄bia siue de copia dicendi sermonē feceris: statim cōfugit ad mathematicos: laudat Pythagorā: laudat Archimenidē: alterū q̄ oīa numeris cōplexus sit: alterū q̄ metiendo fuerit necatus. Nō una hæc facultas: quanq̄ colligata atq; affines oēs: ille uero ita p̄fiteē ut unā: Est etiā quod mecū rideas quū andieris: heri uesper: qua hora stellæ passim claro cœlo uagari īspiciunt. Beneuetanus erecto uultu dū ānotaret sydera: q̄ erat ea nocte ut ipse atebat Saturni ac Lunæ futura cōiunctio: saxo ingēti obuius ita quū reliquū corpus tum maxime caput illisit: ut luores adhuc & cicatrices nō unās ostēdat: hōis mira temeritas etiā id ipsum qđ fuit mali: mathematica rōne p̄seruat: inculcat Saturnum q̄ plerūq; mala euenta portendat: afferatq; calamitates nō mediocres: qđ equidē nescio an in aliis afferat: ipsi certe attulit. Marcus noster est in balneis: puto satis iā se defricuisse lauasse: unxisse: quā obrem speramus hic prope diē affuturū: ubi primū redierit: rerū tuarū curā optime p̄suadebimus: hæcenus etsi perq̄ negligenter: curauit tñ: tanta enī scabie fuit affectus ut uigilantiore se præstare nequierit. Ceteri familiares tui nō mediocriter neq; iuria querunt q̄ nunq̄ aut q̄ rarissime scripseris. Siue q̄ litteræ tuæ tabellario in itinere fortassis exciderint: siue q̄ eos oēs memoria deleueris: ægre illud quidē: sed hoc ægeris me ac molestissime ferret: qđ illis ego! excuso equidē quoad possum: sed excusandi quoq; calculus habendus est: ne fidem quā falsis excusationibus præstiterunt

Iocus lepidi s̄m̄

Campanus Trebano suo. S.

Conciliatoria

ET si litteras meas te uehementer admiraturū existimo: q̄ ne paruo quidē familiaritatis uestigio: nec cōsuetudine tecū aliqua deuinctus moueor ad scribendū: id tñ multo uehementius admiraberis: quū quinquenniū iam a nobis occulta quadā beniuolentia te obseruatū intelliges: & enim adolescentulus hic eloquētiæ atq; humanarū artū studiis quantū uel ætas uel regio patiebatur mirifice deditus: quū solerem oīa epistolarū atq; orationū genera p̄quirere. Et Venas frum quod ē Capaniæ oppidū auiculi uisendi gratia me cōtulissen: forte illic Suessanū quendā offendo: diuinū in medicinis hominē & p̄m ut omniū snia ferebat acerrimū & copiosum: Is ubi uidet me haud multū a studiis humanitatis abhorretē: multis de rebus p̄contatus est: tum ad eloquentiā: tum ad p̄biam uel maxime p̄inentibus: quibus cū satis facere minime potuissem: erat enī nō minus in disputādo lubricus & uariis: q̄ acutus & copiosus: uisus est cōtinuo succlamasse & Trebanū nescio quē puto te in cœlū extulisse: te si modo tu ille es Trebanus nō admirabat solū extollebatq;: Sed ornatissimā quandā orationē tuā secum deferebat: suberat prætereā & carmina quædā: sed illa ego memoria nō teneo: quorū grauitatē: dignitatē: elegantiam mirū imodum extollens: te tum Ciceronitū Virgilio cōparandū existimabat. Quid plura! siue nouarū rerū cupiditate: siue amplissimæ uirtutis tuæ laudibus: quibus ab illo efferebaris allectus nō prius destiti per q̄ molestus hōi esse: q̄ & orationē & carmina detorquerē: quæ si in patriā redire & bibliothecā reperere liceret nūc: ad te mitterē: ut plane intelligeres amorē in te meū p̄ diu iam fuisse q̄ maximū: quē ut semp̄ abditū: ita nunq̄ intermissum Nicolaus Sulmonēsis uir nra tempestate militia & noīs claritudine celeberrimus: oī p̄tereā humanitate: fide: mansuetudine: atq; omniū scientiarū ac uirtutū genere refertissimus: sic auxit: ut addiderit quod dici solet: calcaria sponte currenti. Quū enī in tui sermonē aliqñ incideremus: dii imortales quāta te eruditione quāto ingenio prædicabat: accumulatissimū id munus quidē: amplissimū atq; integerrimū uiri iudicio laudari: quē nisi scirem nihil ad ostentationē: adulationē ue: sed cia ad cōscientiā: ueritatēq; referre parū illi fidei putassem adhibendū: nō quo nō

philosophus acerrimus & copiosus

Laudatoria

esses tu oī laude dignissimus: sed q̄ ita ex animo laudaret: ut beniuolētia potiusq̄ iudicio laudare uideret: quoz̄ utrunq; est uel mea sn̄ia maximum: uel q̄ ita te diligeret ut laudaret: uel q̄ ita laudaret ut nō parum diligere uideret. Congratulor me Hercule amplissimis tuis laudibus: quas miro oīum consensu tibi paraueris: isti quoq; cum tāto uiro familiaritati cōgratulor. Hūc ego aut Phtiū illū Appollinē medicæ artis repertorē: aut ipsius quē tradunt filiū Esculapium audeo noīare. Ne dici quidē pōt quanta sit in disputādo acutic: in repetendo memoria: in cōfutando ui: quanta in curādīs morbis solertia: uigilātiq; subsit: noīs gloria cōsecutus hoīs doctrinā indicabit. Superioribus hīs diebus quū Mathiolus Perusinus uir in medicina simul & p̄bia omniū iudicio haud mediocriter eruditus: patriam ingenti omniū cū expectatione repeteret: quanq̄ est inter eos silentiū diu habitum Cœpit is Sulmonensem nostrū clam primū: aperta deinde uerboz̄ petulantia laceffere. Erant Mathiolo cuncti fere optimates īpedimento quo minus id cōsequeret: quāobrem extēplo furore simul: sifq; ambitione præceps elatus ciues oēs orare: obtestari: ne impiti hoīs cōgressu sibi interdiceret: se planū facturū haud qualē ipsi arbitrarent ī Sulmonēsi facultatē esse: sed omniū optimatū p̄terea populariū animos illū sibi nō scīa: sed astu cōciliasse: multoz̄ familiaritates: quoz̄ nō scientiæ præsidio niteret: nō decere hoīem p̄bia cæterarūq; artū quas sibi physici assumūt disciplina & cognitiōe refertū: in oībus p̄terea huius nostræ hesperæ gymnasiis summo cū honore: sūma cū dignitate uersatū ab ignoti uiri cōgressu & repellī: & in plæbē medicoz̄ tanq̄ insipientissimū & oīum reze expertē deitci. Neq; tantū tabernaculū esse militiæ q̄ Sulmonēsi: qd̄ nō armis: nō claritate generis: nō deniq; uirtute aliqua: sed prætio dūtaxat nō mediocri sibi cōparasset. Addebat etiā militiā & si multū affert ornāmētū: nēq; p̄biam: neq; medicā facultatē afferret: plus ris faciendā esse doctrinā in gymnasiis p̄hoz̄ q̄ militiā. Hæc ille: multa q; alia in eā afferbat ut se longe Sulmonēse doctiorē fateret: suaderetq; q̄ plurimis. Sed hæc in angulis apud uulgares plarūq; raro tñ aperte apud eruditos hoīes loquebat. Quæ cū Sulmonēsis oīa rescuisset: hoīem aggrediē impudentē: imodestū: remerariū: imperitū: itē: perantem appellat: q̄ neq; pudore: neq; modum ī se haberet ullum: Cōfidentia simul & stulticia plenus esset: Vellet ne cōferre secum quicq; uellet de re quapiā disputare: facile se illi ostensurū petulantia ne uerboz̄: an matura rerū cogitatiōe sapientes essent appellandi: q̄ id sibi noīs uendicare studuissent. Ad hæc Mathiolus quū multa intrepide ut solet cōfidenterq; dixisset. (Est enī omniū quos uideri lingua q̄q̄ īpudenti assolutissimus) ea sententia discessit: ut post triduū cōclusiones (ut garrulitas dyalecticoz̄ dicere solet) positurum se nescias: an magis diceret q̄ minaret? Affuisses utinā mi Trebane: & enī Mathiolū adeo īplicitū: adeo argumentis inuolutū cōspicati sumus: ut quæ decies antea dixisset: ostiens eadē negare coactus in apertissimā cōtradictionē. Sed temere dixi contradictionē quū essent fere decē: atq; in iocosam oīum irrisiōne deueniret. Hoc enī physici ac dyalectici ut ignē atq; aquā effugiūt: nihil apud illos turpius: nihil ignominiosius: nullū uerius ac certius ignorantia signū q̄ sibi ipsi differendo cōtradecere. Quid hoc obsecro errore manifestius? p̄portionē quadruplā duplā esse ad duplā denegabat: rem me Hercule ridi culā: & dictu absurdissimā instabat Sulmōtinus: idq; p̄ppositionū principiū acerrime cōtēdebat: & cū efficacissimis rōnibus: tū dignis auctoritatibus nitebat: oēm .s. quantū ipse accepi p̄portionē: ex duabus p̄portionibus æqualibus inter se cōpositis ad utrāq; cōponentiū esse duplā: cōpositā ex tribus: ad quālibet esse triplā: ex quattuor: quadruplā ex pari iudicio deinceps: quæ cū negasset ille: oēs qui aderāt (dico eruditos) risu emori uidebātur. Rursus pbante Sulmontino quæ ab illo p̄ stulticiā negabantur: adeo cōsternatus est Mathiolus ut ad iurgia cōtumeliamq; conuersus: diceret principiū illud in honuomeris sed magis homogeneis: nō autē in etherogeneis quæ physici appellāt similia dissimiliaue esse intelligendū: quod quanta irrisiōne & rephensiōe dignū censerī debeat: cū. P. Pergulensi eiusmodi rerū quantū ego audio pitissimo cōmunicabis: quāobrem Mathiolū in sacra scolasticoz̄ turba & reliq; oīs frequētia clamabat: Quū autē & postridie eius diei: & sape alias in angulis circulariter ut solēt disputādi grā cōuenissent: dispereā nisi īplicitus ille semp cōclusus: irrisus domum reuersus est. Iam uero honoris & cōcurēdi despēs in med.ū nō nisi q̄ rarissime prodit: oībus iam neglectui: oībus cōtēptui est: neq; iuria qui alienos honores deturpare: bonos afficere ignominia: & optimum quēq; detractionibus psequi cōsueuerit. Iam caput ad cautes illis: qualē obsecro Sulmontinū nostrū uirum arbitraris: quantæ gloria: cū regno nostro Neapolitano: tū reliquæ Italiae futuri: Sed quid

futurum; quā iam ita eluceat: ita celeberrimus ac notus omnibus: ut etsi quotidie augetur: uix aliquid in eo splendoris (nā accessit ad cumulū) augeri posse uideatur: quæ omnia eam ob rem perscripsimus: ut si qui secus de illo sentiant: aut se hominē ignorare fateantur: aut peruersissime iudicent: & se ipsos temerariū iudicium præstaturus intelligant. Est alioquin uir facetus: & imprimis perurbanus: epigrammata sapientius a me cōtendit: dices qualia! Duo hæc ipresentiarū accipito: quorum alterum in Lesbiam potricem a me dum una heri iocaremur elicuit si modo is ego sum: a quo quicquid elicere possit. Alterum ad meā Syluiam pertinet. Lesbia defuncti faciem uisura mari: cælari in fondo fecerat urceoli: Inde mero plenū solo ut depleuerat haustu: feci ait ut uideam cōiugis effigiem: hoc ad Lesbiam. Syluia cāpanas inter celeberrima nymphas: Hic iaceo caro cōtumulata uiro: Campanus mecum iacet hic cui carminis artem: Et facile ingenium materiamque dabam: Vita duos olim tenuit cōcorditer una: Vna quoque extinctos occulit urna duos: hoc ad Syluiam. Quorsum dices hæc ut intelligas si quid unquam litterarum ad me daturus sis: non omnem te operam perditurū & me quam magis arduæ facultati ut philosophiæ: ut mathematicæ operam nauantem: non tamen ab ista tua pingui Minerua. Sed ut iam ad me redeam: Est ne tibi cordi Campanū tuū non amicitia solū: sed necessitudinē. Sed si quid est etiā arctius cōplecti: atqui ut ego pro te mihi respondeam. Quid non cordi? quæ te antea quam uiderim dilexerim: antea quam norim obseruauerim. Vale. Perusæ idibus quintilibus. Campanus suo. S.



NON est quod succenseas nobis si aliquanto tardiusculi fuerimus ad rescribendum: multa fuere impedimēta: cum quæ infecta pace rari tabellarii inueniebant quibus litteras ad te dare potuissimus: tū quam adhuc pependimus: & diu quidem (ut opinor) pendebimus: nisi quid dii nos: & nostrā innocentiam prospexerint: & Labatii nequissimi atque immanissimi uiri depresserint perfidiam: quæ me mirū immodū defatigauit: distraxit & excruciauit: hic me tantisper demoratus est: quid nā negotii cum illo: longū est repetere omnia. Attingam tamen rerū summam (ut ait) fastigia Antonii auiculi mei eiusque superioribus his diebus non sine omnium nostrū lachrymis migravit e uita. Libros emere uolebam: ad quæ me non tam ipsorum cōmoditas quam religio quadam impellebat. Iniquū enim atque infaustum putabam nisi ad cōsanguineas manus deueniret. Auia etiā id ipsum uehementer cupiebat: quod faceret: quanto magis cupiebam: tanto minus sperabam: uideo libros expositos: acceleratio: non minus quam pecunia opus erat. Labatium offendo: dico opus esse decem aureis: dico etiā quare opus: cōcedit: nescias libes ne magis an mutus: ut quæ facile se ostēderet: non tam necessitudine quam pudore concedere: cui ego plurima beneficia prestissem. Postridie uero quū ad libros uenales accedo (plurimique & meliores uenditi erant) doleo uehementer negligentiam: simul atque inopiam incusans quæ non maturius cum meo sobriino pepigissem. Labatio pecuniam restituo: ago gratias non mediocres. Mox renunciatum est mihi Labatium dolo atque astu libros mercatum esse: dissimulasse ne ad aures meas res pueniret. Vide hominis nequitiam: non potui eadem non molestissime ferre: hominem adortus: dico rem indignam se: indignam me: indignam nostra quoque amicitia fecisse: neque iurgis ultro citroque pepimus: at qui homo scelestissimus addo etiā uersutissimus. Cāpane (inquit) nonne decem aureos & quidem pbenigne a me hodie mutuatus: mutuatus inquam: bonus uir extemplo lite intēdit: dicit dicit: pecuniam repetit: quam restitueram: neque enim licebat inficiari quod essem palam apteque cōfessus: neque testes afferre quæ restitutam pecuniam cōfirmassent. Siquidem nulli cum reddere affuissent: iustitiam illi cōmittendum minime putauit: quæ neque deos neque homines: neque turpē denique existimationē ueret: quā obrem uereor ne sit illi ex integro persolendum: hoc me non modo ut ad te non uenirem: sed ut ne scriberem quidē effecit cum primū ab hac contentione me absoluero: istuc euolabo. Vale. Campanus suo. S.

Monitoria



SPE me hortatus es ut quam maturime possem græcas litteras addiscirem: id mihi solū deesse dices: quominus eē disertus atque imprimis eruditus: quod eadem cum hortatu tuo: tū meo etiā consilio diu antea fecissem si nactus preceptorem licuisset: non quod discēdi iam ætate preterierim (tres enim & uiginti annos natus sum) Sed quia mirū immodū ætas illa tenerior: ad rem omnem aggrediendam persertim ad studia ualet. Nūc uero occasionē habemus nobis ultro delatā. Venit græcus quidam homo: ex illa (ut ait) recentiore Academia: quæ quanta sit & græcarum & latinarum litterarum eruditione refertus: quanta etiā humanitate atque prudentia ad te non prescribere: nisi sperarem omnia hæc ab aliis prope diem audiri. Cœpit me & quidē fideliter edocere: cuius disciplinis ob id quam maxie delector: quæ græcus quæ athicus quæ etiā Demetrius illustrē illam atque excellentē antiquorum græcorum sapientiam: mores: elegantiam uidet effingere. Platonē mediussidius si hūc ut

deas magis tñ si audias existimabis. Sed de eius laudibus al's accumulatus. Redeo ita ad id qd te uolebã. Habes libellũ quendã grãcũ superioribus his diebus a te sũma cũ diligentia transcriptũ: ubi quantũ a Martino accepti grãca uocabula: latina absoluunt: hoc mihi nel maxie e opus: da opam ut nũ solũ uerbis uidearis hortatus: sed re etiã sis futurus adiutor: quãobrem ne p̄treat qui euestigio mittas. Constitueraſ Pataviũ p̄ficisc: n̄ hic quẽ dixi Demetrius demorabit. Vale.

Campanus

suo. S.

*nota trãscribere
Velansulam*



Ominẽ cauillantiorẽ te uidĩ neminẽ: mēdatorẽ quoq; neminẽ: addo etiã i manẽ atq; crudelẽ: q cũ possis ad sũmũ me fastigiũ p̄mouere: tã lente: tam dure: tã deniq; ihumaniter mecũ agas: librũ habes grãcũ: ut tu qdẽ ais iutilẽ: ut uero ip̄e arbitror lōge utilissimũ diceres: licet iutilẽ: at cur transcriberis q nullã tibi utilitatẽ eẽt allaturus: dices aliquã: sed p̄paruã: sed p̄nuẽ: sed p̄exiguã. Cur uero illa mihi p̄exigua denegaueris: uolui Theocritũ transcribere: uolui hunc alium: erat ineptus: Etiam Saliuã tuam si uelim & ita erit insulsa. Quã nam est ista inhumanitas: ita mihi illudis: ita cauillaris: ac si longe tibi alienissimus essem: quũ sim longe omiũ quos habeas cõiunctissimus. Doleo equidem uehementer te & mihi & tibi male consulere: mihi q nũ mature ut cupiebam grãcas litteras uideor cõsecutus: tibi uero q aliquid impartire nũ potero si quando erimus una. Vide quantum sex septem uel diebus in grãcia profecerim. Demetrius noster grãco sermone tibi idest bonam ac fœlicem dicit actionẽ. Est enĩ ex animo tuus: neq; mirum quãdo est meus. Neq; est ille demetrius quem tu arbitraris. Solum iam hunc trienniũ migravit in Italiã: quanq̄ est cum Theodoro ip̄o quem scribis arctissima familiaritate cõiunctus: nunq̄ tamẽ neq; tecum neq; cum Theodoro ip̄o Ionicum nauigauit: nunq̄ Siciliam appulit: sed plana ut aiunt terra quantũ itineris ratio p̄mittebat Athenis Romã profectus est: nescias fugiens magis futuram Constantinopolitanã urbis & reliquã grãcie calamitatem: an prãsentẽ imanẽq; barbarorũ tyrannidem: quibus quot anni grãci ut ip̄e refert nũ pauca uectis galia persoluebant. Placet illi hæc nostra hesperia: nec solũ regionem: sed homines etiã ip̄os uehemẽter laudat: nescio tamen adulatione in quo morbo grãcia q̄ maxime laborat: an potius ex conscientia laudet. Homo est quantãuis & grauitatis & auctoritatis: acutus: disertus: copiosus: & quod me maxime delectat Platonis atq; Achademĩe acerrimus æmulator. Vale.

Vale.

Campanus

suo. S.

exprobatoria

Mutatoria



Vd̄io nũ frustra nauatam operã q Romam te contuleris: & me Hercule uehemẽter tum tibi tum ætati huic nostrã congratulor. Tibi q rem fueris dignam te ac tuis maioribus cõsecutus. ætati uero cum uideã uirtutẽ ac sapientiam nũ oĩno cõtemptui datũ iri: sed bonos interdũ etiã non magnis: mediocribus tñ prãmiis ornari. Tum uero ita te cõparato: ut nunq̄ dignitatem aliquã uideare cõsecutus etiam amplissimam: quin maiore semp atq; ampliore dignus habearis. Sic enĩ & te & donatorẽ a temeritatis iudicio uendicabis: ut nec tu indignus accipere: nec ille largiri temere uideatur. Scio nũ opus esse hortationibus: noui enĩ prudentiam & singularẽ modestiam tuam. Est illud tñ amicitie p̄prium & charitatis: ut quẽq; maxime diligimus ita studiosissime moneamus: etiam si ne opus quidem intelligamus. Sperabam te extemplo post ip̄etratam rem huc regressurũ: uerum frustra ut audio sperabam. Aiunt enĩ prope diẽ Neapolim profecturũ: non est quod te deterream: Sum enĩ ut id faceres frequẽter hortatus. Doleo tñ uehementer sublatam mihi esse occasionẽ ut id itineris tecũ una cõficerẽ: qd si memoria tenes p̄diu antea cõstitueram: deos quãso & iter tibi & oĩa fortunent. Vale.

Vale.

Campanus

suo. S.

Congratulatio



Ota erras uia si res tuas cuiq; æque ac mihi curã futuras existimes: nemo e me dicam impudenter sed tñ uere) in colendis amicis obseruandisq; fidelior: qbus oĩbus si prosperam fœlicẽq; fortunam tibi longe prosperrimam ac fœlicissimam cupio: non q illos minus a te colendos existimem. Colunt sane a me oēs & pinde ac tu: amanẽ quos semel mecũ amicitia deuinxit: Sed q rebus tuis & securius & liberius uti possum. Sunt illi plærĩq; ad rem tenaciores neq; hæc propterea loquor: ut is sim qui utilitatem aliquam statuam in amicitia p̄ponendam. Equidem Philippum illum Macedonẽ hoc uel maxime odi q cãteris in rebus clarus ac prãstans amicos sola ut aiunt utilitate colebat. Sed est libera quãdam nec p̄scripta in amicitia mæta: ut si utilitatis causa nũ cõparent amici: illam tñ quẽ est opus non oĩno aspernemur: neq; reiciamus: qd etiã nũ quãsitũ plærũq; iudicat esse prãstandũ. Vale.

de affectu amicitie

Campanus

suo.S.

Reditæ sunt mihi iocundissimæ lîæ tuæ: quibus petere uideris. Sim ne hoc aîo quopiam pfecturus: stolidam me Hercule postulatio q̄si ad claudicantē ali- que istec p̄scripseris: Num cōsuetudinē ignoras meam: q̄ fueris mecum tam diuturno tpe uersatus. Nemo est alioꝝ pace dixerim me ambulantiꝝ: ne- mo uagus magis: magisq̄ oberrans: nunc ad forū: nunc ad phana: interdū ad agros accedo. Sæpe rætia ad uenandum: Sæpius hamos ad piscandum soleo portare. Tu si sapias huc q̄ primum te conferes. Tunc enim nobis cōmodius consulēmus. Credo tamen me Patauium profecturum: dicis cupere te una mecum: nisi mihi sis futurus im- pedimento: facis impudenter: qui tantum mihi obiicias inhumanitatis: ut quos semp̄ etiā in piculo amicos habuerim eos me putes comites fastiditurū: si uidebit̄ eūdū nihil te co- mite iocūdus: sin qd̄ nō magis opinor remanebimus: nihil te discipulo gratius. Tu si sta- tueris ut ais oībus mihi ī rebus obtēperare ad nos puola. Plures nāq̄ istic salaciū hircꝝ gerges q̄ hoīum capita esse puto: quā p̄pter cū huc uenies ī Tybrī prius te: terq̄: quaterq̄ lauato: ne nobis hircū oboleas: dehinc lorus ac bñ olens ad suauissimū familiaritū tuꝝ amplexum: ī primis tñ meum accediro. Vale. Campanus suo.S.

*locosa**Consolatoria*

Ex obitu parētis tuæ optimæ & spectatissimæ mulieris tantū cœpi doloris atq̄ angustiā ut nō minus lachrymarū ipse p̄fuderim q̄ tu q̄ ea fueris orba- tus. Cum q̄ me p̄inde ac suos liberos diligebat: tū q̄ molestias tuas atq̄ in- cōmoda ægre nō secus ac mea fero. Verūn̄ qd̄ faciendū? a quo aîo quæ a diis ī mortalibus agunt accipe: patiq̄ debemus. Et quo sapiētior quisq̄ atq̄ prudētior eo uitæ huius ībecillitatē ac fortunæ īpetus patientius p̄ferre debet: & suā: ut in prosperis secūdisq̄ rebus: sic in aduersis dignitatē seruare: ne debilitari ac frangi fortunæ īstibus uideat̄: quā obrem te obsecro acerbitatē istā patiētia potius q̄ lachrymis p̄sequare. Quoz̄ est mulierū alterū: est alterū uero sapientū. Et enī si oīhus in rebus uirtus q̄ maxie eluceat: in aduersis tñ multo clarius illa p̄spiciat̄: aduersa sapiētēs dūtaxat forti atq̄ iūcto aîo recipiunt. Si modo illa aduersa dicēda sunt quæ nobis a deo atq̄ a natura tanq̄ lege quadā inferunt. Datum enī est ut moriamur oēs: nō a fortuna aut casu quodā: sed a diis ī quoz̄ potestate sumus stabilitū. Quid plura tecum: q̄ longe melius mihi ac cæteris cōsis- lium p̄stare: q̄ a nobis accipere posses. Vale. Campanus suo.S.

*trāstrucula**ansula
de Virtute**ansula
Narratoria*

Valem uoluptatē ac læticiā Tantalū illum aduētū deoz̄ cœpisse ferūt: cū eius domum cōuiuæ ferē oēs accessissent: ea nos & si fas est dicere maiori hodie affecti sumus. Cum .P. Cardinus germanus tuus uir oīum hac tem- pestate doctissimus in paruā casellam meā accedere nō sit dedignatus. Mi- ram humanitatē & mansuetudinē suam ostēdere nobis uoluit: & uehemen- tem etiā amorē quo & ille & sui oēs in hanc nostrā familiā afficiunt. Nam qd̄ obsecro si gnū manifestius beniuolētiæ: qd̄ aptius & simplicius amoris indicium q̄ tantæ auctori- tis hoīem cōuiuā nobis accessisse. Visus est p̄fecto totā hanc domū illustrare aduētū suo parietes mediūstidius tecta ipsa: pauimēta illius aduētui cōgratulari: & gratias agere uide- bant̄: nihil nobis iocundius: nihil gratius sua p̄ntia offerri potuisset: cuius frugalitatē etsi sæpe al̄s mihi amplissimā psuaseram: hodie nō potui nō admirari. Carpere & luxuriam meam damnare uidebat̄ nimis scilicet lautum parasse cōuiuium: quod etiam equidem ui- deri sibi aridum atq̄ illautissimum existimabam. Gallinis quattuor octo quidem inquit homīes accepisses. Quid opus coturnicibus: quid turdis: quid auiculis aliis: cur tantus ap- paratus rerum: ut nescias succensuerit magis an reprehenderit cōminatus: tamē se ne se cundo quidē uenturum si tam lautus esse perseuerem. Quid tum si quando illum perdu- cere ad me potes dicito paratos sibi caules & ne miuutim quidē castaneas crudas: coctas ue: & quod illum maiorem īmodum delectabit: capas oleo pipereq̄ con- ditas. Vale. Campanus suo.S.

Queris & me Hercule iniuria. Plurimas iam tibi litteras dedimus: sed eas tu quantum ex tuis epistolis percipere potuimus: aut nō accepisti: aut (ut est in- genium tnum) accepisse dissimulas: grauem me Hercule iacturam patimur si nō acceperis. Cū q̄ erāt p̄facetæ: & quæ mirū īmodū ab istis te illecebris atq̄ amoribus dehortarēt. Tū q̄ nulla earū apud me copia remāserit: qd̄ ego nō minus ægre fero q̄ tu si quas parasti statuas amissiles. Si quidē non magis te atq̄ imaginē tuā statuæ q̄ lîæ īgeniū meū uident̄ efficturæ: ueræq̄ posteritatis ad memoriā cōparare: sed ille nō temagis q̄ artificē suū cōmēdabūt: hæc uni mihi: & quos ipse cōmedare uelī afferēt apud

posteror ornamentum certissimum: tum ingenii: tum rerum mearū testimoniū futurā
 Sed hæc satis de litteris. Vereris ne mihi animo atq; memoria excideris: te stultum cur
 ita uereris: quæ ego supra oēs mortales amauerim: cum mea possem & memoria delere:
 prauè ut uideo de me sentis: qui tantā in me statuis inhumanitatē: tamq; detestabile flagi-
 tium obieceris: quos semel amicos & quos cōiunctissimos habuerim eos ex aīo tanq; pi-
 cturā e tabula posse deradere. Nequiciā in hoc tuā ostēdere: & patefacere te uideris. Ver-
 teri enī proterbio traditū est: quæ sibi quisq; ipse sentit: ea de cæteris suspicat. Quid nisi in-
 geniū tuū optimū sanctissimolq; mores: multis in rebus satis cognitos habuissim: multa
 de te cogere suspicari. Gaudeo Decanū extinctū: si tibi est cōmodo: Sin nihil profeceris
 mus: quid habeā: quod illius morte: quanq; inimicissimi & hoīs gaudeā nequissimi equi-
 dem nō intelligo. Sic enī a natura sumus instituti: ut pietatē colamus & humanitatē atq;
 misericordiā: & quæ cæteris aīalibus inhibita sunt: lachrymas nobis natura ideo dedit:
 ut feritatē illis: nobis uero humanitatē & mansuetudinē colendā ostēderet. P. uicinā scri-
 bis occidisse: & quod miserimū atq; infelicissimū putas: inter amātis oscula atq; ample-
 xus expirasse: longe falleris opinione. Si quidē nō occidūt qui ita perire uoluerūt: ut ani-
 mam nō desererēt quidē: sed amanti certissima fide cōmitterent. Nā si quēadmodū præ-
 clare inquit Lucretius: amantes toro corpore in corpora migrare cupiūt: eamq; ob rem
 osculādi: cōiunctiq; appetitus oriat: ut osculis aīam: corpus coitu ī rem transferamus ama-
 ram: quid illi fœlicius euenire potuisset: q̄ corpus in uulnis: aīam uero in amantis pectore
 fuisse reconditā. Si enī bonū id est quod oīa appetunt: malū necesse est appellet: qd oīa
 fugiunt. Solēt enī apud physicos p̄ oppositas qualitates rerū cōtraria distingui. Occidere
 uero qnū nemo rōnis p̄iceps desyderet: cupiat: malū appellemus oportet: cum bonū mi-
 nime dicendū sit: quod oēs abhorreant atq; formident. Migrationē uero amantis in ama-
 tum ut pote rem oibus: oī ui atq; studio appetitā nō modo bonū quidē: sed fœlicitatem
 ipsam: te præsertim iudice nūcupabimus: nō igitur qui ita fœliciter migravit e uita: recte
 eū dicemus occidisse: quū illud me indice fœlicissimū: hoc uero te auctore miserimū &
 calamitosissimū uideat. Quæ quidē cōgruere inter se & cōuenire nullo modo p̄nt. Mul-
 tos equidē memorare possem: qui amore quodā ardentissimo uitā sua sponte finierūt: ut
 eos mortui sequerent quos amauerant: Quoz aliquos etsi uidet in eplā Siquacuū: & eos
 te ignorare nō arbitror: adducere nō graua bor: ut aperte intelligas: nihil amantibus iocū-
 dius atq; fœlicius euenire posse: nihilq; optatius q̄ uitā una cum iis agere: quos amauerūt
 Vel si uitā fata non patiant una mori: uel quod tu ī fœlicitatē quandā appellas in amātis
 gremio expirare. Cornelia sancta iprimis & præclara fœmina: ciuilitū bellogz euentum
 Romæ quidē se mori multo tutior expectare potuisset: comitari tñ Pompeū quē ardenti-
 ssime amabat: p̄ mille rerum picula maluit: q̄ sine illo secuta domi remanere. Hysicra-
 teā quoq; Myrtradis Ponthici coniugē: cum quo porro quadraginta ut ferunt aīis bellū
 uaria fortuna gessit: semp̄ maritū comitatā accepimns: & sese tonsis capillis & muliebri-
 bus uestimētis atq; habitu abiectis: equo armisq; assuefecisse: uictum deinde uirū a Pom-
 peo: p̄ asperrimas regiones & efferatissimas gētes secuta: nō minorē uoluptatē in postre-
 mis calamitatibus præbuit: quā accepit. M. Plautiū in Asiam Senatus ip̄erio traiecurum
 profecturū Orestilla uxor est comes secuta: quæ cum Tarentum appulisset unde classem
 traicere cōstituerant: graui morbo affecta decessit: ibi exanimatus Plautius in: er plactus
 atq; oscula ferro incumbēs: quia uiuā secū ferre nō poterat: mortuā deserere noluit: itaq;
 eam obrem rogatus ut erat eodē in rogo ab amicis positus atq; crematus est: monumen-
 tumq; grecis litteris insculptum marmoreis: ut ingentē illius amorē testaret: graeco uoca-
 bulo cōdiderunt. Portia Catonis filia post Bruti mortē audi: ā: quia ferrum sibi negabatur
 ardentes carbonēs absorpsit: ut nescias Catonē pro libertate an pro amore Portia glorio-
 sus occidisse. Cæterum Arthemisia Mauſeoli regis Caria uxore iuuenē p̄secuta uirum
 mortui ossa bibisse tradit: ut quia se uiuo frui nō possit: eā illi mortuo sepulturā donaret:
 qua nullā acceptiorē existimabat. Audiuisti Cleopatram. M. Antonio ut in uita: sic etiā in
 morte comitē accessisse. Sigismundā (si uulgo credimus) id fecisse cōstat: quæ cum Guis-
 cardū quendā: cuius mutuo amore tenebat: a p̄re īterfectū aīaduerrisset ueneno accepto:
 uitā mortē p̄ transegit: prius tñ obtestata parētē: ut ad funus una cū amate sepeliri pateret
 Sed qd istis te detineo: quum poetarū testimonia suppeditet: q̄ quantū ad amores attinet.
 Cæteris rege scriptoribus sunt anteponēdi. Thibsen Babiloniā scribit Naso eodē gladio
 finisse uitā: quo Pyramus eius amator sese paulo aī cōfoderat deos deinde: ac parētēs ro-
 gasse: ut eoz quos certus amor quos hora nouissima uinxisset: ii eodē tumulo cōponeret

transitūcula

No Contra eos q
cile credit.

Lunung

no

no

Leander Abideus quū ad Hero puellā natando traiceret: deos imortales precabat: ut eunti opem ferrent: redeuntē submergerent: quē turbulentissimis procellis obrutū: & in littore a Delphino ante suos oculos deportatū quū conspicaret: ex altissima se fenestra precipitē deiecit: ut Leandro uel mortua iungeret. Pratero Laodemiā Prothesilai. Pratero Argiam Polinici conjugem: quæ dulcissimā & suauissimā uitā esse duxerunt si mortuos uiros: & ipsæ quoque mortuæ sequerent. Phædrā quoque pratereamus: quæ quā uiuum Hyppolitum ad suam amorem trahere nō poterat: extinctū ac discerptū aquis sua morte uindicatū: ad inferos profecuta est. Credo equidē hæc tibi testimonia sufficere. Sed ne friuolæ tibi uideantur ratiōes meæ: addam aliud multo mea sententia efficacius. Stagnum est quoddā apud Liriam si uera canunt: & si credenda poetæ: cuius aquæ plucidæ: solum limpidiſsimū nō cannæ in eo palustres: nō steriles & aquaticæ ulnæ: non deniq; acuti ac flexuosi tunci uisunt: cuius litus uiridi cespitē: & mille coloribus herbis praetextitur: hoc Salmacis nympha incolebat: cuius studia erant: arcus tendere: nō Dianā sequi: sed pectere capillos: sese ad speculū intueri: illo docente uultū componere: cingere caput floribus fertisq; & in spicuo se stagno lauare: forte illuc Veneris ac Mercurii filius Hermofroditus se contulit: quē ubi Salmacis aspexit: blandis primū uerbis mox amplexibus adhortata est: & cū nec uerbis flectere nec amplexibus mansuafacere posset. **D**ii inquit qui loci huius potestate: ac numen aquarū habetis: uos ego amans puella obtestor: uestram opem imploro: ita iubeatis nos unū in corpus eademq; faciem coire ut nulla unq; dies illū a me deducat: nec ulla me ab illo seungat. Moti deinde Dii ita fore iusserūt: unū corpus una facies mansit. Locosam me Hercule fabulā. Sed quæ altissimū sensum intra se latentem habere uideat. Ostendit enī quandā amantiū conditionē atq; naturā & passionē ut quēadmodum Lucretius opinat quod paulo ante memorauī transire iu rem cupiant amatam: hoc Salmacis deos ac numina precabatur: quod uicina nostra prope cōsecuta tantū uidetur fœlicitatis adepta quantū nō defuit: ut in suū amatorē aīa & corpore imigraret: Quo circa minus culpandi uidentur illi qui si recte accepimus: ubi corū parentes & propinqui moriunt: cōiuiū parare: & parentū corpora decocta: cōiuiis apponere dicuntur satius esse dicentes a filiis atq; affinis aliis: q̄ a uermibus ac serpentibus parentes absumi: & eū in locum post mortē reponi quo nullū uiuentes chariorē habuerūt: quo fit ut uerū illud esse putem apud quasdam nationes: pulcherrimū amoris spectaculū esse: certissimūq; inditium beniuolentiæ: cum uxores in mortuorū uiroꝝ rogos sponte se iniiciūt quæ uero id subterfugere ex uiris superstites esse uoluerūt: infames reliqua uita detestanda habent: uix secundis nuptiis dignæ iudicent quæ uitā sine uiro q̄ uirū sine uita habere maluerūt. Habes ualidissimas ut opinor rationes: quibus nō modo nō miserrimam esse Argirillam iudicare possi: sed per magnam potius fœlicitatem adeptam: qd̄ in amantis gremio expirauerit. Vale. Campanus suo. S.

Amatoria

CVR ego te ferreū: immanē: truculentū & si quid dici potest crudelius nō appellem: qui cum mille iam a me litteras acceperis: uel semel (nescimus qd̄ curaueris rescribendū) rescribere nolueris. Aues ubi coeperunt sibilis a nobis prouocata: nūc cantu suauissimo: nūc querulo murmure blandiunt: & aures nostras mira quadā & canora suauitate demulcēt. Pueri etiā quos bleſo interdū alloquimur ore: risu quodā infantili nobis arridere: respondereq; uident. Tu autē marpesiis cautibus: atq; ipso ferro durior: iam totiens a me litteris compellatus minime respondes. Vetus prouerbiū est: & multorū cōsensu probatū. Neminē surdiorē esse q̄ q̄ audire dissimulat: profecto haud a quū facere uideris: q̄ tam inhumaniter mecum agas: Scio te dicturū nullas unq; a me lras accepisse: & cui tuas dare potuisses iuenisse neminē: aliis excusationibus causam tuā defendas oportet: uana excusandi ratio si pectat: quo serius eo accumulatus rescribes. Vale. Campanus suo. S.

Exprobatoria

VEREO ne surdo fabulā decantauerim: Qui quū totiens iā ad te p̄scripserim: hoc unū mihi ex tanta lraz copia cōsecutus uideor: ut quem antea longe mihi amicissimū existimabā: eum ita meis litteris exasperauerim ut factus Plane omniū inimicissimus uidearis: Multa equidem de nostras mutua beniuolentia mihi psuaseram: Sed ea oīa quantū ad te attinet praeter spem oēm euauerūt. Nam si meæ tibi litteræ fastidio simulq; ludibrio fuere: quas ne hostes quidē despiciere aut cōtemnere cōsueuerūt. quid spei reliquū habendum in te putem equidē nō intelligo: quod nisi te uehemētissime diligerem: colerē: obseruare: & inau

dito quodā amore cōplecterer: iam pridē scribendi mihi modū sinēq; fecissem. Sed singularis mea in te charitas & beniuolentia nequaquā id passura uidebat. Spero te aliquādo & tarditatē istam tuam accusaturū: reiecturūq; & amorem in me tuū oī abiecta negligētia aliqn̄ propensius ostensurū: ut qui nō ignoras turpissimū esse in amore & beniuolentia supari. Nō me latet te plurimis rerum domesticarū negotiis impeditū: distentumq; & in erudiendis adolescentibus occupatū: parum habere ocii ad me scribendū: quanq̄ nulla tā arcta loca: & tā angustæ fauces inueniunt claudere latus ut in alterā partē colligēdi tui gratia flectere te nō possis: nunq̄ profecto tam īplicitū negotiis te arbitror: tanq̄ gerēdarū rerum studiis iuolutū: ut uel illud scribere nō possis. Viuo: ualeo: saluto. D. Ortinus quo uterq; nostrū familiarissime utitur: rettulit te uolenter cupere uidere Pliniū. Dabimus operam ut in hoc satisfecisse nostræ amicitia uideamur. Vale.

Campanus suo. S.

CVPPIO ut nihil supra in istam tuā togatā Galliam me conferre: nō tam si dii me ament causa mea: q̄ ut uicinior uobis factus: & cernere oculis Galienum meū possim. Et si qn̄ opus etiam foret opitulari. Date oēs operam ut ueniā. Galienū meū tibi quanto maximo possum studio cōmendo. tabellarius uer *excusatio breuitatis*

HVNC litterarū mearū latorē tantū tibi cōmendo: quantū aliquē nunq̄ ante a cōmedauerim. Est enī & mihi & germano meo arctissima familiaritas: te beniuolentiaq; cōiunctus: hunc tu amplector: deosculorq; & operā tuā oībus in rebus mea gratia pollicitor: amor in me tuus præcipuus semp̄ est habitus & cognitus multis: da operā ut huic etiā tam bene: tā clare: q̄ ceteris innotescat: millies de me pcontator. Quid agam: ubi sim: qua etiā in rerū fortuna cōstitutus: rogato quid uelit: qua in re tuo illi auxilio opus sit. Postremo domū introducto: accipitq; opipare: uides ut secute imperē que abs te uelim īpetrari: tu uero libere īperantis: libertus obsequare: ne quod turpissimū est uidearis in amicitia supari. utnci enim bello fortunæ est: amore aut̄ inhumanitatis. Vale.

Campanus suo. S.

EGO Subinonensem nostrū quēadmodū ipse scribis hortandū esse nō puto: neq; enī fieri posse arbitror: ut a suo tam pfecto quidē: honestoq; pposito pmutet. homo est sūma fide & præcipua integritate uitæ: honorē ceteris rebus anteponit. Tum ipse hoc illi suadere nō audeo: etiā si auderē tantum pūadere nō possem: nā in rem turpē: nullis meis hortationibus flecteret. De negotio meo scribis mihi Perietune: sed nōdum tuæ diligentia diffido: da operā ne falso te putemus diligētē. Nescis quantæ sim futurus tibi uoluptati: si hinc me diuelles: Galienum studiosius q̄ soleo: facio tibi cōmendatum. Vale.

Campanus suo. S.

CASTELLVTIVS & ad me & ad Sulmontinū lras dedit: oīa ferme istius gymnasiū magnifica & præclara opera cōtinētes: & te me Hercule imprimitis eruditū: Sed ego fidē illi adhibendā esse nō puto: noui altas dormitiones tuas: nō noctu q̄ interdū longiores. Noui ocii non phia: sed delitiis a te frequenter accōmodatū: quæ nullā mihi tuā eruditionē psuadent. Credo illū uel a te ut ita scriberet subornatū: uel ut in falsam me conticeret uoluptatē. Alio testimonio opus est. Tuis lris nō magis crederē q̄ Castelluti: quē in laudādis amicis constat omaniū esse mendacissimū. Famæ credendū est: quæ & in multorū ore uersat: & si uana ē interdū: postremo qualis sit sese ipsa demonstrat: diu enī falsa pscuerate nō pōt. Vale.

Campanus Galutio suo. S.

PERIOCVNDAE mihi fuerūt litteræ tuæ: cū quia nouā dignitatē: quam diu tu quidē optaueras cōsuebat: Tum qm̄ nō oblitus beniuolentiæ nostræ participē eius me rei faciendū putasti: quod indicium amoris est: nō pexigui. Quod igit̄ Decanatū adeptus sis: tibi mihiq; cōgratulor. Sic enī statuo qd̄ tibi boni maliq; eueniat: id identidem euenite mihi. Qd̄ uero me feceris ceruore gratias habeo nō mediocres. Voluptatē enī cœpi quantā antea nunq; nō tā expnti cōmoditate: quæ & ipsa negligēda nō est: q̄ q̄ aditū tibi ad altiorē dignitatis gradū uideo eē patū: qd̄ mei officii ac potius amoris eē puto: magnope te hortor: ut iis cōtensus nō sis: sed ad maiore te cōpares dignitatē: quā ita ut spero facillime cōsequeris: si quibus

Vi Va S

excusatio breuitatis

Comēdatio

atq; deosculator



caus psonē

Congratulatio & narratio atq; exhortatio ad uirtutem

uestigijs iam pridem ut cœpisti iisdem per reliquū uitæ tempus ad uirtutem accedas. Po-
ne tibi ante oculos eum uirum qui ex isto in quo tu nunc es loco deiectus: nō tam amisit
dignitatem: q̄ illa se ostendit indignum. Quid inter uirtutem ac uitium intersit facile dis-
cerni potest? Ille summa olim in dignitate constitus: sua ignauia & turpitudine priuatus
eicitur. Tu uero nullam hactenus habens dignitatem: prudentia & integritate tua: in sū-
mo nunc fastigio collocatus: Memini hominē istum turbulentijs semp contentioni-
bus & controuersijs agitantem multos in inuidiam sibi conflare: atq; odium plurimorū:
ut etiam præstantissimū ac sanctissimum ciuitatis nostræ antistitem ferre nō posset adeo
sibi summa: infima uidebant. Sed quorsum euaserit uides. Tu uero Antistiti uelim totus
adhæreas: quem tu si sapiens: ut unicum habes dominū: ita eum unice obseruabis: hūc fau-
torem si habeas: nocere tibi poterit nemo. Et quod ait poeta tuus: Iniusta iusta habenda
sunt quæ faciunt domini: quanq̄ nihil iniusti ab eo tibi uideo metuendum: hominē om-
niū quos unq̄ uiderim humanissimo atq; optimo: quem nō ambigo (si ut æquum est) co-
las atq; obserues: maximū tibi decus ac præsidium præstiturū. Si uero contempseris: non
melius acturum tecum q̄ cum aduersario tuo. Vale.

Campanus Ventura suo Salutem.

loco

Gridus tuus iam pridem amat Gratianam: eam quæ est apud Phanū Hero-
culanū: nō mireris cur hæc ad te scribimus: nam & Guidus nō solus amo-
res suos nobis collaudare: sed alienos etiā carpere consuevit: Gratianā suā
omnibus forma & uenustate anteponens: illam tollebat in cœlum: illam
loquebatur semp: & nunc uitam: nunc animā: nunc uoluptatem suam uni-
cam appellabat. Amorem quidē dicebat esse mutuum: ut illa uirum alium amaret nemi-
nem: & ipse fœminas cæteras unius huius amore cōtemneret: nullamq; præter hanc ex-
peteret mulierem: nō si cum Venere de forma & uenustate certaret: hoc nobis in uia:
hanc in cōuiujs inculcabat. Pridie uero quū apud Anthoniū nostrum cœnasset: opipare
ac paulo plus baccho: cereræq; incaluisse: ad suam rediit Gratianam. hic multo liberius
prædicare amorem suum cœpit: ut libere loqui solent: qui a Libero patre liberant. Forte
fortuna affuit Gētilis noster uir ut tute nosti perurbamus: qui quū sæpe decantatā Gra-
tiana fabulam diutius ferre nō posset: Heus inquit mi Guide grauida est an egrotā Gra-
tiana tua: respondentem grauidam: fateor inquit si ita est: amari te ab illa longe plurimum:
prægnantibus enī & egrotis ea insita est natura: ut homines cupiant altissimos: cibos ue-
ro appetant imundissimos: ut carbones aliquādo comedere audissime consueuerint: nā
quæ etiam altera tam fœdum tamq; incultum & lutulentum hominem amare potuisset:
pannis: annisq; obsitum: & solius nasi affluentia diuitē. Sed ego stultior: qui tibi fidē cen-
seam adhibendam: quem ne muscibula quidē posset amare: subiratus ille planum se fa-
cturum ait: quantum a sua Gratianella diligatur (sic illam tunc nescio an propter conten-
tionem appellauit) si secum una nocte uellet accedere: quoniā interdum nō auderet: dicū
noctem sequentem: tempus: locum constituunt. Prima fere uigilia: ortulum quendā Fa-
no subiectum ingradunt: & puellæ iam fenestris appropinquantes suspensis pedibus: &
quasi ad trutinam exæquatis passibus incedebant. hic Guidus arrectis auribus primū sub-
sibilare: mox paulo pressius uocare Gratianā. Screare demum ac tussire: & lapillos in fe-
nestram puellæ conicere: auditur interea nihil: ille discedendū censer: satis se percepisse
quanta mendax homo in re persæpe nulla confingat: is adhuc paululū expectare iubet:
Gratianā suam altiore iam uoce compellans: Tum demū fenestræ perexigens quidē: sed
frequens tamen crepitus subauditur: haud procul hinc laurus quædam opacissima mediū
propē ortulum obumbrabat: hic Gentilem abdi q̄ occultissime iubet: ut & amanti uer-
ba posset: & a puella libere locutura nō cereret. Tum ille paulo propius.

Campanus

suo. S.

Consolatoria

LITTERAS accepi tuas: quibus de calamitate regionis nostræ certior fa-
ctus: nō potui non grauissime cōmoueri. Tam etsi plurimis ante diebus:
tantū prodigum parētis nostri litteris plenissime scriptis acceperam. Sed
erant recentiora omnia: nec fortasse tam diligenter iuestigata. Vereor ne
aliquod magnum malum uel regioni nostræ: uel quod nō minus dolens
dum esset: regionis principi portendatur. Dii res nostras aspiciant. Scio quā cupias scire
quid agam: quanq̄ ego nunc quidem nihil ago: nisi hoc sit aliquid agere: in summo luctu
grauissimaq; acerbitate uersari. Nellus Balionius qui me unice diligebat: paucis exactis

diebus migravit e uita : nec sine meo magno & acerbato dolore migravit: quo uiro nihil atate nostra præclarior. Cuius laudes ita funebri sum oratione complexus: ut mihi honorem: illi gloriam pepererim sempiternam. hoc mense magnis cōfectis itineribus: primū Aquilam: deinde Romam profectus triginta cōtinuos dies: ne unam quidē horam quietis nactus sum: Roma rediens funere nōdum celebrato: eam quam dixi orationē cōmendatoriam habui summoq; consensu auditorum omniū laudem sum amplissimam consecutus. Vale.

Vale.

Campanus

suo.S.



VIDEN hunc ad te uenientem: summa est mecum beniuolentia: Summa etiam familiaritate deuinctus: huic ego tantū a meis (quū dico a meis dico a te) auxiliū atq; consilii præstari cupio: quantū ab illis mihi maxima ī necessitudine præstaretur: quē ipse a primis ut ita dixerim incunabilis institui & quantum ipsius passum est ingenium erudiui: & pro singulari eius modestia perinde ac tu tuos liberos amauī: cōmendo ergo hunc tibi atq; ita cōmendo ut uehementius cōmendare nō possim: Tu ergo dabis operā ut neq; frustra se intelligat cōmendatum: neq; me sibi de nostra mutua beniuolentia esse mentitum. Vale.

Campanus

suo.S.

Comēdatitia



Nuitus me Hercule ad te scribo: cur inquis inuitus: quia litteras tuas aut nullas aut q̄ rarissimas accipio: q̄ nisi Martinus iam totus ex arte atq; Achades nostra calamū chartamq; parasset: meq; toga acceptum scribere compulisset: has si dii me bene amēt minime habuisses. Negotium tuum quorū sum euaserit paucis accipito. Ex Tuderto litteras accepimus: quibus renuñciabat neminē apud eos conducī consueſſe: nisi qui decennio antea gradum consecutus esset: idq; nō consuetudine solum: sed etiam instituto cautū esse. hoc autē anno etiā si aras gradusue impedimento nō esset conducturos esse neminē. Siquidem Fulginatē quendā uirum ut ipsi aiunt natu grandem: & in medica facultate optime exercitatum antea conduxere: cuius industriam nō minus experiunt quā laudant atq; admirantur. Ego uero ut de his rebus certior factus ad te rescriberem: quendā conueni Tudertinū scolasticum hominē quem ubi sum ea de re diligentissime percontatus: rettulit nō ea solum quæ litteris enunciabant: sed uisus est maius quidam adiecisse: neminē qui per id temporis ante gradum consecutus nō fuisset nō solum nō conducī: sed ne curas quidem suscipere: ac medicare apud eos posse: etiā si ciuis esset. Ex Tipherno nihil adhuc. Vale.

Campanus

suo.S.

Narratoria



Maximo tibi cessisset honori: si quo tempore diu es mecum uersutus: ad hæc te humanitatis studia contulisses. Nihil domui tuæ cōtingere potuisset post hominū memoriā gloriosius: Sed quū uideam tempus atq; operam perdidisse: paucis te admonere: hortariq; cōstitui: nec pati in hoc te diutius errore uersari. Tu si sapiēs epistolam meā æquo animo leges: quā quidem satis certe scio utilem tibi fore: iocundam uero nō fore: ut usu euenire solet: nullam fere salutarem medicinam esse dulcem. Et enī cogitanti mihi mores tuos: eosq; sæpe mecum animo repetenti: absurdissimum uideri solet: & ab humanitate penitus alienum: te destitutis studiis litterarū adeo temeritati ac stulticiæ deditum esse: ut in his omnē operam: studiū: tempus: ociumq; consumas. Quid obsecro arbitraris homines claros efficere solere: nisi disciplinam atq; scientiam. Cateræ et enim fortunæ: aut igni possunt: aut aqua: aut bello: aut mille deniq; tempestatibus imitari: uel eripi uel surripi facile possunt. Sola scientia nulla unq; tempestate mutabitur: nulla in nullis studiis eripietur. Te fœlicem: si scientiam cōsequeris: multis nunc ridiculo es atq; ludibrio: qbus si euaseris doctus eris: honori atq; formidini: diuites enim fieri pauperes facile queunt. Docti qui sunt: indocti nullo modo effici possunt. Diuitias diuites mille uix clauibus custodire satis queūt. Scientia uero tute sine omni clauē seruatur. Diuitias si parentes habeas: tuas appellare nō potes: Si fratrem opus est cum illo partiari. Scientiam tibi si uendicabis propria erit: nō cū fratribus: non cum parente cōmunicanda. Plurā tibi scribendā statueram: sed quo minus id faciam: impedimento est festinatio tabellariū: alias scribemus uberius. Da operam ne ex eo genere animantiū haberi possis: quæ nō nisi baculo ac uerberibus pmouent. Vale.

Campanus

suo.S.

Exhortatoria

laus litterarū scilicet

excusatio. Alepica ansula & iocosa



Litteræ tuæ læticia me affecerunt incredibili: lætor quotiens aliquid ad me scribis: & uehementer afficio: quod tibi persuasum esse nō dubito. Socerum tuum

c

cui tu litteras ad me dederas: puto iam Neapolim puenisse: dedi ei litteras ad parentem: ac patruū deferendas. Pecuniam a. N. Camino nō putavi frustra postulandam: noui hominis ingenium & periculum q̄ s̄pissime feci: alias latius h̄c & coram explicabimus. Latorem litterarū tuarū: quas ultimas accēpi nōdum uidi. detulit enī ad me Philippus familiaris meus: dixitq; tabellarium nō nisi conuento me Aretium reuerfurum. Si quid illi opus erit pr̄stabo diligenter. de re tua nihil est actum: & tu me s̄pe huc illuc pellis: ut animū aliqua in re figere non possim. Rettulit enī mihi focer tuus te q̄primum in patriā remigraturum: a qua annis p̄ne quattuordecim abfuit: quo circa fui paulo in inquirenda re negligentior: tum q̄ ita mihi rettulit focer tuus: tum q̄ nihil tu mihi ultimis tuis in litteris perscripsisti. Vellem itaq; animū tuū expedite nudeq; patefaceres: ut quid essem facturū stabilitū haberem. Spero nō defuturam tibi fortunam tuam: Locum enim inuenimus & honori & utilitati nō incōmodum. Vale.


Campanus suo. S.

NISI te in meis summis grauissimisque negotiis fautorem semp adiutoremq; perspexissem: maximam tuarū mihi litterarū admirationem attulissent: quibus adeo me acriter obiurgasti: ut a pristino me uiuendi more penitus reuocaueris. Sed cum mecū illud cogito beniuolentiam in me tuam semper fuisse singularem: nō secus obiurgationes tuas accipio q̄ a parentibus liberi conueuerūt. Vetus enī prouerbiū est: ut quisq; te maxime diligit ita studiosissime atq; acerrime reprehendit: castigat: admonet: uel ut nō incedas in errorem: uel discedas si fortassis incideres. Hinc illud solet euenire: ut chari parentes quantumcunq; suos liberos uirtute pr̄ditos intueant: nunq̄ tñ ab acerrima quadā & continua obiurgatione desistant: & perpetuo quasi latratu p̄sequant. Quibus autē tu curā nō sis longe aliter facere solent: si quidem tam in bonis q̄ in malis actionibus blandient: quo genere hominū nihil mea sententia pōt esse peruersius: & a beniuolentia magis alienū: assentiendo enī ac blandiendo ex stultis (ut ait poeta) insanos faciunt: atq; dici uulgo solet. Occidat ille carus qui tales porrigit ungues: ut uultus ungar: sed terga latentia pungat. Tua uero monita ab ardentissimo quodam amore proficiscunt quo & in me & in meos omnes esse: diu iam antea cōsueuisti: quo circa sedulo euitare post hac tuis pr̄ceptis obtemperans simul cum uita cōmutas nō solū baculo ac uerberibus: sed quouis exiguo tui stimuli nutupmouebor. Vale

Campanus Giliforti Thesaurario seu questori Perusino.

CREDO renunciatā tibi rem nostrā pl̄beis contentionibus impeditā heri uesperī nō potuisse: multorūq; nobis suffragia defuisse. Homo male fortunatus apud pl̄bē: quid agam nescio? Vna spes est amor: & beniuolentia tua reliqua in incerto sunt omnia: nec dum satis de me habeo constitutā: multa me quominus hic maneam dehortant: gens imanis & gloriarū satis auda quidem: sed earū rerū contēptrix: quibus gloria ipsa paratur. Negligentia pr̄terea litterarū: nullam enim gentē uidisse me memini: adeo a bonis artibus studiisque humanitatis abhorrētē: quarū studia ut cetera nisi apud eos qui solent: quicq; sectentur pr̄atio haberi nō solent. Quo circa statui si tibi uidebitur ex hoc loco tanq̄ e manifesta Barbarie de migrandum. Satis hic temporis otiiq; consumpsi: per exiguarū uirtutis mearū quarū potui spectacula exhibui: satis ut arbitror profectura si diligentem nacta fuissent atq; idoneum spectatorem. Sed quis apud cœcum arbitrum de nigro candidoq; contendat: quarū pertinere ad me sum arbitratus: dedi operam ut etsi nō quanto decuit at quanto potui studio uigilantiaq; peragerim: quarū uero ad fortunā spectant uiderint alii Contemnūt hi me nescio tamen an propter inopiam: ego uero ita me diuitem censeo ut eos omnes: fortunarūq; eorum animi mei magnitudine roboreq; contemnā: sum enim quantulacunq; rerū fortuna cōtentus laudis & gloriarū: quod ipse mihi nullius auxilio fretus pr̄stare potui: habeo satis: cetera ut ipse mihi pr̄stare non possum ita equidem illa non curo. Officii studiiq; mei esse putauī ut dignus aliqua in re efficerer cui essent pr̄mia cōferenda aliorum culpa esto si non conferantur. Si probabis hanc meam abeundi sententiam nihil erit morarū. Iam enim sarcinulas colligo: si fortasse paulisper expectandum esse uideatur. Disponam suppellectilem & pedē e medio iam calle referemus: nihil est enim in quo non tibi stauerim obtemperare: satis equidem amorem ī me tuam beniuolentiamq; perspexi: satis tibi curarū fui: speroq; fore: sed aliis in locis opus est mei curam suscipias: uereor ne parum hic prodesse possis tanq̄ egroto diuerso ut dicitur in aere cōmorati: uix ulla possunt me

Respōsio ad obiurgationem



Maratona

dicamenta conferre: plenas foras de desperationis litteras meas dices: cum sint fiducia potius: scio enim mihi quocumq; ituro domos hospitium parata qualia illis parari solent quia sua secum omnia ferant: & ubi uis ornatorem q̄ hic locum inuenturum. Vale.

Campanus eidem. S.



AVDIO & quidem a multis orationem meam uehementer a te comendatam: tum copia multarum rerum quas sparsas lateq; disseminatas manu quasi in aream uideo congeisse: tum etiam ornatu & uarietate dicendi. Ego uero iudicium tuum non probo solum: sed adeo pergrate periocundeq; accipio ut nullam ex eo maiorem in omni uita exoptarem uoluptatem. Laudari enim natura cupimus omnes: sed eam demum precipuam laudem: gloriamq; amplissimam iudicamus quam ab optimis boni: & docti a doctissimis comendantur. Vulgus enim quid comendet ignorat: cuius iudicium etsi saepe non est contemnendum: tum maxime probandum optandumq; uidetur cum non opinione ductum sua: sed sapientissimorum hominum consensu trahitur ad iudicandum: quod mihi non sine magna laetitia uideo contigisse: oes enim in caelum me tollunt: & maximis atq; amplissimis laudibus prosequuntur: a quibus si rationem petere liceret: cur ita me laudent non dubito responsuros: quonia a te sentiant fuisse laudatum. Gratias itaq; tibi habeo immortales: qui & me comendasti uehementer: & ut a ceteris identidem comendarer effecisti. Vale.

Campanus Simoni Philippo philosopho suo. S.



MORITVRVM ais risu fuisse Democritum si haec tanta & tam quotidiana nostrorum temporum deliramenta uidisset. Ego uero cum quo stulticiae uentum sit cogito non sic existimo: sed fuisse illum si forte reuiuisceret omnibus derisui ludibrioq; futurum iocorumq; nobis materiam praebiturum. quippe qui non solum stulticia & temeritate nostra contenti non sumus: sed prudentiam quoq; si qui prudentes sint: sapientiamq; contemnimus: & quorum uereri debemus auctoritatem praesentiam irridemus. Vale.

Campanus Tarquinio Pirinello suo. S.



ECquid agis tu mi suauissime Tarquini? Et quid Pirinellus meus: satis ne ualeas recte: cupio id equidem uehementer. Tuam enim ualitudinem longe si dii me bene ament pluris facio atq; antepono meae: sed et mihi in animo sedebitq; semper iocundissima memoria uirtutis tuae. Sedet amor & beneuolentia nostra singulari uirtute & probitate conflata. Sedet mores facillimi atq; optimi: nec ulla unquam temporis uetustate delebunt: Diu modo superstitem te esse meq; ad senectam uenire patiantur: multa futura quae quibus aperte queas animam in te meum & amorem diligentiamq; perspicere: diu te perbenigne prospereq; fortunent: nihil praefecto gratius mihi esse posset quam aliquam nobis dari occasionem ut omnes pro te fortunae honorem: dignitatem exponere: capitisq; periculum adire liceret: sunt haec magna quidem sed multo sane minima iudicanda: si ad tua in me maxima atq; amplissima beneficia conferantur. Habeo gratias diis immortalibus qui tanta nos amicitia deuinctos esse uoluerunt: cuius ipse cogitatione sic afficior ut & ego litteris explicare non facile possim: & tibi sit diu antea persuasum. Cura igitur mi Tarquini ualitudinem & quam nactus eris occasionem de omnibus tuis rebus facito me certiore: scio tibi non deesse tabellarios per quos id facere quam sapissime possis: nihil erit mihi in tanta praesertim aeris tempestate iocundius. Vale.

Campanus Americo Campano suo. S.



SCRIPSI ad te superioribus diebus ut si quid istius suspicionis aut metus haberetis: huc ad nos quam primum ire: conductam tibi domum non exiguam: sed hiantem ac semi dirutam ut sunt hic ferme omnes magna sui parte concussa atq; deiecta: & cum paucitate hominum tum ipsa uetustate consumpta. Nunc uero mutata sententia paulisper etiam tibi censeo expectandum. Est hic oppidum Zocchum ducentis passibus procul: ad quod cum primum ista lues hanc nostram urbem inuasisset: aliquot Perusini uitandae pestis gratia confugerunt: sed ea fuga ut mihi quidem uisa est admodum sera: non multum salutaris fuit. Mortui sunt una in familia pueri duo qui cum uesperis concessissent posteriori die morbo confecti perierunt: ue reor ne ista contagio in plures ac latius peruagetur: sitq; nobis necesse ex hoc etiam loco demigrare: sic sunt fata nostra quinquies iam mutata sed eum locum tutum ac salubrem inue

ad laudem Resp

*officiosa immo pl
De ualitudine
laudatoria diuina*

*offesa
graz actio.*

*Mādatōria
Doffe*
uiderent: reliqua plenius a delatore ipso cognosces omnia. Vale: & si quid præterea facere me hac in re uelis rescribe.

Campanus Carolo Fortebraccio Imperatori. S.

MITTO ad te parentē tuū: nō liniamenta solū atq; articulos qualis e pictorū manibus prodire solet effigentē: sed loquentē: pugnantem: & nūc tandem excitatum ab inferis in hāc demū ad te lucem exeuntē: Amplissimū pfecto munus quo quidē ornatius fortasse: certe maius nec ipse tibi dare: nec tu a quoq; accipe potuisses. Nam de tuis gestis quanq; magna sunt post te q; erūt supstites iudicabunt. Viuenti raro glōria sine adulatōe aut iuidia contigit: morienti neq; inuidet unq;: nec oculi assentantiū unguibus effodiunt. Tu mō inire ut facis parētis tui uestigiis: nō deerunt qui effugere tecū caducam mortalitatē conabunt. Qd ego mihi cū parente tuo spero fecisse: ut pari cursu ille gestorū: scriptorū ipse contendisse ad imortalitatis spē uideamur. Quā ī re quū nō nihil mihi fortasse debeas: plus tñ Petro ioanni nrō tui nois ac generis amantissimo debebis. Ille me ut hoc scribēdi munus suscipere hortatus est: ille cuncta ut explorata nobis cōpertaq; forent indagauit. Iacentēq; parentē tuum & iam multos exemptū ānos: suis una mecū manibus excitauit. Tu uero hanc epistolā simul cum opere transcribendā nemini dabis: ne quod ipsi nō fecimus nimis amice scripsisse historiam uideamur. Vale.

Campanus Oddoni suo. S.

FATEOR hominē me esse fortunatū: qui quū ineptiolas meas ad charissimum ducē Carolū Fortebraciū destino iudicē te habiturus sum: cuius iudicio reprehendi res meas q; aliorū laudari malim. Spero te id iprimis cogitaturum: nō omnes senecas esse posse: & si qd est ī me uel artis uel ingenii: te tanq; Rosium e sūmo theatro primā hanc meā actiunculā: spectatum puerilem illam quidē: sed hoc magis uenia dignā iudicandā: quia puerilem: quā ī re quanto potui studio conatus sum sic seruare historiae dignitatem: ut magnitudini gestarū rerum orationis amplitudinem accommodarem. Et quā magnificentius gesta forent: ea & grauius & illustrius explicarent: cætera pressius iacerent. Orationes etiā plenas spiculis nō illis oratoriis atq; forensibus: sed quibus historia tanq; in acie cōmunis uti consueuit. Sed quid hæc tecum: uide: corrige: emenda: & Campani tui sic tuere dignitatem: ut e tuis manibus & laudatus & emendatus exeam. Vale.

Campanus Lucei suo. S.

CVR tardior q; eram pollicitus redierim quibus etiam tempestatibus agitatius fuerim plenius audies quū erimus unā: mare mihi molestum fuit: terrarū iocundissima: ne putes aut Casarem quū e Gallia rediret: aut Gentilē nostrum tunc cum p urbes ductabat exercitum magnificentius a quoq; excessus esse q; ego sum a Sigismundo Malatesta principū omniū quos uiderim: quos audierim: quos legerim liberalissimo. Sed de his etiā coram: hoc adiecerim: nō magis Ciceronē Italiae humeris reportatū Romam q; me aliena crumena toto hoc terrestri itinere sustentatū. Vidisses utinā Campanū tuum inermē illum quidē: sed armatorum militū caterua stipatum: per Appenini iuga incedere: & sese tuto grassatorū insidiis obuium dare: sed hæc etiam coram: Tum qua læticia Perusiae adeptus fuerim: hoc quoq; coram: tu modo si coram audire hæc oīa uoles: fac te lætum: fac dñm non iratum inueniam: nihil erit coram si ruga certaueris: nosti probe q; sim eritio persimilis: Blandienti lenē me cōpositūq; præbeo: iratis & inclamatibus cristofus: spiculofusq; occurro: sic urfi quibus ego nō minus sum hirsutus facere cōsueuerūt: proinde iā nūc para mihi festiuissimam frontē qualis Campanū tuū deceat hominū q; uiuant omniū festiuissimū. hęc tabelarius quia terra pificetur facile me antē uertit: ipse nauali itinere primū Ferrariam ad meū librum recipiendū: mox Mantuā ad te contendā: itum uere nates: & equo defessus: ad undas cōfugio: tumor est durior an uomitus: fuit hæc mihi profectio multis quidē de causis q; gratissima: hoc tñ multo gratior: q; me totū quasi ad speculum circūspexi: expectatus quanti me homines facerent ad quos nominis mei uel noticia uel fama pueniret: cur hæc inquis ad me: ut tu quoq; in me excipiendo fias cōsiderator: hoīes enī exemplo ut boues fune: ut tractu formicæ trahunt: pmagni refert qua me opiniōe esse apud cæteros putes: si mihi credas homo sum: quātouis honore: quātouis auctoritate dignissimus: si nō credas tua pertinacia nō meo testimonio laborabis. Vale.

Causa viti bono iudicio

Narratio longa neis.

Causa optimi pici trasitacula

IOANNIS ANTHONII CAMPANI
EPISCOPI INTERAMNIE N. APRVTINI.
EPISTOLARVM LIBER TERTIVS.

Campanus Cardinali Papien. S.



CIO te plurimū admirationis ex mea temeritate suscepturū: quā cum nullo unq̄ tecum officio deuinctus fuerim: & uiderim te nūq̄ ausus sim tñ rem a te grauem & pdifficilem postulare: sed ego aliā rationem putauī: si quidem hominē te esse scio atq; cum hominē qui nihil a te humanitatis existimes alienū: Tum est nobis mortālibus natura insitum ut quos nunq̄ uidimus: ipsa tñ impulsū humanitate diligamus: quæ res ut ad te scriberem utq; meme ipsum cōmendarem effecit: eodem accedit præstantissima uirtus tua: cuius tam increbilis fama percrebuit ut summā in te amplissimāq; spem iure mihi uidear collocasse: pauci enim mortalium sunt: qui in summo ipsi statu & fortuna constituti cæteros præsertim inopes atq; imbecilles fouere: excitare: & in rebus difficillimis opem ferre soleant. Ex quo genere hominū si qui fortasse reperiantur si nō cum hominibus confetendi sunt: sed cum diis potius imortalibus comparandi: quoz̄ illud est proprium & sempiternum omni generi animantiū præstare & conferre beneficia: quo fit ut ad eos uel deos uel homines in nostris necessitudinibus confugiamus: quos maxime sciamus esse beneficos. Ego uero cum tuam ingentem beneficentiam: singularēq; liberalitatē intellexerim: ad te tanq̄ ad deum aliquem præsentem & beneficū confugiendū putauī: Quod autē te mea causa facere uelim paucis aperiam. Ego ab ineunte ætate mea quæ iam septimū & uigesimalium attingit annum: in his liberalium artium studiis uersatus sum: in hisq; omne meum tempus studiumq; consumpsi: quibus in rebus si parum p̄fecerim: natura mihi fortasse defuit: uigilantia certe nō defuit: finem porro studioz̄ meorum eum mihi proposui ut si quid unq̄ consecutus facultatis forem: ad aliquem ecclesiasticum principem me conferrem: uitamq; illi meam omnē deuouerem: nūc quū creati sint Cardinales tres: nactus mihi uideor occasionem propositi p̄ficiendi: quod tñ fieri posse sine tua intercessione non arbitror. Tu ueli apud aliquē eoz̄: tuis me mātibus colloces: & si fieri possit apud iuniore Pontificis nepotem: nam & ætas ea est ut facile ad beniuolentiā flecti augeriq; possit: & est meus erga illum animus: nescio quo pacto propensior: nō dubito bonam te operā nauaturum locumq; mihi q̄ aptissimū & cōmodissimum & inuentione tua dignū inuenturum: q; si me hoc imortali afficies beneficio: primū officio fungeris tuo: qui bonis omnibus benefacere cōsueaisti: deinde me nisi sim ingratissimus tuū efficies: nihil homini gloriosius esse potest q̄ qui humiles abiectiq; sint subleuare atq; ornare: eosq; nō adulatione fortunæ: sed pprio beneficio suos facere.

Campanus Ioanni Baptista Crispolto. S.



LANE intelligis q̄ parum me ames: ad quem tam raro scribis: q; dii te: sed taceo: nolo enim melli meo male dicere: nescis ut uideo q̄ alte mihi insideas animo: nō dubito q; respondeas esse occupatum: non dari occasionē: deesse tabellarios: friuola hæc oīa & plus q̄ trita: aliis te rationibus excuses oportet: sin quo modo: si quotiens potueris nō scripseris: totiens quū non possis scribas: fieri hoc inquis nō pōt: at illud fieri nō debuit: uides ut facile cadis in plagas: expecta litem cū rediero: para tibi singraphū excusatoriū: q; si causa excides pugnis te totū exōssabo. Ventura nodum rediit: Lustrauit orbē uno orbis extremo angulo: & tñ cū redierit quæ hominis est uanitas: noua lingua nō noua ueste. Barbarus ex occulto se nobis ostendet: fortasse unde hoc sciam quæris: nihil habeo compertū nisi quia scio oīa illi placent quæ sordeant nobis: excrucior de syderio uidēdi hoīs: nō tñ magis q̄ tui amplectēdi. Amo familiā tuam quanta est totam: nec ita ut sit paulo familiaris amo: nā & multa exstant uestra in me beneficia: & ego quia par pari referre nō potui: aīo sui semper erga uos propensissimo: ingratus igitur dicēdus ego minime: satis enī refert gratias: qui etsi nō refert quia nō pōt: cupit tñ referre si possit. Sed cupis fortasse scire: quid ego: equidē uiuam: uiuam an mortuus sim nescio: tot albentes equi phaleratæ mulæ: tot & tam longæ togarum caudæ: tot deniq; præter cursitantes: præterq; uolitantes sacerdotes: me mihi eripiūte ut quid uideam aut ubi sim: nesciam. Vale.

Conciliatoria & petitoria Exord.

subiecta Virtutis

nota
obeta beneficiæ & liberalitate
Nazzano V.
te in studijs
consumptæ
Propositio

Petoratio

Optima Supplicatio
& fauorem impetra
in

loco/a

Gratiarum actio

Campanus Carolo Fortebracio. S.



NON mediocri sum affectus læticia: qui uiderim eum te esse qui fueras: nec amorē in me tuum aliqua ex parte iminutū: quod plerisque usu solet euenire ut pntia dūtaxat amicorū incalescant: frigeant absentia. Ego uero mi Carole sic uelim tibi habeas p̄suasum: neq; uinci me a quoq; beniuolentia posse: neq; eos qui se mihi cōmiserunt nulla unq; tempestate deserturū; maxime te cuius animū multis uariisq; periculis sum expertus: & quasi ad speculū introspexi totū. Utinā eo in statu aliquñ futuri simus ut intelligere possis semp te mihi supra q̄ lris demōstrari queat fuisse gratissimū altissimeq; infedisse animo. Nūc quod reliquū ē te magno pere horror oroq; ut ciuilibus studiis ardētissime incūbas: ut dignus possis euadere: cuius curā & ego gerā & optimus quisq; suscipiat: qđ nostri erit officii cū primū ætatis ac disciplinæ ratio patiet dignū te ac familia tua locū pquiremus: interea scribe ad me q̄ sæpissimè: facies rem ut tibi nō inutilem ita mihi iocundissimā: nā tu exercendo ingeniū excolles & ipse nō exiguum tanq; ex semente meā capiam uoluptatem.

Campanus Sigismundo principi Arimineni. S.



MAGNA fuit de rebus Italiæ concertatio cū magna pars eorū qui pacem q̄ bellum malunt: impetū externarū gentiū: irruptionē in Italiam molestissime ferre uident: reliqui erant quorū uolūtas a tuis rebus abhorreret: si causam quidē oēm huius belli in te reiciebāt: uerum indignū esse confitebantur te qui semp a Barbaris Italiā defendisses a Barbarica gente oppressum ab Italicis omnibus esse destitutū: sic partim nephariū hoc esse bellum: partim iustis de causis susceptum ut cuiusq; erat studiū contendebant omnes: tñ in hoc cōueniebant ut in gratam cū reliquā Italiam tum maxime Hetruriā iudicarent quā tu capitis periculis defendens totiens ab hostiū manibus eripuisses. Nec defuere qui absentis dignitatē de causa belli acerrime tuerent: horum princeps fuit Ursatius quem nostri: aut si nō nosse cognoscendus tibi uel hoc uno beneficio uideēt ēt qđ in tanto cœtu nō hominū solū: sed diuersarum nationum & gentiū te defendit: rarum exemplū charitatis quem nulla in re iu ueras: nihil unq; contuleris ornamentis: eum se tibi in tanta præsertim acerbitate rerū præstruisse defensorem quod eo mirabilis uideri potuerit: cū nihil tā leue: nihil tā incōstans sit & mutabile q̄ animi mortalium in uarietate fortunæ. Ferunt enī plerunq; nō quo cur sus honestatis & officii inuitet: sed quo secundo statu uentorum: tempestatumq; rapiunt: sic nō diligimus qui sunt diligendi: sed quorū status paulo firmior uideatur: uariat fortuna morēs cū contra potius morēs fortunam deberent: inde ergo quantū Ursatio debeas ne in tantis quidem bellorum procellis partes tuas quas fortasse nunq; suscepit deserenti eius oratio tota fuit cōtentiosa ut nō uerba modo defensionis tuæ: sed quod ardentius fuit etiam animū atq; spiritum accōmodaret: nec ueritus est grauissimam regis offensionem subire cum & illum Barbarum quotiens in eius mentionē incideretur appellaret: & tyrannidem obicere quidem nō illam cruentam: sed quæ est in depopulatione pecuniarū minus acerbā fortasse: sed hoc turpiorem qm̄ nō inimicitiis: non metu insidiarū: sed quæ turpissima est regibus: auaricia inducitur ad iniuriam inferendam.

Campanus Cardinali Papien. S.



FORTVNAE ego acerbitatē an tu importunā meam temperitatē accuses illa me quasi in angulo deprehendit ut pedem referre nō possim: & ego tibi molestior sum q̄ occupationes tuas: uel mei ratio patiat: ego hodie conscendam nauiculam: idest primū Ariminū mari: mox deinde Perusiā profecturus: quid autem facturus ex Giliforte utriusq; nostrū amantissimo poteris intelligere cū eo priusquā Mantua discederē rem omnē cōmunicauit: nō te latet quanta sit pendentis animi expectatio: cuperem si qđ in rem meā ageris: eius me ut faceres: tuis aut uerbis aut si fieri possit etiam litteris certiorē nō dubito quin tota expanderis uela si modo occasio nō defuerit ad me Pontifici cōmendandū: sed eam occasionē nactus sis: nec ne idest quod scire uehemēter cupio: erunt mihi tuæ litteræ acre incitamentū: nō solū ad maturandū reditū: sed etiā ad spem atq; animū confirmandū: tu si deficias actū de me est: nā cæteri uel nō possunt auxiliū ferre: uel si possint quid sit in me dignum auxilio nō cognoscunt: sic fit ut partim iudicio carent: partim quod animo sentiūt: re tñ illud præstare non possint: utrūq; tibi tua uirtus dedit ut iudicare de me q̄ uerissime: & opere iudicium confirmare q̄ amplissime queas.

c iiii

*Amatoria
de absentia**Honoris multo
mores raro melio.**Comedatitia*

Campanus Sigismundo principi. S.



Væ prima data est occasio scribēdi nō putauī cōmittendū: ut quē mihi forte amicū parasselē: eum partū officio nō cōseruare. Nā & tu hoc abeuntī mihi munus iunxeras: ut ad te q̄ laxissime scriberē: & ego id īprimis existimo ad uerā amicitia p̄tinere: ut fallamus absentia & qd̄ agamus: ubi genitum simus: quia p̄ntia nō dat̄ quod p̄ximū est lris intelligamus: q̄ etsi nihil habui quod esset ad te cum dignitate scribendū: malui t̄n rerū exiguitatē: q̄ meū erga te officii accusares: quanq̄ p̄scribere possim tibi quantū ex hac infestissima mea peregrinatione capiā molestia: cū qd̄ graue est hoī ocioso: & ap̄te studiū p̄ficienti: sup̄uacuis laboribus ætatē terere: tum p̄im q̄ iter nostrū fatigatiōe ipsa graue atq; inquietū est: partim q̄ p̄ ea loca discurre: q̄bus nihil amœnū aut delectabile: nihil urbanū: sed oīa duras aspera: inculta: ut solēt quæ a rusticitate colunt̄: durū hoc quidē quo si accedāt hoīs urbani delicia nihil pōt esse durius. Itaq; sæpe me ipsum accuso: nec solum hæc mea euenire culpa intelligo: sed multa p̄posita maiora atq; acerbiora cognosco si in hoc opinionis p̄sistam: intermissa studia oī mihi cibo: potu: somno chariora: destituti libelli alteri comites mei: quoq; cōgressus oē uoluptatis genus facile anteibat: sermones semp̄ antea pulcherrimis honestissimisque in rebus uersari iā nescio q̄bus nouis adulādi captationibus accōmodant̄ nec mirere cū dico accōmodant̄: nā mihi quoq; par rō est blandiēdi quæ cæteris: nisi q̄ illi magis naturā principis calluerūt: ut q̄ diutius hoc curriculo uersari: oēm in partē rotam nec semel inuerterūt. Igit̄ quo in statu sim uides: tollerabili fortasse: nisi meliore fuisset cū uiuebā mihi: cū nemini nisi meis auribus blādiebar: habet hoc magnæ foelicitatis recordatio: ut duriora p̄ntia efficiat etiā quæ sunt mediocria: sed hæc uana ē querela & q̄ ut mihi parū uoluptatis afferat: ita tibi & doloris & molestia multū: neq; n. dubito quæ mihi acerbata sint ea tibi grata esse nō posse: & qui amicitia uincunt̄: iā tunc incipiūt non suis solū laboribus angī cū uiciunt̄: tu si q̄ scribes scribes aut̄ sepe: abraide hāc totā a me molestia: p̄stabant hoc mihi tuæ literæ: ut esse interdū cū meis & loqui cū amicis uidear nā hoc tpe his p̄sertim in locis ita solus sum ut quē alloqui elegāter possim habeā neminem: Nā de amore quidē nulla est dubitatio: plus mihi apud īperitū gregem iuidia esse q̄ gratia: nosti probe hæc curiax maria: quibus odioq; p̄cellis agitent: & si nihil ad hunc diē aduersus me tempestatis huius inhorruit: quicqd̄ erit quod in nostra est potestate magno nauigabimus aīo: & uentos istos simultatū quacūq; sese offerāt cōtemnemus. Vale.

Campanus Marino. S.



MITAM tuā honestissimi noīs foeminā eo diligentius defendi: quod pro iniquitatē tuā: quæ ualere apud me plurimū debet p̄bitatis fama cōmendat: utrūq; enī officiosum putauī: & quia tuā & quia honestā defenderē: q̄ si in tanto innocentis atq; imbecillæ foeminæ defuisset discrimīe: nec amici boni nec patroni ueri officii p̄stitissem: quoq; alterū tibi dandū erat: alterq; mihi tribuendū. Defendi enī amitā tuā quod ad te pertinuit: defendi mulierē probam ad off̄ cū meum. Vale.

Campanus Ardicio suo. S.



Ec his quidē in locis possum te carere: uersaris ante oculos semp̄: non hos oculos q̄bus exteriora & rerum cortices aspiciunt̄: sed hos q̄bus rimamur intima: & ī altissimos morū secessus penetramus: occurris mihi ea humanitate ea frōte q̄ soles quū sumus una: sermones illi tui honestissimis de rebus haberi soliti nō paruā afferūt absentia etiā uoluptatē. Addit calcaria currenti Gentiles noster uir omnium quos uiderim amicitia tenacissimus: amat te: amat me: & cū æqualiter utrūq; utrūq; t̄n uidet̄ ardentius: ut cū paria laudant̄ utrum susceperis defendendū id alteri antepones: nō dici pōt quā cupiamus te cōuenire. Augent porro desiderii nostrū loca hæc: q̄bus miseri erramus inculta & agrestia: tantūq; a nostris moribus q̄ a tuis studiis aliena. Ergo para totum fruendū nobis cū ueniemus: & si qui amicorū alii te uolent tanq̄ Plautina illa Phylemū scribas in foribus occupatū: nos iter maturabimus ut quoq; habere possis q̄ tibi nō uulgari & trita sed rara & singulari amicitia iūgunt̄. Vale.

Campanus Philoco suo. S.



VTASNE me hominē esse uerbofum & nugacē ut quod tibi eram pollicitus id nō statim absoluerē: uide q̄ lōge falleris opiniōe: mitto uersus multo plures q̄ quot postulaueras. Nā hoc quoq; ad beniuolentiā tantā p̄tinere sum ratus: ut expectationē res ipsa suparet: si placēt illi qd̄ bene est: functi sumus officio nostro: sin minus uidebunt̄ & ad famā & ad mores accōmos

de Consolatione
ab se h̄tia
us genit̄is optar
umiazum & hor
ui mutuo scribat
a si duc / Mutuus
sentium scimo q̄
ista

ou, Comes sur
ias muti magistru

mo p̄pheta accy
est in patria sua

absentia
ep̄m sit amicū
sentem.
no
laus ami
coz amici

adire

dati: ea tota uestra est culpa: q̄ fecistis ut in obscuro depinxerim: effingere enī quæ nō uideris: aut laudare quæ nō cognoueris: tam est periculosum q̄ incertū: accedunt eodē sp̄icula quædā amatoria quibus nō solum ad laudandū: sed etiā ad amandum excitamur: & certe ita sumus mortales natura cōparati: ut aliter amore: aliter iudicio laudemus. crescūt tibi laudes: hīc satis est si nō p̄tereant: quanq̄ uidere potes: in causa n̄ra plane utrūq̄ nobis & amorē quia nō nouerim & quia nō uiderim iuditiū defuisse: ut cunq̄ tñ est morē uoluntati tuæ gerere q̄ officio nostro cōsulare maluimus: neq̄ enī officii est de re incognita sine oī cunctatiōe iudicare: sed facile pariar cuiusuis rei crimen subire dū amiciciæ satisfecerim: ut quantū in altero accusari possem: tantū debeā in altero cōmendari. Vale.

Campanus. P. Brutio. S.



X litteris Cusini n̄ri accepi q̄ moleste feras q̄ in tanta frequētia epl̄az nīl ad te scripserim: damnabis quantū libet negligentia meā: ego charitatē in me tuā sic amplector: et plane intelligā esse te studiosissimū mei: cuius litteras tantope desyderas. Neq̄ enī uulgaris amoris iuditiū est: sed rarissimæ beniuolentiæ exemplū quē p̄ntem intueri nō possis: eius absentis l̄ras tāto cum studio postulare. Habeo itaq̄ tibi gratias ingentes: sed illud demiror cur ne tu quē aliquid ad me scribere uolueris: nisi puocatus: sic fit ut ī negligentia crimīe censendo ipse p̄pe negligentior habeare: accusas me: nihil ad te: quasi tu ad me multū dederis litteraz nisi ea est ratio accusatiōis tuæ: ut prior controuersia occupes: ut cunq̄ res sit sic meū in te studiū & beniuolentiā cōfirmasti ut cupiditate tui accensus: idē a te petā: quod ipse a me: etiā ad conuitiū postulaueris. Scribe igit̄ quæ prima erit occasio ad Campanū: de quo sic tibi psuasum uelim: ut cū fortunis ingenio: doctrina uinceat a multis: charitate & obseruatia in amicos a nemine superet. Vale.

laus propria in oblatione amici

Campanus. P. Canonico. S.



Liquandiu mecū dubitauī scriberē ad te prior & quasi hoc ipsum munus atq̄ officiu occupare: an tuas ut forrasse par fuit l̄ras expectare: oēm tñ hanc dubitationē excussit beniuolētia in te mea: quæ sic ad cumulū puenit: ut nisi maioribus iactis fundamētis augeri nō possit: porro ut spero fundamēta in dies firmiora: maiora iacent. Nā hoc ætatis p̄stitisti oīa: quæ p̄stari ab adolescentia aut possent aut deberēt: quæ ut te quantū aliū neminē amare: effecerunt: sed expectant etiā maiora q̄ nō diligētia tua quæ sūma est: sed tēpus afferet: ut enī pl̄ta quæ quāq̄ oī sui pte cōstans atq̄ exurgēs ad fructuosam illā magnitudinē & q̄m maturitatē nō puenit: tñ laudāda est: quia p̄mittit. Sic uirtus tua: q̄q̄ est p̄cipua ut ætatē antecedit: & si laudat a me nescio quid maius mihi tacita pollicet: nec despero fore ut quantū illa tantum meus erga te amor & beniuolētia crescat: quæ nō solum ut nunc prior scriberē: sed ut maiore in te spem collocare effecit. Tu modo ne me fallas oro: & si scio si ab hoc quo cœpisti curriculo nō deflectas: falli me nullo modo posse. Cauendum īprimis a uoluptatis illecebris: nec tñ oī tibi putes interdici uoluptate: sed ea dūtaxat quæ ad molliciē ai & libidinum gurgitē deuexa aut ī ocio aut in turpi semp negotio tota deuoluit: est tibi ab ea mi. P. longe magis q̄ ab hoste fugiendū: hostiū enī insidia raræ sunt: multisq̄ artibus euitant. huius aut insidiæ & quæ una uia defugiunt si rō tibi honestatis non libidinis īpetus moderet. studia litteraz nō exiguum hñt uiriū ad resistendum si modo nō primo īpetu expugnent. His tu armis uelim te munias: habes ingenium præclarum: doctissimum præceptorē: patriā studioz alticē: & quasi parentē quibus si nō despicias tanq̄ speculo ad uirtutē cōponi possis: non dubito facturum oīa diligenter ut cum cæteris omnibus qui te amant: tum uel īprimis nobis qui ab illis amore nō uincimur satisfacias. Vale.

altitudo studioz p̄ clari p̄r salmā
ut alio signis a
denia

Campanus Lucio equiti. S.



VM sermonem de regendo magistratu quem habuimus Senis quia ita postulas nunc demum in epistolæ angustias reductum ad te mittimus: quod munus in hunc diem distulimus: non obliu postulationis tuæ: sed impeditioribus negotiis occupati: quibus tandem per discessum Pontificis magna ex parte liberati: uno labore & desyderio tuo & officio nostro satisfecimus: fateri possumus integrum libellū: hac ipsa de re p̄ximis diebus cōfecisse quātū potuimus t̄pis atq̄ ocio suffurati: quæ quæ nōdum satis ad limā emēdauius: & officinæ atq̄ incudi reddendū putamus: nō mittimus ip̄m quidē: sed eius quasi florum cacumina decerpimus: quibus & ipse capere uoluptatē possis: etiā utilitatē: & nos ī totum defecisse nō uideamur: quū in partē satisfecerimus

no

Tria dicebamus seruare diligenter oportere: cum qui præsit magistratui: primum colere imortalem deum: & religionem tueri: ex quibus rebus nascitur opinio boni uiri: quæ ad populi motus uel sedandos uel concitandos imprimis est necessaria: deinde ut iudicia reddant nullis animi perturbatiõibus corrupta: ut odio: ut amore: & eiusmodi uariis animorum impulsõibus: hisq; admittant consilia bonorũ ciuium: quorũ sit uita laudata: prudentia autem probata & cognita. Tertium ut existimet is cui munus hoc gerendum sit nihil ad suam utilitatem referendũ esse: sed omnia ad publicum Ciuilis multitudinis cõmodũ esse statuenda: ut non tam crumena locupletata q̃ gratia Ciuiũ: & singulorũ hominũ quo ad fieri potest bona de te opinio repperet. Hæc sunt uelut capita & fontes unde mebra quædam & riuli exoriunt: a religione nascitur pietas in deos: patriã: parentes etiã extincos. Nascit̃ charitas in cæteram multitudinẽ: & misericordia in afflictos & calamitosos: A iuditiis autem æquitas pender: uel ex æquitate iusticia: inde orit̃ obseruatiã legũ & cõmunis turis: ut pacta: ut cõsuetudines: ut quæ sunt eius generis iudicata seruent. Quã i re deerrari uix p̃t si cõsultationes bonorũ ciuiũ adhibeant: quorũ assensio in hoc ualet plurimũ: qm̃ ut extollere cũ summa laude cupient: ita improbari nõ poterunt: quæ ipsi tecum una perægerũt. Ex ultimo præcepto cõmunis utilitas nascit̃: solidatur uera laus rei publicæ diligenter administratæ: nascuntur gradus: quidam ad altiores honores obeundos: ut usu euenire solet: qui parua eleganter moderateq; gesserit: eum dignum uideri ampliori dignitate. Habes libellum totũ: ita inquis libellum: Ita totum ut in equo Troiano duces achiuos omnes: ut i tuolucro & per fenestras suppellectilẽ. Vnde summa rerũ nõ res ipsæ aspiciunt: ubi libellũ euolueris patebũt hæc oĩa tanto latius: quanto milites cum Notariis prodeunt in aciem fufius ornatiusq; gradiunt: patebunt exempla & uestimenta earũ rerum quæ hic anguste & nude explicant: tu autem ex re modica multa & magnaprehendes ut cogitantes solent. Vale.

Campanus Cosmo Medice. S.

ioega

NE unum quidẽ obolum uincere tecum possum: scribo caput durissimũ: nõ placet: scribo mollissimũ: displicet: scribo tenerrimũ & sucofissimũ: accusas: scribo ferreũ & saxeum: intendis litem: nihil utar amplius tecũ epitetis: saxum dicam nõ saxeum: ferrũ nõ ferreũ: aut si ne hoc quidẽ arrideat: alia tentabimus uia: dicã mel: dicam fauũ: dicam fabã molliculã & cucurbitã inflatam: dicam quicq; igni molliri aut aqua possit: sin etiã in delitiis perstes dicam ocellum: corculũ: labellum: cerebellum meũ: aut si ita uis olusculũ: & lactucellã. Fac modo sciam quo genere plurimũ delecteris: neq; tuæ deero uanitati: neq; stulticiæ meæ: undiq; occurrẽt quibus istam puicacem p̃tinaciã mulso melleq; demulceã. Sed mitto iocos: quid agunt nr̃i oēs: de tuis dico: nã ii maxime nostri sunt qui sunt tui: quid Gratianus: quæ est ualitudo: quid Gaspar defriquit ne: an adhuc eodem quo prius excandescit incendio: quid cæteri oēs: utinã sic ualeãt ut cupio & ipsi de me meriti: uiri sũt omnĩ quos uiderim humanissimĩ: & quos ego quãtum amem atq; obseruẽ tacitus sentio: explicare nõ possum. Scribo ad Brutũ tuũ ut cum tibi tum illi ut debeo satisfaciã: uide q̃ ad unguem studeam tibi morẽ gerere. Ariminẽses fratres si fatent̃ se mihi plurimũ debere nõ decipiunt̃ illi quidẽ: nã eos Sigismũdo principi sũma cũ diligentia abeunt: etiã hinc cõmendauĩ. Sed expectẽt alia maiora quippe ad paucos dies si p̃ maris tempestatẽ licebit Ariminũ p̃ficiscar: quid illic negotii inquires: nihil sane nisi ut ei principi obtẽperarẽ: uoluit hanc sibi fidem: ut quũ Perusiam p̃fecturus essem quia terra nõ facile possem: mari ad eũ diuerterem: quod ut cõmodius facere possem equos: famulos: pecuniã est pollicitus: ut inde recta Perusiã comitatus: honoratusq; contendã. Vide principẽ nostri tẽporis rarissimũ & liberalitatẽ atriis regũ incognitã: tu si uidere me cupies: nã alloqui nõ poteris: ueni primũ ad litus: deinde me lõgo interuallo p̃spicies nauigantẽ: & surdũ præter oculos euntẽ salutabis: erit signum in carina formica pendula. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

graz actio

LITTERIS tuis facile p̃spexi: qua die me in tuũ accepisti: quantũ mihi fortuna p̃miserit: uideo firmissima mihi reliquæ uitæ iacta esse fundamenta: sic equidẽ statui pãdere uela uentis & tuũ imperiũ: tuũ consiliũ: deniq; tuos pedes: tua uestigia sectari: quẽ ego primũ habui adiutorẽ: primũ quasi ianitorẽ ad curiã ingrediendã: idest ad ætatẽ meã oẽm statuendã. Veniã igitur ut iubes & mare latissimũ tuis auspiciis ductuq; subibo: meũ tantũ erit ut ueniam: reliqua in te uno sita erunt omnia. Vale.

Campanus Stephano suo. S.

QVM Anthonio Volaterano quē mihi cōmendas haud ita multo uetustior tibi familiaritas est q̄ mihi. Eum annū tam hinc septimū amare cœpi: cū aliis de causis honestissimis tum uero mihi iprimis q̄ me in Hetruriā uestrā p̄ media hostium tela fugientem & peregrinū & incognitum: libera fronte complexus est: ut nisi eius negotiis adsim indignus sum: quem nunq̄ alias homines complexantur. Vale.

gratitudo

Campanus Car. Papien. S.

facta

SIN quantum te expectemus in balneis: quantum qui in balneis sitiunt: expectant uinum: erimus una: quantum urbanitatis & iocisq̄ si nō una prope: in quantum imutationū gressuū nos Auinione tu haud procul inde: aut ibi: fortasse si ibi: nudum te nudus exollabo: iā nunc te inuito: scio ad quid: ad pugnos in balneis: quantum mihi curaḡ obuersat̄ animo: quantum prandior̄. Videbis ueterē cōuiuam tuā q̄ nunq̄ antea detentatū & edacē: reliquū est ut uenias q̄ primum: Fabiano meo incredibili laticiaē fuit quū dixi te uenturū: crede mihi nunq̄ iocundiores haufisti dies: q̄ quos nobiscū exigis: Ita inquis: ita sed caue tristis & rugosus accedas. Ego enī quod tuū ē te polliceor tibi: ut si qualē p̄stare te soles uenias: adiciemus nō nihil nos etiā uoluptatis: ip̄ se iprimis qui tuo aspectu urbanissimus fieri soleo: al̄s asper & tetricus: qualē metuāt qui minus possint cōtemnāt qui plus: q̄ æque aspernenē & rideant habemus medicū omniū quos uita tua uideris facetissimū: uenustissimū: edacissimū: & q̄ sicedulis & obeso tardo interdicit egrotis: arripiat sibi. habebis Fabianū nostrū eum qui tecū de p̄stantia cōtendebat: uide quo tua te fortuna sustulerit: quem habeas parē in cursu honorū: eum longo post interuallo reliquisti: amat te ut ego. nihil enī dici pōt̄ arctius obseruat ut alius nemo. Rettulit mihi Blasius mensarius tuus: queri te q̄ raro scribā: uera tu quidē sed iusta quereris: tua enī sit culpa: qui uel unis lris crumenā tibi extorqueri passus sis: qui auiculā ad primū sibilū escam porrigit: & escam & auiculam perdit: uentre uacuo accurrit accipiter saturo obaudit: ego quia crumenā quā uolui primis lris impetraui nūc quia quod ip̄trare cupiā nō habeo: nō scribo: si lras uoles expecta famē: Christoforum fac ducas tecū ad balnea ut crura coæquent: idem ut utroq̄ fiat claudus qui unū habet intortū. Cōmenda me oī generi hominū qui te amant: cæteros dii perdāt. Vale.

Campanus eidem Cardinali. S.

QVM a te istinc discederē ultimum illud fuit uerbū: statuisse te aliquid magnū in rem meā conari q̄ uocem sic accepit: ut nihil unq̄ in omni uita iocundius & magna spe plenius uidear accepisse. Quū qd̄ existimaui nō temere id te mihi esse pollicitū: tum qm̄ aditum quendā habiturus mihi uidebat ad mea iura deposcenda: quippe magnor̄ principū promissa pro oraculis habēda sunt. Itaq̄ eos conatus uehementer expecto: qui ut fortunati sint faxit deus: tu modo conare aliquid: nō dubito foelicia conaturū: ut est diligētia sæpe cū fortuna cōiuncta. Vale. Cāpa. Gētili suo. S.

GEntiles requires tu fortasse studiū meū ut qui parū functus officio uidear nihil scribēs: dabis ueniā errori quū intellexeris negligentiaē cām eā mihi fuisse q̄ multis. Primū maris aliquādiu tēpestare agitati: ut ingenue fatear: tus excideras: neq̄ enī facile recordari amicoz̄ poteramus cū nostris p̄sertim tantis & tā certis uitæ periculis iactaremur mediis in fluctibus: uenti nobis ueluti cōi hosti undiq̄ bellū intulerūt: nā ipsi quoq̄ inter se ad nauim obruendā uario occurſu decertabāt: Aquilo maxime nobis infestus & maiores ciebat undas & uelum tumētī flatū antennāq̄ stringebāt. Imperitis nauigādi maxie terrori fuit undaz̄ magnitudo: quippe nūc in cœlū tota molē cōsurgere: nūc ad inferos p̄cipiti lapsu recedere uidebamur: sic aut pendebamus maris dorſo sublimes elati: aut imo atq̄ obscuro stagno p̄pe obruti cōdebamur. Hæc quotiēs erāt subeunda semp̄ antē oculos durissimum genus mortis intentabat. Egressos deinde in terras ipso ī littore latrones adoriunt: refugimus in nauiculā extēplo oēs: reddimurq̄ tēpestati: totāq̄ noctē incerti nauigamus: uento iam desinēte: inde rursus ī terras expositi rursus iuadimur: sed agniti a militū p̄fecto (neq̄ enī erāt latrones) in tuta deducimur. Tandē Ariminū est uentus: ibi totū triduū cōquiescimus a Sigismūdo p̄cipe regia magnificētia excepti: Hic ē ī tāto rerū apparatu excideras: neq̄ enī leuius aduersa ualēt q̄ secūda ad mēoriā caligandā. Post triduū ad iter accigimur: erāt alpes trāscūda: militū Bracianoz̄ statiōes trāsitus occupauerāt: p̄ media agmīa tentāda uia: & quo remotius a Castris hoc suspectius incedebamus: militibus usq̄: quaq̄ discursētibz̄. Comitabant nos uiri robusti. x. armati hasta clypeoz̄ quos Sigismūdus hāc ipsā

no

ob rem subsequi nos iusserat: ut a crassatoribus ruerent: & hic quoque suspensio mihi exci-
deras. Inde Vrbinum primū: deinde Eugubium: tandem Perusiam profectis quā milites ad
hyberna concesserant toto itinere est trepidatum: Perusiam rerum omnium immutatus sta-
tus memoriam quoque immutarat. Cōiuiua mane: cōiuiua uesperis certamen inter amicos
ita dirimebat: qui prior uocasset ad cœnam aut prandium ei aderam: cæteris diem altes-
rum pollicebar: & hic quoque de te mentio nulla: nunc quia & pericula & cōiuiua cessant:
in memoriam rediisti. Vale. Campanus Collegio Sueffano. S.

SI per & belli & anni tempestatem licuisset non equidem misissem quen-
stuc: sed ego ipse meo factus officio uenissem ut uestris. P. me me exhibe-
rem: uerum quā & itinera suspecta sint & mare hoc temporis nō satis tute
soleat nauigari: aduentum meum in meliorem occasionem differendū pu-
taui: dabitis ueniam rerum importunitati: & hanc meā tarditatem nō auis-
mo ueniēdi cupidissimo: sed tempori difficillimo tribuetis: interea uero dum a uobis ab-
ero si quid opera mea opus sit est equidem facultas mihi perexigua: & quæ nec montes
posset nec aurum polliceri: sed fide in collegium: obseruantia in ciues: uigilantia in utilis-
tatem urbis studio erga uos omnes uestrumque honorem amplissimū iuuenietis. Vale.

Campanus Setio suo. S.

NAM uides ut etiam mitriati insultatiq; iocamur: Infinita sunt huiusmodi: Excit-
dunt etiam inuito ut solent qui in umbrā stomachant: dum tondentur ungues
dentibus: & mordent labia: & in re nulla montes rerū edificant. Vide qua te
afficio uoluptate quā tu ingratus si gratiā si par pari nō referas: scio quantū Gal-
la tua eliciat cantilenarū dū penulatus Citharædus media nocte clamitas ad fores: Ami-
ce expergiscere iam puella & audi quæ clausas tibi cantet ad fenestras: & quæ sequunt:
sed satis iam iocorum ad serua ueniamus. Tabellionem illū de quo scribis tibi factū red-
dam sed tempore opus est & morula: esset etiam pecunia sed dabit hoc tibi: dabitur etiā
affinitati quæ mihi cum illo est. Quod autē facere te uelim in rem eam id quaeso atēde
diligenter: conficito diligenter: Principem nostrum quū primū poteris cōuensto: dato tu
has quas ad illum scribo litteras materno sermone cōscriptas. Mox ubi rogo acceperis:
cōpellato hoīem nō regium esse: nō liberale: neque ullo modo ad principē pertinere pugna-
re cū musis. Vetus ē illud Protogenis Rhodii qui cū urbe obsessa in suburbano pingeret
captus: ductusque ad Demetriū atque interrogatus qua fiducia extra urbē pingeret: Respon-
dit quā sciret Demetrio cū Rhodiis nō cū artibus bellum esse. Quod igitur picturis & fig-
mentis apud hostē licuit: id musis apud amicissimū principē nō licebit: ut tute sint ut ho-
nori habeant: quorsum mollis bellū: quorsum exercitus cogit nisi ut gloria noīs ppage-
nam imperii & fortunarū satis habet: porro hæc gloria quā diuturna quā clara nisi musis illu-
stretur: at uero inquit actum est: contracti nerui sunt: cōtracta lyra nihil mihi cū musis iā
negotii est: nō recte sentit si ita sentit: nunquā fuere paratiores: nunquā armatiores quā nūc sunt
Iam canere incipiūt altum: iā fertile messe Proferet ingenitū plena iā falce colonus In se-
getem ferar: æstiuā bobusque relictis Grādia maturæ cōplebunt onera fruges. Principi Ta-
rentinorū ubi declaratū me Antistitē ex Cortoniatis intellexit: nō solum nō aduersa-
tus est: sed etiā gratias Pontifici per litteras agit amplissimas quæ uirū (ut eius uerbis utar) Ita-
lem pfectisset. Ergo ille quē nunquā uiderim: quē nunquā nominarim: quo cū nihil erat mihi
neque humani neque diuini fœderis: me in epato acceptauerit: iura suffulserit: prouetus etiā
aliquot annorū qui publice seruabant cōcesserit: hic uero in cuius urbe eductus: eruditus
que sum: de cuius imperio semp optime sensi: cuius patria eadē est: aras nō multū diuersa:
me in exiguis ac prope minimis bñficiolis nō admittit: o crudelē & immanē si ita faciet si
nō amplectet: si prohibebit adde minas: si precibus nō flectes quasi dices: ut dicas clama-
turum me ad cœlū: ad stellas principis mei opera uitam me & dignitatē tueri nō posse:
addito etiā si opus erit acerbiores: odium omnium poetarū atque oratorū imprecaturū si me
reiciet: & si ne hæc quidē ualebunt: addito acerbissimas fore: ut qui in eo principe summā
spem collocauerā: aliunde mihi intelligam expetendā opem ad uitā sustentandā: spe-
ro fecisse Cubellum nepotem meū Canonicum Sueffanū: & animus meus oīs in eo prin-
cipe situs est: ut si quando per tempora licuerit ad eum quot annis æstiuis secessiōibus de-
uertam: cura tu ut soles rem meam: rem a Paulo fratre cognosces. Vale.

Campanus Tutio suo. S.

TA ne est illud uerū quod uulgo dicit: Nulla re magis cōmoueri hominū aīos q̄ quā uera obiiciunt: equidem ita esse nūc demū intelligo: tulisti a gre cuculatu senē: a grius pedū senescentiū tumidū in flatum morbū. Credo q̄a recentior fuit ea plaga ut minus inficiari potueris ita grauius esse cōmotū. Sed qm̄ uera quæ sunt æquo aīo pati nō potes: experiar falsa qua mente patiaris p̄ cuculato sene Bullatū puerū aut Calamistratū adolescentē aut p̄nitidū & luculentū uirum cōmutabo: uis me alienis in rebus esse liberalē. Magnificentius q̄ tu q̄ parcus in tuis. Nā hoc angusti: illud ampli animi opus: Mirum prudentiā tuā apud me tātis laudibus extulisse quasi me lateat q̄ sis prudens & distinctus agricola q̄ diligentia tua adductus ad aquā fodiendā te destinauerim: fode in aqua sapiēs agricola: quare tibi fidum alueū: intende neruos & intus in ūdas incute ut merita est iactātia tua: Nā qui mihi agrū publicū obiectas: facis quod me decet: magni uiri publicis rebus admittunt̄ abducti nullis: & tutius domus quā multi incoluerunt habitāt: q̄ quæ deserta: etiā templa eo sanctiora putant̄ quanto celebratiora: limosi putei priuatorū: sunt fontes publici: plus habēt nitōris: & aquæ lucunares: quo sæpius mouent̄ hoc plus nident̄ habere suauitatis: qd̄ in ferculis nihil fere placent nisi misceant̄: tum doctius uibrāt tæla qui publicis certaminibus & quotidianis proeliis dimicāt q̄ qui priuatis & raris: Hac me & Grēlē nostrū adduxerūt ut exercēdi ludi gratia aliqñ in publicū prodiremus q̄ in priuatis parum essemus eruditi: neq̄ enī in foro pila solēt ludere nisi qui in angulis antea domesticis parietibus sint exercitati. Tu uero edisce in te pati: quod in aliis a gisse gloriaris: nec moleste feras exprobari tibi uerbis quod re ipsa etiā si uelis inficiari nō potes. Vale.

Campanus Braccio suo. S.

BINIS tuis litteris quas simul acceperā nōdum respondi: nō q̄ oblitus sim officii & amoris nestri qd̄ fieri tā pō: q̄ cœlū ruere: uerum qm̄ nō data est occasio rescribēdi: defuere q̄bus litteras cū fide cōmitterem: nūc Gratianū nostrū redire ad te uacuum minime sum passus: nā cui lras dedissem si huic nō dedissem hōi utriusq̄ nostrū amantissimō: & tuæ dignitatis acerrimo defensori. Tu igit̄ nō me accuses negligentiae si tardius q̄ uoluisses: & ipse debuisses: ad te rescripserim nosti Terentianū illud: si nō potest quod uis: uoluisses extemplo post acceptas litteras fungi officio meo: nō affuit tabellarius: cur igitur me accuses si quod uolui nō potui: tūc fuisset accusandus quā accusationi uoluntas atq̄ animus defuisset: hæc aut̄ ideo uolui scripsisse ne quid hō ut aperte loquar Sicophanta aliquid mihi litis intēderes: noui calumnias & cauillationes tuas nodum in scirpo: in mari fuliginē quartis. Scripsi ca put durissimum illicet indixisti bellum & pro durissimo dulcissimū postulasti: Sed habe tibi dulcissimum: habe si placet etiam suauissimum dum tamen scias blandis nominibus multa peruerse ac supine designari. Vale.

Campanus Perrucio suo. S.

VI me mortuū appellas: facis rectius q̄ si dormientē: qui enī dormit aliqñ tandem excitat̄: nunq̄ tñ executi somno qui morit̄: sed crede mihi dandis ad te litteris nō uiuā: curando tñ honori & augenda de te hominū opinōe nō uiuo solum sed lingua tanq̄ gladio decerto: quæro qui familiam tuā nō ament modo: sed tollere in cœlū cupiant: feci tñ tibi Lionorū amicissimū: quod negare nō potes opera mea: & cœptum amicū & confirmatū: possum id tibi etiam si nolis exprobare qui sic me mortū uocas: alterū deinde tibi nō amicū nō beniuolum sed fratrem sed parentē: sed si quid potest dici maius atq̄ arctius cōparari: possum hoc tibi de meo Liuolio polliceri futurū illum tibi parentē alterū: atq̄ ita futurū ut ab illo ipso q̄ te genuit amore in te & beniuolētia nō uincat̄: habebis hōiem qd̄ dicā nō possum explicare qd̄ sentio: nec tu quidē possis credere nisi cum uideas: tu uero scribe ad illū q̄ sæpissime & ut causam tuā suscipiat rogato: q̄ quanq̄ id sua sponte facturus ē: maturus tñ faciet si rogabis: & faciet qd̄m fidētius: de me aut̄ ita statue ac si nusquā me cognouisses: dico aut̄ quantū ad lras: uix unq̄ ad te scribā nisi lacessitus iniuria: nisi me mortuū sopitū & mero somnoq̄ grauē appelles: poteris hoc mō aliqd̄ elicere: alioquin surdo fabulā decātabis. sum equidē occupatissimus: sed ita tñ occupatissimus ut si raro ad te scribā nūq̄ p̄ re tua cessem iugilare: qd̄ inges posses tu hō nullius qd̄ ego possum: mortui nihil p̄nt: uiui oīa bona uerba dare: facillimū id qd̄m est: datis aut̄ ut fides fiat: id uero iprimis difficillū

mū dico de te: dico de beniuolentia tua: fratris tui mirabilia pr̄dia: libertatēq; extollo: mansuetudinem in cœlum effero erga amicos obseruantiam: inde amor gignitur: inde animi conglutinatur & cōflatur opinio: hæc tibi si parua uident: nō est quod a me maius expectes: horum diues sum: ceterarum rerum inops: expendo pro te quod habeo: non culpa est mea si quod non habeo: non expendo. Vale.

Campanus Ia. Amantissimo suo. S.

NVNC illud tempus est quo tu totis utare calcaribus: pūgas diffraenes & oī conatu excites dominū Laurentium nostrū: responsū Reuerendissimi domini mei procuret: p̄curet: maturet: acceleret: quoad enī id festinantius fiet hoc me citius habebitis: esto tu quoq; diligens adiutor litteris reddēdis: ad quos dirigunt: litteras. d. n. Lucentiū patris mei unici & Reuerendissimi. d. Papien non obsignat: ut uos quoq; legere & Reuerendissimo. d. meo ostendere possitis anteq; reddant: si modo id uidebitur Laurentio meo: quæ res eius arbitrio tota permittit. Ego iter faciam per Perusinū fortassis etiam prius per Ispellanū agrum: nam moenia in gressurus sim nec ne nondum habeo constitutum: quanq̄ Perusiam certum est ingredi: si quid uis fieri tua causa scribe ut sciam: curabitur probe & diligenter.

Campanus tuo. S.

AVDIO est mihi nō mediocri q̄ intelligam in Albanū nostrū secessisse: suspectus admodū erat mihi Romanus aer: præsertim æstiuus: Sed quanq̄ una me leuat molestia: amœnitas loci: suborta est tamen grauior dubitatio statu rerum imutato: ardent bella undiq; passim: undiq; insidia struūt. Nec solum itinera suspecta sunt: sed etiam minus munita loca nō satis tuta sunt a latronum iniuria: itur agmine a crassatoribus & quo dolo nequeūt: irrumpunt impetu: oportet hoc tempore uitum pecuniosum qualem te multi existimant tanq̄ Argum illum quem fingunt poetæ omni ex parte esse oculatum: atq; omnia circūspicere: quāobrem tu tiorem in locum uelim secedas: ubi te si opus fuerit: non solum muri: sed etiam homines tueantur: nihil est quod temeritas nō audeat: ubi spes subest rapinæ: & dubiis tempestatibus præsertim bellorum nunq̄ tantū caueri potest ut nō magis cauendum sit ei qui falli nolit. Vale.

Campanus suo. S.

MITTO tibi orationē si qualem tu cupiebas: bene haber: sin aut longiorē recedemus aliquid: aut breuiorem addemus: aut luculentam splendoris aliquid si possimus infundemus: tu nō uoluntatem sed ingenium accusa. Vale.

Campanus suo. S.

MEL mihi fuerit litteræ tuæ: hoc tamē dulciores q̄ uos ad pistrinum molamq; asinariam rediistis: nos autem soluti ac liberi patente in area uagamur: uereor tamen ne plus istic olei in pistrino molēti p̄fertim: q̄ hic in area triciti decedatur. Inuideo equidem & id itineris si per miseram seruitutem licuisset tecum una libentissime confecissem. Sed quia co me fata miserum compulere: ut in mea sella quiescere & palpitare nō possim: oro te per eam quæ tibi mecum est beniuolentiam: ut eam ipse cōscendas equumq; quotidiano cursu pungas & excites: nec fræna desint: quæ dentibus quasi lingua mordeant mole & blande fungere officio amici ut soles: non negligentis absentiam meam præsentia tua fallens: nec te quominus meis partibus satisfacias tanta equorum multitudo copiaq; deterreat. Vos autem siquid hic reliquistis agri: facitote me certiorē: coletur egregie: fodietur: arabitur: irrigabitur: & quæ mea est possibilitas utuis omnibus satisficiam: tuo tamen multo uigilantius polliceor tibi nō ingrati operam uillico nauaturam: ut qui pro deside & iam pedum morbo senescente domino: iuuenem & robustum & integrum habebit: & cui pili pro neruis intendant. Vale.

Campanus suo. S.

QUID agas tu: quid agam ipse nec tu nec ipse scio: præclara sane amicitia: cum nulla molestia alter alterius afficiamur proinde uale bene: sin minus id potes scribe: tamen ualere aut si forte securius atq; ociosius id censeas nihil neq; ubi scis neq; quid agas ad me scribas: ego idem curabo: ut uiuam an mortuus sim id tu scire nō possis: sed hæc alias: possum ego abs te elice re uel unas breues litteras breues inquam. Nam uix magna cupiūt qui parua desperant.

Vale.

expositula
folia

Campanus

suo.S.

X Diamante nostro accipies quid me quominus aduentum meum accelerē demoretur: nec demorabitur quidem diu: ago tecum paucis: nam & tibi ad legendum fortassis ocium nō multum: & nobis ad scribendum hic in foro per exiguum. Vale.

Campanus

suo.S.

VI Bononiam uenisti: & si nōdum de aduentu tuo cognouerā: nescio quid nouā me læticiā titilabat: quasi diuinaret animus futurū: ut ad paucos dies te uiderem: quod hoc tempore multis de causis mihi est iocūdiſſimum: primū tamē omniū: quia maximam molestiam (ut ait Cornicus a floribus) amoui meis: nec ē quod amplius de te existimem esse uerendum. Fatebor ingenue cum Perusia discederem nihil magis q̄ tuam illam callidam prudentiā timuisse nostri probe quid dicam: ubi dominus nō adest: discursitāt serui: cuncta foris domiq; permiscēt: quid post meum discessum ægeris nescio: si supplantasti: si fodisti bene est: saluus est ager: sin inaratum incultumq; reliquisti: tutiora hoc quoq; modo sunt omnia: dispaream nisi ardeam te uidere: sed quid uidere dixi: imo amplexari: lambere & deosculari totum. Sed quid obsecro mellicratum attulisti: an totum in itinere est assumptum? Christo forellus meus: Laurentiolus meus ualent bene an non? si minus ualent orandus est deus: sin ualeant nihil oratu opus: porro orandus deus est: debēt igitur ualere male: quādo erit illa dies cum magno strepitu irrumpam ad te: cum a fenestra anhelantē properantemq; despicias: adest adest inquis: occurramus homini: scio non poteris te continere quin extemplo togam abiicias: quasi me pugili palæstra non hospitali cœna sis accepturus: equus meus est in hybernis: puto factum pinguiſſimū: sed terra ueniam an aqua nōdum habeo constitutum: si terra: uidebis hominē albenti equo inuectum: quasi triumphantem. Sin forte quod magis arbitror: aqua: sic quoq; erit quod & ridere & mirari possis nautam aspicias: myrtho coronatum & quasi tum demū e naui ad te profilientem: & primo tecū occurſu omnia strepitu læticiæq; permiscentem. Para cubiculū: para equos nauali itinere uenienti opus erit equis: neq; enim potest nauis ad duo circiter passuum milia appropinquare: Christoform & Laurentiolum meos o q̄ cupio ad tripudium inuitare: non diem nō horam uidi lætam ubi a te abi: ergo tanto magis erit mihi lætandum: quanto minus ante hūc diem potui lætus esse. Habes istic Gabrielem Perusinū uirum peritissimum & mihi nō uulgari amicitia uerum arctissima si quis est alius familiaritate cōiunctum: eū tibi quem do plurimū accipe hominem. Si nullo alio officio certe mea gratia charissimū tibi futurum Alexander tuæ dignitati dies ac noctes diligentissime studet: ne eum obsecro labores & uigiliæ frustent sine: qui & si scio nihil opus esse monitore: nihil tamen poterit nocere si moneam. Vale.

Campanus Morando suo.S.

REVIBVS litteris hominis ut amici ita ut ociosi aut profecto nō magno pere negotiosi multo est breuius respondendum ab eo qui sit grauissimis occupationibus inuolutus. Accessionem fortunarum meæ tulisti ægre tu quidem: sed mirum est ita infirmū esse in amicitia cōseruanda: ut uel paululum taciturnitatis meæ perferre nō possis: in cœlum tollis Aristotelem qui putet aduersari fortunā amicitia: sed quantū fert opinio clarissimi phi honestā sententiā prauē es interpretatus: ait ille inæqualitatē fortunæ hoc facere ut dirimāt amicitia. Causam uero quare ita faceret: nō attulit: afferam ipse indice te: caue tñ primū existimes de sapientiā amicitia eius fuisse sententiā. Cōstāt illæ & cū fortunā nō timeant nec sequunt: quidē: de uulgari amicitia loquit: cū ita loquit: ubi cū fortunato amico inuideāt nō se ad parem dignitatē uenire non posse censent: sed quæ est hominū temeritas tanq̄ destitutos arbitrant: si paulo te sum fortunatior quid accusas quod assequi ipse nō potes? Calligant (inquis) oculi & te ipsum in tantula rerū accessione nō capis: imo uero tu hunc tam exiguum aut honoris aut utilitatis gradū quo te antecessi quasi supatus indignaris: pari intervallo a sumis infima q̄ ab infimis summa cōspiciunt: q̄ si oculi tui ad fastigiolū meū eua dere nequeūt. Cur miraris meos ad salariū tuū nō posse descendere? Accusas taciturnitatem meā: putasq; illā ad elationē animi nō ad ipeditissimas occupationes esse referendā. Sed uide ut tuo te gladio referiā: si minus fortunatus: addo etiā occupatus minus amicorū oblitus es qd facies: ubi ad eam: quā mihi exprobas fortunam accesseris. Itaq; Aristotelis quē ais sententiā probo quidem: Sed eā ita iuterpretandā censeo: ut non minus culpæ in humili amico si inuideat q̄ in sublimi si contēpnat sit iudicandum. Vale.

Campanus suo.S.

Acepi tuas litteras nunc quae raptissime scriptas. Nec cessas tu quidem amore in me tuum aperire. Scribis de omni perfectione nostra: me quae ut primum ueniam hortaris: non ago gratias: facis pro certa charitate in me tua. Ego uero totus ardeo desiderio tui conueniendi: existimo tamen aliquanto tardior aduentum meum futurum: non quia ipse rem non accelerem. Verum quoniam non ita mature pecunias meas exigere: suppellectilem colligere: equos parare: uestes ut aliquanto tu nosti togatiores sarcinas curare poteris: sed haec fient omnia quae celerrime ut nec uiginti occupatas dies existimes: ego igitur Bononiae non poteris: Mantuae te conueniam. Vale

Campanus suo.S.

Memoria teneo: quoniam omnem mei curam in te unum reieci quanta me humanitate & beniuolentia suscepisti: nec opus est multa in eam sententiam afferre: ut te oratione una uirtus hoc praese fert: ut orari ad benefaciendum minime uelis: a me praesertim cuius curam omnem tanto studio complexus es: ut ante quo pacto opem ferre posses cogitaueris quae me cognoueris: non agam tecum longius. Trahe me istuc ad te quae potes primum. Quid offeram? quid pollicear futurum me tibi deditissimum parum est: an non futurum ingratum? Quid ego referre nisi animum possim? certe hoc possum polliceri? Cognoscere me tantum tibi debere: ut e memoria deleri non possit. Qui enim se cognoscat fuisse miserimum: non potest eorum pro quos excitatus & adiutus fuerit non recordari. Vale.

Campanus suo.S.

Acepi his proximis diebus litteras tuas & elegantes & singulari beniuolentia referas: uidi quod mihi persuaseram esse te mei honoris dignitatisque amanti summum: quod cum saepe alias re ostenderis: nunc in litteris aperuisti. Ego uero nisi te tuosque omnes charissimos habeam: uideri possim ingratus: quo scelere nihil homini libero detestabilius: Dei res tuas secundi aspiciant: de me autem statuere ut de alio nemine poteris: uerba quidem haec sunt quae magno non constant: sed si facultas & occasio detur cognosces manifestissimis argumentis nihil me tibi de amore in te meo & beniuolentia esse mentitum. Vinces tu quidem me diuitiis: uinces etiam dignitate: charitate: beniuolentia: atque officio non uinces. Vale. Campanus tuo.S.

Non ego pergratus sum homo qui tam diu te in mentem habeo: quam diu mihi uersaris ante oculos. Videtis igitur cui tu homini negotium demandaueris: sed nosti me quanti sum totum: conuiuia nemo melior: legatus deterior nemo: mira illic ueloxque edacitas: hic tarditas desidio sa. Itaque quotiens me ad coenam iurabis missa si qua erant negotia: missos comites faciebam extemplo quasi sumptis alis uolabam nihil tunc in Campano negligentia: primus ad uestibulum: mane ultimus uesperis a coena discedebam: Nunc in litteris illis conficiendis cuius rei curam mihi delegaueras: Praene memoriam obdormiui: quae sint: aut quid demum contineri uolebas: aut ad quem dirigi hominum postulabas: & litterae & homines memoria exciderunt. Videor tamen nescio quam sacrorum imperationem somniare: Quippe initiari ad summum sacerdotium cupiebas: id si est curabitur primum: sin est aliud quod uelis refricare memoriam litteris: quasi scabiem digytis oportet. Vterque enim mihi est morbus: sed ille molestior mihi: hic amicis incommodior: nam & scabies si quando ad ignem scalpam mirum est quae titulosam soleo capere uoluptatem: aliena tamen manu quam mea longe gratiorem: tu si adesses scalperes interdum & ignem incendio adderes. Tument etiam nunc articuli quos pessime hominum mihi tanquam murenarum dorsum aut caput sorici corruisti: uix sardi nostri Cycrothecis a uento muniunt a nibe etiam: Sed de sardo quidem nihil attinet dicere: dedit inuitus: at asinarius ludus quome tanquam absentem depilasti: multo fuit nequior: etiam nunc in plumis uolo media bruma mediis niuibus ouem torondisti: experior quae sit miserum per ignotas gentes errare uacua crumena: ubi nisi tibi aut auru aut argentum uideant credunt nihil adeo in crumena fidem ut in fronte oculos intuent. Sed quem tu obsecro uidisti hominem animo quam ego sum grandiore: magisque impudente: cui cum nihil sit pecuniarum: tamen magnis etiam in rebus negotiari non desino: Liuium totum tam magnum codicem emi: non dicam quanti ne mihi de praescriptio praescribat. Illud tantum dicam Liuium accepi: pecunias non persolui: additum est onus peregrinanti. Expeditus ante hunc diem: sarcinatus incedam: Sed grauiter armati milites tardius mouent: fortius dimicant: qualis est simia tua illa uetus quae quam plus oneris habet a tergo minus quidem discursitat: sed ubi natem ferias etiam ad sudorem bellatur. Vale.

Campanus Petriño suo. S.

EST ita ut dicis: parua quidem me tenent: tñ officiosa negotia atq; ideo non negligēda: ne si parua contemnā maioribus dignus esse nō uidear. B. Cardillus noster suspensio est animo: suspensio inquā: hoc tu effecisti: ut ille te si ne graui molestia carere non possit: adit me: quid sentiam de aduentu tuo: male tecum fortunatus amicus: cui per alium significetur quod per eū aliis oporteret. Habet hoc amicitia ut grauiora sint quæ putamus minima si p̄tereant. Vale.

Campanus Scipioni suo. S.

EGO hunc tabellarium quæ mea fuit celeritas anteuerti: Baiulantū ad quē litteræ dirigebant nusquā inuenio: librum Bononiensi meo tui obseruantissimo dedi deferendum: acceperis nec ne haud equidem scio: puto tamen accepisse: tu uero cura ut q̄ primū fieri potest exscribatur: si modo dignum censeas quē exscribi facias: nō dubito deprehensurum p̄ multa: quæ nares quatiant: exaggerationem præcipue nimiam exemplorū & inflatum quendam tumorem magniloquentiæ: Sed est hoc totum ætatis & feruoris ut nullo habito rerū delectu omnia elata: nō nulla etiā turgi de efferant: & ebulliant cum annis. Et si scio q̄ inque faciam qui tibi quasi mætam imponam iudicandi dum causas affero: leges tu quidem amice: addo etiā diligenter: Sed pacto ut luxuriam illam ingenii quantum præsentis uitii habere: tantum futuræ spei polliceri intelligas. Quicquid enim excrescit & expandit si minus diligentia: ipsa tamē ætatis maturitate tanq̄ falce retunditur atq; amputatur. Vale. Campanus Mario suo. S.

BINIS in litteris quid animi haberes significasti: & de uoluntate quidem in te mea nō deciperis: sed non ferme semp̄ idem possumus quod uolumus: nec momēto temporis cuncta uertunt: & tu cū cupis ad me uenire: & ego si ex re fieri possit nihil optarem magis. Verum occasio qualem uterq; nostrum expectat nōdum adest. Tunc ueniendū erit: cum & tu cōmode mecum esse: & ego te accipere nō incōmode potero: nūc pendent oīa æque frigide q̄ solebant cū fuisti mecū. Nec quid de me agam firmū est. Si quo res inclinabit fies extemplo meis litteris certior. Illud tñ ip̄imis tibi persuade me neq; mansurū diu in miseria esse. Neq; tibi quæcunq; cædet fortuna defuturum tu aliquantulum dierum fer æquo animo si nō te reuocamus: curaberis a me diligenter: qui si mecum domi esse non poteris: prope ut sis dabitur opera. Vale. Campanus Nicole suo. S.

SCRIPSI & ad Fenlum & ad Paulum: nec tñ id quod maxime cupiebam mihi responderūt: cura tu si me amas ut q̄ primū & per hūc litterarū mearū delatorem respondeat. Id ne p̄ereat quæso: oroq;. Nicolaus sperat in uenturū se uxorem: Subodorauit esse Romæ: te ip̄imis habet suspectissimum: multa dixi: plura cōtendi: sed laborat pertinacia sua: nec inde auelli potest: te principem eius rei fuisse: nō credit solum sed affirmat. Vale.

Campanus Iachino suo. S.

QUID tibi rei est cū Herculano meo: rapax atq; iuide: colligere me uolebā cū illo una in clusinū tuū: uide quæ mea gaudia interceperis: si hoīem tibi tenes iudeo equidē: sed tñ laudo cosiliū tuū: qui tibi cōmodū q̄ alteri malis: sin quoq; delegasti hominē inuidia nulla tecum: ira pmagna: qui quod ip̄e nō eras habiturus: mihi eripueris: subtraxerisq;: una est reconciliandi uia si Herculani ad me: sed erraui cū dixi una: nā & me istuc ad illū potes adducere. Vale.

Campanus Victorio suo. S.

VETVS est puerbiū: ut fane boues sic sermōe hoīes uinciunt. Ego quidē fateri possum q̄ satis est negligētiorē: eo sermōe quē pximis diebus habuimus Senis: ita me tibi totū arripuisti: ut quē hoc tpe maiore obseruantia p̄sequar: habeā neminē: nō amici tu quidē sed parētis charissimi erga me induisse p̄sonā uisus es: & cū magna contulisses: has a me expectasti gratias: ut maiora pollicereris: rarū exēplū bñficii & p̄stantis uiri qui cū gratiā collati a se bñficii sperare possit: magis tñ cogitet quo pacto queat & plura & maiora cōferre: qd̄ ipse in me incredibili humanitate p̄stitisti: nō fuit fortasse magnū qd̄ effeceras: idē in multo fuisse uit: mihi aut̄ uel hoc maximū uisum est qm̄ animū tuū p̄spexi grauissimis in rebus futurū in meā utilitatē & laudē p̄pensissimū. Nec uoluit scripsisse ut intelligas me tibi deditissimū esse factū. Scriberē etiā ad Nicolaū nostrū: sed qm̄ studiis inardet magis ociosum tempus reseruauī. Vale.

Campanus Francisco suo. S.

Gratissimæ fuere mihi litteræ tuæ: quanquã tardius ad me profectæ uel totum mensem deerrasse uident: quæ tantum mihi dicendi pondus & grauitatem uisæ sunt habere ut excusatione dignas existimem: si hoc paululũ itineris nõ ita statim cõficere potuerunt. Legi eas eo animo quo solent qui fessi sunt flabellum agitare. Mirum est quod occupatissimũ animũ ad se & pellexerunt & recrearunt. Vidi quanta de me conceperitis dum iuditiũ confundit opinio & me qui nihil sum neque futurum spero (quãquã nec despero quidem) ad alta tollitis: sed nihil est quod beniuolentia nõ promittat: quæ sæpe nõ quod putat uenturũ: sed quod cupit futurũ pollicetur. Iacturam litterarũ me. & eo tui molestius quod iam totum bienniũ nihil habui cõpertum de meis: quod uiuant an mortui sint certo scire non possum. Hoc me consolatur quod si quid accidit aduersi Gasparem nostrum latere nõ potuisset: ut mala diutius occultari nequeunt. Quanquã edocuit me fortuna mea nõ magnã uel in nostra uel in propinquoque uita spem esse collocandã: Eodem anno puer parentem: quo Ciccũ germanũ amisit: & quod dolentius fuit alter filii: fratris alter lachrymis caruit: cum uterque moriens ultimũ desiderium mei significassent: Absentisque nomen inuocassent: & alter fratres mihi meos: alter nepotes infantulos cõmendassent: quæ res quotiens de meis cogito: animum exulcerat. Quod mihi de decimis significasti audierã eadem antea: sed nõ eo ego turbinũ progressum arbitrabar: quanquã decimas rerum omnium & primitias offerre deo prisci homines cõsueuerunt: tamen rerum omnium (ut in Chyro ait Zenophon) magistra necessitas est. Basileus uisus est mihi schaphiũ olfacere: cum litteras tuas legeret & plane glaucus uultus pallore medicũ pigmentatũ effingens: accedunt manicæ suppario patientiores: & famuli de industria touse: & penulati: sed ioci gratia quod Surtanæ nostræ & parentis tui impulsu hæc scripseris. Habeo illi gratias qui me in maximis negotiis: impeditisimisque iocis reficiendum curarunt. Ergo crede mihi Francisco: eis nullum mortaliũ antepono. Vale.

Campanus Ghilardo suo. S.

Significasti tu quidẽ multa: sed (quod omnium fuit iocundissimũ) tuã in meis conficiendis negotiis diligentiam. Nam cum multi sunt quoque amicitia pferat a quibus aut exhibeat in absentem amicũ & diligentia perpauca. Nec me ad philosophorum calculum referre amicitiam putes: de hac nostra loquor: neque tam sancta neque tam firma & in qua philadem semper inuenias: Sumus enim ut in eligendis amicis uulgariore: ita negligentiores in cõseruandis: quod tamen demũ solet accidere cum nõ iudicii adhibeat maturitas: sed uoluntatis pperatior impetus offeratur. Raram igitur pietatẽ in me tuã esse fateor atque ideo iocundissimã quod rarã. Et mihi quoque iam quod opes exaggerare incipienti aurũ gemarũ prædia & denique omnia pter quã amicorum cumuli & quasi thesauri sorduerunt ita sunt qui rerum omnium quas uulgus admirat longe psciosissimi uideant: sed ceteros ut minus expertus sum ita si nõ quanti te faciam non est cur illi me nec possint nec debeant accusare. Vale.

Campanus Dulcio suo. S.

Hic tabellarius nõ uult sine meis litteris ad te redire. Ego uero quod ad te scribam habeo: nihil nisi ut cures ualitudinem diligenter. Impetastis de uestro quod postulabas. Et crede mihi si recte uixeris: nihil a patruo defuturũ sit te iuuetutis impetus rapiet & illi molestiã afferes: tibi magnarum rerum auferes occasionẽ: fac boni & sint & habeant quibus cum uersere: fac non minus ex uirtute tua quam patruo tibi compares ornamentũ: ut dignus ille te tanto tu illo iudiceres persuadearque tibi plus honoris ex eius dignitate quam licentiã consecutum: antea latebas incognitus: & quod facere collibuisse ipone faciebas. Nunc omnium oculi te obseruãt & quod agas: quibus hæreas: quo pacto fortunã tuã feras taciti circũspectant: est itaque tibi faciendum quod solent mimi & ioculatores qui quicquid in occulto inculcissimi ubi ad spectaculum uenire ne uel unũ capillũ inconcinne moueat studiosissime cauet: & enim positus es in altissimo prospectu unde si non tuo certe patruo lumine quã longissime a spectatoribus uideare: caue uel uno uerbo quicquid offendas: caue ostentationẽ & elatũ animi tumore prætere feras: & cum honeste loqueris: honestius uiuas: magna impas: dices ita opus est magnis in rebus nõ mediocri possumus imperio esse cõtenti qui si minus decere me censeas totus erras: & uolo te monere & debeo: Quod enim monitis debes mihi multum qui ita factio tanquam egeres. Vale.

Campanus Nicodemo suo. S.



AVDIO illustrissimū Ducē quē nos aliquantulū hīc morā facturū putabamus: cras statim auroa discessurū: spes nra oīs ī te sita est uno. Ne patiare p̄ īmortalem deū quod mihi exiguū natura tribuit īgeniū: id in tantis curialiū rerū fluctibus cōtabescere Legi Petrarchæ eum librum quē de ignorantia scripsit: collegit oēm ætatis suæ cōcursum: & tū multa in se colata bñficia multoz: tum maxīme a clarissimo Stephano Colūna adiutū subſtentatūq̄ fateat: Nō igit̄ nouū est tuæ illustrissimæ familiæ iacētes litteras excitare: Nā de te nihil aliud dicā nisi quod res est: neminē hoc tpe eruditoz hōminū iueniri quē tu nō humanissime cōplectaris: q̄ si me parū tibi litteræ quæ sum expers cōciliēt: Sunt tñ alia pmulta quæ debeant cōmendare: fides & mea & eoz qui cū sint deditissimi nulla in re magis operā tuam taciti desyderant q̄ iam in me cōseruando. Spes etiā quā mihi iam pridē qua si manu porrexisti: ut nō tam orare a te opem possim q̄ repetere. Accidit etiā illa tā liberalis tamq̄ familiaritatis plena: tuæ frontis hylaritas quā me suscipere cōsueuisti: qd̄ si cætera deficiāt: illud est longe potentissimū: hōies cū possis adiuuare propriū diuinitatis: ut quanto maior sit dignitas tua pp̄ius accedat ad eū: tanto benignius tueri debeas: quoz in te curā uideas esse delatam. Quāq̄ hæc oīa sup̄uacua ut quæ nō certæ spei: sed diffidentis animi uerbā esse uideant̄. Cur aut̄ tantope deferrī mihi hāc historiā postulem? causæ sunt multæ. Primū cupiditas gloriæ: quā mihi ex ea re uideo esse ppositam. Deinde rerū gestaz amplitudo: quanta si scriptis cōsequi poterō fœlicem me & in litteraz studiis fortunatissimū iudicabo: præterea exercendi ingenii tam fertilis tam grandis occasio: Vbi p̄missō equo totis habentis patentissimo campo decurremus: Tum ita cogito nullū tam magnū esse rerum detrimentū: quod cū ingenii possit iactura cōparari. Jam inde postq̄ me iureiurando Senis adagisti ad hanc historiā conscribendam Totus perii: nihil ægi: nihil elaborauī: cum ut tibi cuius in me auctoritas est q̄ amplissima satifficerem: tum q̄ existimabam fore ut q̄ primū contextū rerum ad me deferendum curares. Quædam post illud tēpus fuere proposita scribenda quæ nos tanq̄ occupati reiecimus omnia: erāt enim qui ad res gestas Nicolai Piccinini complectendas nō mediocriter hortarent̄ q̄ & magnæ essent: & Brachium cuius uitam scripsimus serie quadā & tempoz & rerum gestarum subsecuturæ uiderent̄: quod eo potissimū recusauimus: ne huic quā a me postulastis historiæ quasi nebulæ quædam infunderent̄. Nam & si euentus rerū ut sese habeant puerti non facile possunt certe consilioz: rationū: causaz: conflictū explicationes aliter ab iis qui uicerant aliter q̄ qui uicti sunt pferunt̄. Illi ui & consilio uicisse: il̄ fortuna & dolo circūuentos esse contendunt. Ergo si Piccininū prius absoluissem: multum huic & nostræ historiæ derogatum esset: neq̄ enī interfuissem ipsi gerēdis rebus ut pure integritas qualē oculis accepissemus & uictoris & uicti seruari possiet: Sed erant omnia ab iis p̄quiritenda qui Ducem illum secuti pace belloq̄ interfuisent: quoz studia non dubitas fuisse futura & ad extollendas uictorias & extenuandas calamitates propensiora: hæc ratio maxime omniū me ut nihil susciperem scribendum detinuit. Jam nisi q̄ primū meis me studiis reddas nisi materiam pares: intendemus litem nec solum p̄ntis ocii: sed etiam præteriti temporis: quod tua causā perit: crimē obiiciemus satis. Cura obsecro per īmortalem deum rem meā: breuis est uia: poteris Ottoni negotiū cōmittere: poteris ipse fauillas accendere: neq̄ enim dubito facturum: sed stomacho properanti etiam quæ præcoquia sūt tardissima uidentur. Vale.

Campanus Ottoni suo. S.



QVANTVM repetere memoria possum nonus hic agit̄ annus ex quo Caspua te uidi: cōueni: & quæ tua fuit humanitas: amari a te cœpi. Jam inde si parum officio satiffeci q̄ neq̄ ad te scripserim unq̄: neq̄ ipse adierim nō dubito totam hanc te culpam nō mihi sed tam longo interuallo imputaturū: Nam cum Perusiā transires meo nescio quo fato non uisus a me decessisti: nec latuit me quidem Ducis aduentasse legatum: Sed quis is esset tum demū intellexi cū discessisses: qua de re quanto fuerim affectus dolore: ipse potes cōsiderare: Nūc uero cū te audidissime expectare. In hoc illustrissimī ducis aduetu nō dici pōt̄ q̄ agre tulerim: q̄q̄ acerbe incusauerim fortunā meā q̄ in tāto cœtu nobilissimoz hōiū solus ipse quē solū cupiebā defueris: sic quo pp̄ior erat spes eo molestius fraudatus uidear desyderio meo: sed

nō cōmittam quin te cōueniam ante Pontificis discessum & si incertum est nobis quando sit discessurus. Ego interea Baptista tuo sic fruor ut solebam te: parauerat ornatissimā orationē eamq; partim ad cōfirmandā ante Ducis beniuolentiā: partim ad clarissimas illius uirtutes belli pacifq; accōmodauerat. Noluit tñ orare te absente: erant omnia & inuenta pacute & q̄ aptissime disposita. Tum hæc pfluens quædam ac uehemens eloquendi uis adornauerat nec deerant ordine suo distincta: & rerū & uerboꝝ dignitates & spicula illa oratoria ad delectandum suadendumq; parata. Nam & attollebat ubi opus erat orationē & deprimebat ut neq; per magnas res explicandas turgidus: neq; p paruas aridus atq; abiectus ire uideret: nihil erat nostri tēporis: uetustate omnia redolebant. Vide quantum utriq; nostrū attulisset aduentus tuus. Sed patiemur a quo aīo si nō bene ualeas id diligenter oramus: nō puto ingratum esse tibi si pauca de me scripsero. Nā post illud tēpus quo Capuæ me uidisti: & ego parū functus officio meo: & magnis rebus occupatus fuisti: ut nec ipse ad te scripserim de meis rebus: nec tu aliūde potueris audire. Veni Perusiam anno hinc septimo ubi primū phia auditor mox oratoriæ aut si ita uis aratoriæ professor utilitatis aliquantulū: noīs nihil: sum cōsecutus. Nec defui ipse mihi quin & euigilarem litteris & ingeniū uariis rebus scribēdis exercerē. Iā primū ut ordine incipiā: scripsi in delegatione Perusinog; librū unū: nec mirere cū dico librū: nam & orationes multorum legatorū ad Ro. superiorē Pontificē: continet & ornatū omniū rerū explicat de in gratitudie fugienda: libros tres: opus etiā a doctis uiris nō illaudatū. De fœlicitate Thrasimeni unū. De uita & gestis Brachii sex: Versus quoꝝ pars est amatoria: pars amore nō uacat: ad tria milia: oratiōes funebres duas: psuasorias tres. Epistolag; libros sex Reddidi tibi tanq; parenti: rationē ocii mei reddamq; semp. Nam cui gratiora mea sint q̄ tibi habeo neminē. Loquar tecum paulo gloriosius qui hanc historiā nouissime scriptā legunt: sic afficiunt ut omniū sit iuditiū nihil iam post septingētos annos scriptū magnificentius. Nam & contionū ardor historicus apparet & æqualitas rerū castigata oratione profluit: tum multa loca sūma cum diligentia describunt. Deniq; sic sum conatus rerū seruare dignitate ut si legas uestitam historiā nō nudos cōmentarios legere uidearis Eius historiæ suauitate pelecti Otto & Nicodemus cū etiā summoꝝ hominū iudicio mouerent petierunt a me ut res gestas illustrissimi Ducis suscipere scribendas: Recepi me facturū cum quia sperabā fore ut oīa q̄ primū ad me explorata & cōperta deferrent: tum rerū magnitudine adductus: sed eoz negligentia res tota defrigit. Nā dum uerba dant nec cōqueunt quidē res a Duce gestas & me spe quadā iniecta demorant: quo minus aliud aggrediar. Imploro igit opem tuā cura ut hæc mihi puincia decernat: aut si liberius dicendum ne mihi ante tēpus: idest ante confectā historiā succedat. Scio q̄ soleas iacentes amicos excitare: neq; enim præmii gratia hoc me tanto studio petere arbitreris: satis est præmii ubi laborē gloria: laus industriā comitatur. Vale. Campanus Dulciboni suo. S.



QUOD scripsisti nobis habent gratiæ nō mediocres: neq; enim quo minus aliquāti nos faceres neq; nra deterruit: q̄ aut rheginos mōtes diuersorū facietatis ut arbitramur tibi delegeris: pbamus consiliū tuū: ueremur tñ ne frigidiora sint loca ista q̄ pati ualitudo tua possit: Quippe nōdum satis firma tanq; foliū modico ucto decutiē: & delictiore indiget cultu: tēperatio: neq; plaga: tū montes istos quos scribis uicinos Alpiū radicibus: atq; ideo gelidissimos a ualitudine tua penitus alienos existimamus: sin minus ppe ad Alpes accedunt tutius erit consiliū tuū. Posses hic mecū esse fortasse cū Necio: Sed errauimus cū nobiscū diximus Nos enī tanq; lupi p nemora saltusq; diuagamur: & dū Rheno alueū quarimus fluentio res sumus q̄ ipse Rhenus: nusquā nobis quietus locus quasi iā nūc sit nobis cū aqua & flumine de instabilitate certandū. Quanq; Campanus semp in umbra ut quē musæ gremio fuerunt suo. Gentilis totus natus ad rusticitatē semp in agris: hō nequā: dolosus: insidiag; plenus: & cui tu nō facile uel egyptiam credas: ob hoc fallacior: quia qd̄ auidissime cupid id dissimulat callidissime. Hoiem uersutiorē: uasriorē: astutiorē inuenies nullū. Is prima fronte sanctus castigatus uoce ad emulcendū tractandūq; blanda & subdola: ceruice aliorum intorsa & pendula. Quid tibi hoc hominis non promittit ubi propius intueris: olet uulpem: spirant a nare doli: fraudes: insidiæ: uersutiæ ab ore: nugæ & mendacia pdeunt: Quid in Campano: totas noctes quietus fertit: uideas medio in thoro hominē nudū feris oibus horridiorē quas syluæ alunt: pedes uncos: curuas & hirsutas manus: nares platas & patentes: & subductam frontem: turgidum iam nouis ferculis: ferculis & inflatum uentrem: membra breuia: teretia: corpulenta: & urfis eritiis histricibus asperiora.

Quod tu mōstrum huic hominī comparabis? mirum est tam diuersos homines tā inter se mirifice cōuenire: sed nō semp̄ externis interiora respondent. Sub pilis illis multæ latent mollesq; delitiæ: homo est ex animo quem appellare possis mansuetū: nequā tamen & callidus: ut sunt lenta flumina periculosiora: raro solus incedit quanq̄ domi q̄ foris asuetior. Somniat Mantuā & nescio quid magnū uersat animo: mirum est tam pusillū hominē tam altas cogitationes edificare: sed edificat & montibus montes imponit. Ergo tu quoq; Mantuā nos sequere non solum consilium tantis edificiis: sed etiā opem allaturus. Sed nec tu consilium capias huc ueniendi fugies: nbi primū olfacies ubi degustabis moriere. Itaq; nos miseri quotienscūq; bibimus mortuū & tanq̄ Prometheus ille quem ī cubiculo pictum Mantuæ uidisti ad pœnam sitimq; renascimur. Vale.

Campanus Roscio suo. S.



S tardius q̄ eram pollicitus ad te redibitur quid causæ futurum: quod impedimentū existimabis? num niues totos undiq; montes nec iuga modo: sed ipsas etiā radices occupauere: num pluias hæ quoq; niues exceperunt q̄si cum cœlum grandine geluq; duratum: ī melle roscolū & tenuem aquā humorēq; dissoluitur. Num etiā fortasse delicias meas nōdum me hēt Hercule neq; adiui neq; uidi est ruri prata inter atq; uirgulta. Inter phylomenas potius ad delitiosissimū caput mane uespere nocte cōcinentes: aut si ita maius iter stulticiā amentiaq; meam qui quod nō amo quo pacto fieri hoc potest inquires: non dubito cognita esse tibi ea ratione constare mihi omnia: ut quæ nō sint ea esse contra quæ sint ea nusquā esse uideant. Sic quia regnū nō habeo regem me esse iudico: illam aut cum habeam eam mihi habere nō uidear. Nō dubito quia lenem me & quasi Scripserā appelles cū eadē sit semper materia ridendi. Sed heus tu cui grauiā desunt aut nihil agat aut leuiā sectet: necesse est: si nihil ad te hominū quos uidi omniū scrupulosissimū scriberē: quæ iurgia: quas mihi tu lites intenderes: grauiā uero inde mihi: aut quo ex trunco suppedient: sic inter saxum ferrumq; districtus tuam istam tam proteruam importunitatē: & meam tam ancipitē necessitatem una uia fugiendā esse cognosco: si cum scribam aliquid nihil tamen scribam: quod meis litteris si cuncta perspicies facile desphendes. Quippe multa cum legas nihil tibi legisse uideare: tanq̄ gladio cum sole atq; umbra decertes: ubi tum multum crebroq; circūferias: nihil est ramen quod feriat. Vale.

Campanus Dulcio suo. S.



TORSIANO uenimus ad lacum Thrasimenū: nec adhuc tamen sedē statuere fugiendiq; finem facere potuimus. Pestis hic late serpit: oppida iam oīa peruagat si qua sint quæ salubritate ualeant sua ea alioq; propinquitate cōtingunt: sic quo fugiamus uix habemus: loca quærimus deserta inula inaccessa tanq̄ fera nemora syluas montes habitamus: quæ res una me solebat maxime delectare: deuitamus hominū frequentia quod exilium durius: quæ acerbior relegatio aut eiectio: exules qui sunt nouas adeunt ciuitates ubi iocūde uiuāt & multa cognoscant. Nos cœtum oēm nō secus ac pestem ipsam extimescimus. Illi inimicos habēt quos fugiant & possint salui esse: Nos qui fugiēdi sint aut quo eundū ignoramus: occulta in nos tæla cōiiciunt: sed nimis diu tecum quærant nihil aliud q̄ molestiā addituri: tu uero da operā ut salui ad Salum redeamus: quod plane facies si monitis præcibusq; nostris obtemperabis: qbus nihil fuit molestius q̄ q te in medio piculo incendii ī media strage relictu nōdum potuimus reuocare ut iau eo res processerit q neq; ad nos tuto possis nisi aliquo diertas ubi aliquot diebus tanq̄ expurgatus: neq; periculū afferas nobis si huc eas: neq; repulsam habeas si alio pficiscare. Vale.

Campanus Charistio suo. S.



ADOARDVS noster heri uesp̄i domū ad me uenit: ait parētis accepisse litteras quibus extemplo in patriam redire iuberet. Si quid uellem ad amicos aut propinquos scribere se postridie prima aurora discessurum. Cœpi ego mecū aliquantulū ad quos potissimum scriberem cogitare: tu primus omniū occurristi: cuius summa atq; amplissima beneficia hærent mihi aio hærebuntq; quoad uiuam memoria sempiterna: nec ulla uetustatis obliuione delebunt: sed quæretī materiā nihil aliud ueniebat in mentē q̄ q Adoardū ipsum cōmendandū tibi existimaui p ueteri officio erga te suo & obseruatiā illa familiari qua tecū uisus est cōtūctissimus nō q ei opus eet cōmendatio mea apud hoīem familiaritatis iura tāq̄ hasta & mucrone defendēt. Sed qm̄ nihil erat aliud qd̄ & me honestius iugere & te libētius effere posse arbitraret: qua in re non multis utar: Adoardū tuū nosti: fuit semp̄ tibi fuit etiā

*Cōmendatū est
& elegans*

Comendatio

mihī amicissimus ut si negligentior esse uelis in meis amicis confirmandis atq; ornādis in tuis complectendis & iuandis ingratus & perfidus esses: nō possis non multa patere: Nam hoc etiam magis iuandus est quoniam modestia laborat sua: ut quæ exteri petulantius extorqueant: hic uix remisse ac frigide audeat non dicam poscere: nam id non audeo sed significare. Quæ res me ad hanc cōmendationem uel prima impulit: ut eius uerecūdia mea opera excuteretur: tu si te habitas & sis idē qui fueras: ex taciturnitate postulationem aucupaberis: & hoc magis elaborabis quo eum pudore suis negotiis deficere intelleges. Vale.

Campanus Hautonphilo suo.S.

Comendatio eptā elegā

ARII nuntii quæ de tua ualitudine nobis afferunt misere me discruciant: neq; enim sum qui solem suspiria & lachrymas imputare: quod est mulierum. Sentio tamen animo dolorem: Et quod sapientis est cōprimo & mihi soli angor quū angor: de te autem ut sim sollicitus: multa faciunt amor in me tuus & charitas qua me prosequeris & solus ut altius nescio quid sperarem effecisti. Iolus ad hæc maria uel tempestatū uel negociationū pellexisti unicus Dux consilioꝝ cogitationumq; mearū: atq; ideo longe charissimus: quia unicus accedit eodē quod omnium primum est singularis humanitas tua. Caue putes me adulari tibi: sicut semper id a me alienum: placent mihi multæ præclaræ amplæq; uirtutes quibus es præditus: placent etiam fortuita & externa: fauor principis, status dignitatis nō mediocri: diuitiarum quantum ipse mihi sæpe satis tibi esse dixisti: studia litterarū quæ & tenes & amas: hæc inquam placent omnia: sed illa comitas: illa tam liberalis frontis tuae humanitas: illi iocundissimi & ad mansuetudinem paratissimi mores tui: nescio quid maius habent & ad beniuolentiam omnium promerendam uehementius. Illa superiora dignitatem possunt afferre: sed etiam inuidiā: possunt gratiam sed magis insidias. Hæc posteriora æque omnibus charum te & iocundum reddunt: & ut nihil odii & contemptus: ita gratiæ & auctoritatis afferunt plurimum. Credo equidem apud omnes ut qui de me facio coniecturās: sed mihi tanto hæc omnia gratiora sunt: quanto fortasse notiora. Ceteri statum tuū: ego etiam uitam moresq; considero: nec ideo hæc scribo ut te mihi reddam benigniorem: humanitate tua factum est ut ad eum cumulū beniuolentiæ tecum accesserim: qui multis magnisq; tuis meritis exaggeratus: nullo pacto augeri posse uideatur. Sed ne quid ualitudinis tuae afferam tediū missa hæc faciam. Illud tantū a te postulare ne uel ipsum quæ unicū habes fratrem magis sollicitum: magisq; suspensum de salute tua censeas esse q̄ me: nec dubito quin tibi ita esse persuadeas quāobrem si eo in statu es ut rescribere ipse manu tua possis: nihil neq; certius neq; iocūdius: sin id per ualitudinem nō liceat: fac ut sciam quous modo: nō deerunt quibus iungere possis ut scribant. Ego nuntium certiore expecto: ueniam ad te q̄ primum si morbus ingrauescat: quid facturum inquires: si nihil aliud ut adesse tibi qualis soleo q̄ facetissime possim. Vale.

Campanus eidem suo.S.



NON potui in discessu meo te conuenire: quā rem nō dici potest q̄ moleste tuli: uisus meo in te officio defuisse: sed noui animū tuum: nō tam ebanditas amicorū captatiunculas q̄ fidem simplicē uelle. Nec excusabo me pluribus: para te ad arma pro Campano tuo suscipienda: cum istuc ad Pontificem uenimus. Spero Cardinalem futurū mihi per omnia fauentissimum adiutorem te: nam & ipse sua sponte uulta mihi pollicitus: curam uidetur de me suscepisse nō mediocrem: si modo facta uerbis respondeant. Interea si quid de me instillare ad aures Pōtificis possis: cura hominē omnium quos habeas tibi deditissimū: melius tu uel somnians q̄ ipse uigilans: quod in rem meam cedat intelligis. Vale.

Campanus Calandrino suo.S.



LIBERO te metu isto: nam et si amicissimos omnium qui uiuerent nephario scelere propinquoꝝ amissi: nō tamen is sum qui duorum hominū beniuolentiā contentus essem: reliqui sunt complures quoꝝ & si minora in me beneficia extiterunt. Charitas tñ par: aut certe nō multo minor fuit: dedi lachrymarū quantū oportuit: fortassis etiam ultra: uiri fortis & cōfessit dignitatē. Tu si quando alias ad me scribes quod sapissime uelim facias: si dissimulare cōmunē iacturam possis: noli obsecro utrumq; nostrum noua plaga exulcerare: cum tantū facinus & tam acerbū atq; indignū: nec scribi a te sine dolore: nec a me legi sine lachrymis possit: demum tua dum polliceris acta agis: quasi exciderit: diu iam pollicitationem istam non

is uiri humanissimi*prima caus
transiūcula**istoria sui q̄ met
dedita*

solum factam a te: sed etiā a me receptam. Itaq; quod mihi partum est: id tu in litem uideris adducere: dum offers: & nouum exposcere libellum amicitia: quæ multis ac maximis testimoniis confirmata nō modo nō negari: sed nec dissimulari quidē potest. Vale.

Campanus suo. S.

EST ita ut dicis: parua quidem me tenent: tamen officiosa negotia: atq; ideo nō negligenda: quia parua: ne si minora contemnā maioribus dignus esse nō uidear. B. Cardillus noster suspenso est animo: suspenso inquam: hoc tu effecisti ut ille te sine graui molestia carere nō possit: adit me: percontat: & quid sentiam de aduentu tuo: male tecum fortunatus amicus cui per alium significetur quod per eum aliis oportuerit: habet hæc amicitia ut grauiora sint quæ putamus minima si prætereant. Vale.

Campanus Baccio Vgolino. S.

CAMPANVS saluere iubet incudem suam: sic enī libet appellare eum qui assiduis negotiorū meorū ictibus feriatur: & pferat. Cogitauī mecum ī hoc secessu nostro æstiuo: qua in re possem tibi laboriosus esse: ut a consuetudine nō discederes: lentescit ager cum nō uersatur: frugi est cum excolitur: & etiam si samentē nō ieceris: arandus tamen est: & tanq̄ iaciāt exercendus ita nunc quū nihil habeam: quod tibi iungam laboris: scribo ad te ut cum mea legas: labore nō uaces: nec aratrum uomere mq; detractes. Cum ad iugum ueniet: feriat enī semper agricolis nocuere: nō solum qm̄ cessat opus: sed etiā quia iuuentii redurescunt: scripsissem ad te prius si quid aut auribus tuis: aut opera dignum habuissem: uerum cū neutrum adesset: distuli ad hunc diē: occasio quæ sita est: nō admissa negligentia: quæ tñ potest fieri cum est mediocris. Sed homo ineptus pedetentim in mea errata delabor: qui dum prospellere crimen studeo: uideor cōfiteri: ut cunq; sit ī tuto res est: & in portu nauigatur: cum apud te causam dicturus sum. Nihil foelicius in causis secundo iudice: aduerso infœlicius nihil: ubi redierimus si dignum supplicio putabis: nō recusabo uel crucem: si uideat̄ interea da operam ut saluum te inueniam: cætera forum iudicabit. Vale.

Campanus Gentili suo. S.

PLACET iocari te mecum de Syrenula: uerba mihi a te data esse non placet: sed stomachū in te meum ex endecasyllabis: errores tuos ex tetrastico intelliges: ridebis te morsum tam lepide: iure morsum nisi stultus sis nō ridebis: nō est idem ad me: quod ad Papiensem scribere: illum foelicitas perdit sua dum te perfert: mihi etiam est tecum de ingenio summa contentio: laxiorem fuisse me dicis q̄ oportuit: & nisi me tanq̄ e campo recepissem: negaturum te fuisse meos esse uersus quos edidi: quantū uideo tractum ingenio putas & tantæ rei: neq; modum neq; iudicium adhibuisse: sed uide tu q̄ diuersa sentiamus. Ego angustias accuso meas in iis uersibus: tu obiciis laxitudinem: & quod tu probas nihil mihi placet minus q̄ me in exitu collegisse. Pœscunt collectam & rotundā breuitatē epigramata: & tunc probant maxime cum exacuunt spiculis & sale: ut quanq̄ cito nō tamen leniter inglutiant. Longe diuersa est ratio in panagyricis: late fundimur: nullus est locus paulo apertior in quo nō spatiemur ubiq; consistimus: ubiq; explicamur. Risisse arnū & illius undam factā gratiorem: plausisse fenestras ac uias: & cœlum Papiensis laudibus & cantu plenum late sonuisse. Charites itineri accessisse comites: & alia eiusmodi plausu & læticia pfusa: nihil habent rugosum aut contractum: carent tælis ac dentibus: fusa & læta sunt omnia: quod propriū est generis eius quod dixi: positumq; est totū in festiuitate sententiarū: uerborūq; luxuriæ: & uolunt panagyrica omnia prope supra fidem: & plena miraculis si a poeta tractentur: remissius præstare hæc oportet oratorem: sed ita ut a iocunditate & copia nō discedat. Accedit uarietas rerum dicendarū: quæ nisi exornent & pareant: nullam possunt afferre gratiam conculcate: Nec unus aliquis est locus certus in panagyrico: per omnes uagatur & surgit: per omnes exultat. Epigramma unum eligit atq; attendit locum quē uulneret: uimq; omnē positam habet in dextra: nec unq̄ recte ferit: nisi cum celeriter & uulnera tunc infert grauior cum tanq̄ iprouisa: estq; gladiatori p̄ simile cuius ultima est laus: una plaga consicere aut iactu in uulnere aduersariū. Habes meam de utroq; genere sententiā: tu si perstes in proposito & omnia confundas nō labero: uolui iis in uersibus meo iudicio satisfacere: nō tuo satisfactorus: etiam & tuo cū tu iubebis: nihil enim potuit tā ample dici in Papiensis laudem quod nō anguste dictum uideret. Endecasyllabos meos nō quero ut laudes: quippe multū ex illoꝝ dignitate detractum putauerim si ab eo probent

exordiu' eptē exo
satorum
Iocosa

laus gūica

quem laceſſunt: terraſticon ſi uis etiam dilacera: dūmodo ſcias me nō tā uerſus tuos cor-
rigere q̄ mores uoluiffe: nō q̄ contendam crimen inefſe epigrammati: ſed qm̄ neq; quid
ſcriberes: neq; ad quem ſcriberes: habuiſti rationem: Vale & Syrenulā mitte: Iterū uale.

Campanus Cardinali Senenſi. S.



ERRAS ſi exiſtmes mihi nō eſſe morſum: nam eſti canis nō ſum: latro tñ:
tum etiā aſini mordent cum amant: & hoc uehementius quo ſunt incitatio
res. Spes mea æque pendet ut antea: aliquanto minus: q̄ ſcio nihil magnū
aut præclari cogitare Lapidarium: Galli fabulam audiuiſti: ſequar conſiliū
tuum: & quod ſoluere nō licebit arrumpā: etiam ſi cœlum ruat non peribit
Campanus pro Cocodrillo: Eligam de tot locis unum: quanq̄ ſpero prius te rediturū ex
balneis q̄ ego in Senenſem agrum perueniā. Transitum faciam per Peruſinū: accitus ar-
bitrer in longa contentione prædiorum: uagabor ut tu feciſti: forſitan nequid me ſuperes
etiam nauigabo: Thraſimenū meū quem alias deſcripſi recenſebo omnē iure meū ſym-
bolum accepturus ab accolis quos ornaui: Collegam mihi datum dubiis temporibus ue-
hementer gaudeo: atq; eum collegam quem ego ſi mihi quoq; in ſuffragia fuiſſet eundū
nō modo cooptaſſem auguratu: ſed etiam proconſulē ſtauiſſem. In re tua nihil eſt præ-
termiſſum quanq̄ ad hunc diem fruſtra laborauimus. Ego Vrſinū: Spoletanū: Theanenſi.
Rauennatē: Papienſem uerbis accendi ardentiffimis. Queſtus eſt nequam Soccus Pa-
pienſem ſibi imutatu eſſe. Vrſino dedit uerba Theanenſis propter aduerſam ualitudinē
nō potuit adeſſe ipſe quidem: mittit tamen qui cæteros excitent: polliciti ſunt omnes ſū-
mam operam: nec ſperant tñ ſolus Vrſinus cenſet cum Socculo elaborandū. Datus affir-
mauit ſe multa dicturū cum Papa. Ego iurare poſſum facturū pauca: nam uideo qua fron-
te promittat. Cæteri dicunt ſummis uiribus contendiffe: nec eſſe exauditos. Ventum eſt
in eam ſententiā ut apud Papam intercedant: nō quidem de re ipſa quā putant factu dif-
ficillimā: ſed de expectando aduentu tuo. En quo recidimus: & durandū tamē: omnia uin-
cit qui perfert: omniū egritudinum medicus dies. Tu uero ſi cenſeas hanc tibi datā arcā
in qua uires exerceas tuas: id eſt ut animo uincas qui fraude oppugnaris: non eſt uirtus in
campo decurrere: ſed in lubrico nō poſſe auelli: homini ſapienti nihil iocundius q̄ iacta-
ri procellis ut quo ſtudio atq; animo id uinci poſſit oſtendat. Nihil poſt mortuū Pium ac-
cepiffi iniuriæ quod tibi ad gloriam nō ceſſerit maximā: plus his aduerſis rebus adeptus
eſ laudis q̄ fueras illo uiuo ſecundis: quare ride hæc delyramenta ne angere ne perturbare
Vincemus inquā omnia: nec unq̄ ſine inſigni laude ſuperabimur: gloria eſt noſtra quic-
quid inſigitur. Inſtat tabellarius: Oro te atq; obſecro ualitudinē & quieti ſtudeas: cōtem-
nas cætera præſertim cū iurare poſſim quicquid accipias crefcere ad ſummā laudem: au-
geriq; de te apud omnes iudicium. Bene uale. Rauēnā.

Campanus Donato Acciarolio. S.



ACCVSA tu quantum uis uel iudicium de me tuum: uel meam erga te nescio
an dicas inſolentiā: qui tecum ſic agerim ut ingeniū tuum & doctrinam & li-
beralitatē plane uifus ſim cōtempſiſſe. Ego uero cætera fortaffe temere: ami-
cos autem diligere nō niſi conſulto & ratione adhibita ſumma cōſueui: quip-
pe q̄ ſic exiſtimem eligendos: ut locus pœnitentiæ eſſe nō poſſit: ſic habendos ut dimit-
ti nō liceat. Nec unq̄ probaui periandricum illud: ſic agendum cum amico tanq̄ ſit futu-
rus inimicus. Habeant ſibi eius generis amiciciā imo amiciciæ umbram potius leuiſſimi
homines nō minus cōſeruandis amicis inſtabiles q̄ eligendis inconſyderati. Mihi quidē
ratio placet firma conſtans diuturna ut teneam ſemper quod ſemel acceperim: atq; ideo
eos accipio qui ſemp poſſe teneri uideant. Ego te qui eſſes aut qua natura qui ad me ſcri-
pſeras ignorabam: & de doctrina quidem audieram multa: etiam ſcribendi elegantiam an-
tea ſæpe proſpexerā: ſed hæc fructus pollicebant amiciciæ: amiciciā ipſam nō promitte-
bant: neq; enim fere idem eſt eloquentem eſſe quod amicum: quoq; alterum artis & in-
genii eſt: alterum naturæ & probitatis: & illud ſtudio procedit: hoc officio cōtinet. Eam
ob rem ad respondendū elegantiffimis litteris ſimul q̄ plus ocii deſyderabat: ſum factus
cunctatior etiā q̄ abſente me Romā delata: aliquanto poſtq̄ fuerant ſcriptæ ad me per-
uenerunt. In primis tamen q̄ paciſci mecum uelle uidebaris: & paciſci de re grauiffima
in qua ne poſſem falli: cauendum mihi etiam atq; etiā iudicari. Petebas ut qm̄ Gentilem
meū eſſem complexus te quoq; pari uinculo amicum acciperem. Eam ego conditionē
eſſi reiiciendā nullo modo exiſtimabam: non tamen ita ſtatim putau accipiendam: cum

Conſideratio

De amicicia

amicicia

nihil sit in quo festinet piculofius: qd enī aut tā facile parit̄ aut tā turpiter dimittit̄ q̄ amicus: Nosti puerbiū de sale: ut plane cōstet amicitia recte cōciliandā neq; diē neq; mensē satis idoneū testē esse: ita plurimū refert: precipitemur ne lubrico passu in beniuolentiam an firmo gradiamur: illic paruo momēto dilabimur: hic nullo quis magno impetu possumus detici. His de causis hāsi primū ad tuas lras: subdubitaui de te: cuius neq; dum humanitate intellexerā: neq; de moribus habebā compertū: & ut ardentissime cupiebā hāc mihi facere accessione amicitia ita maxime ne imprudenter facerē: metuebā. Gentilis mei testimoniū habebā suspectū: uehementius enī extollebat q̄ qd carere posset suspicionē: nec quicq; laudat̄ incertius q̄ qd nimis. Visum est deniq; illud imprimis ad rem pertinere ut de te pcontarer: utriq; enī summā uidebat negligentia aut habere amicū cuius uitā nō explorassem: aut nō explorare quem cū gloria essem habiturus: pcontatus sum igit̄ de te multos. Inuenio eā opinionē apud oēs: ut & pudeat cunctationis huius me non mediocriter & dignū te censeā cuius amicitia nō mō recipiēda sit: sed oī studio atq; conatu expetenda: proinde qd tu a me paulo ante postulabas: id ego abs te nūc sumis precibus cōtendo: ut nobis amicū te præbeas: & illud cogites: amicitia tuā eo mihi futurā chariorē quo plus adhibuerim iudicii in cōparanda: ut fere diutius pstant quā tardus cōaluere. Estq; multo cōstantius qd iudicio elegisse q̄ quod casu incidisse uidearis. Reddidi tibi rationē tarditatis meae uerbosius fortasse q̄ decuit aperte sentientē: sed dabis ueniam & si sero tñ aliqñ pœnitenti: aut sumes supplicii si uoles nō recuso uel capitale: modo illud intelligas: plus utriq; nostrū hac ipsa tarditate p̄fecisse: q̄ si extemplo respondissem: aucta est de te opinio: mihi rō cōstat cōciliationis tuæ: ita fructus capere ex hac nra beniuolentia incepti maximos. Roma p̄fectus cū Papiensi tuo Demetriū & Carolū magnū p̄petuo itinere habuimus in manibus: quorū tu dum uitā scribis: alterū ex intima græcia: alterū e media Barbarie: utriq; e tenebris in lucē reuocasti: nō cōtempsi studiū exercitationis tuæ ingeniū tam ad oīa facile uehementē sum admiratus: Habet enī interpretatio difficultatē nō solum quia p̄ ignota & peregrina uersat̄: sed etiā p̄pter æqualitatē: & ut sic dicā quadrationē exprimēdi: in qua si oīa teneas nisi fœlicitas asit̄ ingenii multa aspere quædā etiā obscure inuertant̄. Editio noui opis plus habet industria: totaq; est iuentiois & hoc difficilior q̄ labore cōstat proprio & tuo: minū est quantū tu utraq; in re ualeas: q̄ districte atq; apposite: quāta luce uerborū absoluas oīa. Dicam apte quæ sentio: maiorem te inuenio & doctrina & ingenio: itis in libellis q̄ existimarā. Est & Papiensis nostrī idem de te iudiciū: ita sentit ut ego: quanq̄ maior est illi uis in iudicādo: nihil est quod nō p̄spiciat alienis in scriptis: præstet in suis. Iam tui erit officii: exhibeas te oculis illorū quorum manibus libellos exhibuisti nō minus iocūde te aspiciemus q̄ illi sunt lecti. Vale.

Campanus Phylemo suo. S.



NON sine rubore quodā ad scribendū nūc tandē tam sero sum adductus: qd statim post acceptū munus tuū dignissimū facere debuissim: aut si pristinae noluissem nostra beniuolentia satisfacere: nō erāta te neq; litera: neq; munera expectanda: sed extemplo post designationē factā: reddere te de mea dignitate certiolem oportebat: quæ dignitas ut neq; sperata fuit a me nunq; neq; postulata ita subitis atq; ingētibus curis uoluit atq; immiscuit accepta: de qua re nō dubito p̄ter ceteros nostros maximā te læticia ac uoluptatē accepisse: qui me semp unice ac singulariter dilexisti: sed quo tardius tibi rescriberē causa hæc potissimum extiterūt. Primū q̄ erat multis aliis rescribendū qbus molestior tarditas mea suspectiorq; fuisset: nisi cōfestim respōdissem (ut sunt plerūq; infirmiores amici cōfirmandi) ne se cōtemni ac despici arbitrent̄: de te autē nihil erat tale quod suspicarer qui nunq; de mea singulari atq; uehementissima beniuolentia dubitasti: deinde quia nōdum oīa erant cōfecta: deerāt quædā ex qbus plenā ac solidā caperes uoluptatē ut solent quæ minima sunt interdū rerum summæ detrudere: efficeretq; ne ex oī parte plenæ esse uideant̄. Illud solum ne suspicaris Ideo ante hunc diē nō fuisse scriptū a me: quia languidior ac frigidior dignitate effectus animū extulerim: nunq; tanta dignitas esse p̄fesset quæ uel obolum mutui amoris nostri posset auferre: imo uero quanto maior dignitas tanto animus ad amandum esset ardentior. Vale.

Finis tertii libri.

de nimia laude

*laus hois eruditi
libri seu mutui ma*

*exordiu' epte ex
satorium. & tota
excusatoria & c
gratulatoria*

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI
 EPISCOPI: INTERAMNIE N. APRVTINI.
 EPISTOLARVM LIBER QVARTVS.

Campanus Antistiti Maguntii. S.



IRABERIS præstantissime Antistes: qui nullis tecum sum deuin-
 ctus officiis: nulla in re tibi usui fuerim: nihil dixerim: aut præstite-
 rim in tuos: ita nunc repente sine causa ad te scribendū erupisse: Et
 uereor ego quoq; ne me nimis impudentem existimares & temera-
 rium: qui obscuro loco: infima fortuna: nullo ingenio: apud te prin-
 cipem genere illustrissimū: amplissimum: opibus gloria & uirtute
 ornatissimū me ingesserim: nisi scirem eum te fuisse semp: qui tantū
 splendorem nobilitatis: pari condieris mansuetudine: & gloriā
 cum humanitate: opes cum moderatione cōiunxeris: ut si utra in re magis excellas has
 bēdum iudicium fuerit: longe plus in te uirtutis q̄ fortunæ aut naturæ iudicetur. Hæc me
 ad scribendum perpulerūt: admirant̄ alii quantū uis splendorem tuæ gentis: obstupeant
 præclaras res gestas maiorū tuorū: & latitudinem imperii: familiæq; uetustatem metiant̄
 Ego & si hæc maxima censeo: pluris tamen facio ornamenta tua & propria. Gentilicias
 opes: & uitam gloriam tuī maiores pepererāt: easq; tibi & cæteris suis posteris relique-
 runt: præstantiam uirtutis ipse tibi tuo quæstisti studio: nō aliena industria comparasti: ad-
 æquasti te ipsum: ut probitas cum nobilitate: nobilitas cum probitate cōtendar: & talem
 te præbueris: qualem tuī te maiores esse uoluerunt. Intellexisti quā fortunatissimū prin-
 cipem nisi pari uirtute fuerit præditus: maximis destitutum præsidii: minorem se ipso iudi-
 cari: purpuræ & statuæ uetustatis sunt: nihil ad nos attinent: nisi cum meremur: & quan-
 tū afferunt hæc aliquid posteritati laudis: & elucet in nepotibus auorū splendor: tñ hæredi-
 taria quædam sunt & ueterum industria comparata bona: neq; satis magnifica in nobis:
 cum ipsi nō fecerimus: neq; admodum præclara iudicanda: cū nō ipsi nos: sed nostri pos-
 tuius maiores illustrarint: ita ueterum ornamenta nullam afferunt nouam laudem si præ-
 stent: summū dedecus & turpitudinem si negligant. Quorū autem est ratio cōiuncta ut
 etiam præclari nati sint: & ipsi se fecerint præclariore: aut si superare nō possint maiores
 suos tñ adæquarint: horum est illa solida & expressa nobilitas: quam philosophi laudant
 ciuitates extollunt: nationes populiq; uenerant: colunt posteris: & qua q̄ sunt præditi diu-
 turnitatem noīs quantam præstare mortalitas potest aff: quunt. Quāobrem ita tibi per-
 suade: neq; Ludouicos: neq; Rupertos: neq; alios maiores tuos: quorum tot res gloriosissi-
 me gestæ memorant̄: plus tibi afferre laudis: q̄ quas tu uita tua gesseris attulerunt: quan-
 tū nō inficior pulcherrimū esse in clytra familia natum te principē: habere monumenta ue-
 terum ante oculos: illisq; in itis: atq; ea familia natum: quæ nō modo Imperatores eligere
 consueuit: sed Germaniæ summos duces dedit: & Italiæ Cæsares: quorū ne uetera recens-
 seamus. Auus tuus præclarissimus cuius tu refers nomen Ro. regnum ita gessit: ut iā Ba-
 uarii uel soli in Italia celebrent̄: soliq; expētant̄. Auxit ille rem: & secunda usus fortuna
 cum plæraq; fœliciter prospereq; gessisset: summa cum moderatione administrauit im-
 perium: summa cū gloria decessit. Minus bellicosus quidē pater tuus Ludouicus: & quē
 religiōi q̄ armis aptiorem iudicarūt: sed cuius laudes in pace q̄ Ruperti in bello nequa-
 minores extiterunt. Beneficia in rem christianā potiora: quæ cū tribus uno tempore Pō-
 nificibus conflictaret: contentiones aliquandiu perpessa acerrimas: discissa in ptes grauis-
 simis incōmodis affecta: ut breui in præcipitiū itura uideretur. Surrexit unus pater tuus:
 uenit Constantiam: concilio ipse interfuit: egregia nauata opera: discordias sustulit: pon-
 tifices ut omnes se pontificatu abdicarent psuasit: Ioannē id facere & parere decreto recu-
 santem: atq; omnia conuoluentem ac pturbantem cōprehendit: comprehensum assensu
 principum reliquorū coniecit in uincula: Creationem Martini omnibus gentibus utilē:
 statuiq; christiano necessariam procurauit. Schisma omnū quæ unq̄ fuerāt: diuturnitate
 temporis: uarietate ac numero eorū qui contenderēt: atrocissimū ac periculosissimū eras-
 dicauit: & ut q̄ breuissime dicam stabiliuit religionem discissam: dñi tunicā resarsit: & so-
 lus rem christianam in eo quo nunc est statu maximo atq; amplissimo collocauit: reddi-
 dit quietem ecclesiæ: dignitatem sedi: pacem uniuersis: Successisti huic tu religiōi: frater

Hoc orisep sua gloriae.
 lites maguntii. Sini
 Dear pete.

a laude psona.

exordiu epte etapo
 ut esse cōclutorū gnis

A Vera nobili-
 tate

re & p̄stare sic.

Imperio: ut tū patri filius: ille auo nepos exorti: & alter alterius studia complexi uideamini: ille uictus bello: tu religione clarissimus: frater armis ac militiae deditus: tantam sibi in rebus gloriam comparauit: quantam germanorum aetate nostra aut patrum nostrorum assecutus est nemo: ut iam eius nomen longe lateque diffusum: non theotones modo: sed gentes omnes: nationesque compleuerit: & nihil in re bellica Palatino dici possit illustrius: nec quicquam ei deest ad illam Caesaream amplitudinem quam diu meruit praeter nomen & Aquilas quae eius praestantissimae uirtuti debentur illi referuantur: & animi eius magnitudinem: liberalitatemque desiderant. Nam cum haec duo maxime expetant imperanti: ac praecipua & ad augendam maiestatem & ad retinendam esse uideantur: alterum ut uincat bello eos qui uelint contendere: alterum ut uictos & qui ei se dederint clementia & benignitate cōseruet: exhibeatque sese omnibus largum: magnificum: liberalem: ea omnia sic elucet in fratre ut iam nunc possit cum omnibus qui iam aliquando imperium tenuere: harum rerum laudibus gloriaque conferri. Vicit quotiens pugnavit: pugnavit autem saepe & atrociter: uictoria potitus: cum semper alias tū uel potissimum: quinto iam hinc anno incredibili atque inaudita ut plus ipse uno praelio confecerit quam diuersi imperatores multis: omnes fere Germaniae principes & nobilissimi quique pugna superati: capti: uicti in eius potestate puenere: quos ut praecleara uictoria deuicit: ita deuictos & captos praecleariore magnificentia cōseruauit: & quos cum iure belli potuisset occidere: aut urbes oppidaque corripere: aut citra omnem assensionem humanitatis: aere grauissimo mulctare: maluit suis commodis illorum salutem antepone: quo beneficio quae tota paulo ante exastuabat armorum tempestate Germania omnis pacata est: ut facile fuerit intellectum in eo principe totius nationis fortunam sitam: pacis bellique fuisse. Cum tamen adhuc ea esset aetate ut uix militem agere nedum exercitus cogere posse uideret. Itaque ille in suo cursu laudis est totus. Tibi autem diuersa ratio uitae: non diuersa gloria: Quartum natus annum sacris es initiatus: ut qui religioni debebaris aetatem cum religione transigeres iuuentam illam uero lubricam licentia praecipitem sodalitiis inquinatam: sic cohibuisti ut prius moribus senem te factum iudicarent: qui intellexerint iuuenem: octo & uiginti annos in oculis Coloniaensium uersatus: talem te illis exhibuisti: atque eam de te fecisti opinionem: ea denique uitae tuae factis dictisque exempla praebuisti: ut te cum annis essent: te unum cuncti intuerent: in te mentem oculosque contingerent mortuo Antistite cum competitors uariis: partim qui summis opibus: partim qui doctrina atque ingenio niterent: suffragia in te unum uniuersa collata sunt: quae animorum consensus sententiarumque frequentia uisa est diuinitus contigisse: aduersante nemine: raro sunt sine inuidia hominum comitia: & nisi quoddam sit supremum atque excellens distrahantur hominum iudicia: uarianturque qui sint intercessuri: dum nemo est qui se dignum censeat auxilio apud probationemque multorum. Quare cum unum in te coniecta essent omnium uota: repudiati ceteri: necesse fuit eximiam quandam in te fuisse eminentemque naturam: mirificis atque illustribus quibusdam exornatam donibus: quam eligerant: cui uellent parere: cum qua neminem compararent. Itaque solus es nominatus: non quia solus dignus esses: inter tot tantosque summos uiros: sed quia maxime omnium dignissimus esse uideare: quam rem laetitia populi: plausus ciuium: congratulatio principum: acclamatio gentium declarauit: te uiri: te foeminae: te senes: te pueri: te omnes sexus: omnis aetas dari sibi Antistitem postularunt: postulatū acceperunt: acceptum summis usque ad caelum laudibus extulerunt. Nec tu illo de te iudicium fefellisti: maiorem illis praestitisti quam futurum esse conceperant: sic enim gessisti rem: ita ecclesiae praesuidisti: ut & qui te elegerunt & quibus praefectus es pari consensu: hi te elegisse: illi sibi praefectum esse gloriarentur: Auxisti iura uectigalia: & quae perierat: bellorum impetu arrepta: aut aere alieno exinanita: & in minutos magna ex parte census: ac iam prope absumptos a faeneratoribus recupasti. Oppida quaecumque superiore tempore a suis defecerant: aut ab hostibus fuerant intercepta: redaxisti in potestate: nec solum ditioris tuae fines liberaisti a tyrannico impetu: sed etiam alienas ecclesias tuis praesidiis defendisti: & quae tua causa non moueras: in defensionem ecclesiasticae dignitatis conuertisti arma. Ludouico Lantigratio Ladeburgensem Antistitem opprimere: statumque eripere conatus: aliquot milibus hominum collectis occurristi: uitam: fortunas: imperium discrimini putasti obiciendum: ut oppressi epi dignitatem tuereris: liberaisti amicum: hostem non repulisti solum: sed quod longe fuit maius reiectum atque dissipatum insigni uictoria profligasti. Exerxisti gladium ad amici periculum propulsandum: non ensam ad iniuriam faciendam perstrinxisti: mox pacasti regionem: conciliaisti principes & exortas publice priuatique discors

Laudis factor

dias sustulisti: provinciamque tuam omnem & quantum in te fuit etiam alienam: ita pacem
 tam habuisti: ut facile ostenderis si tui fuisset arbitrii nunquam iturum te ad arma: fuisse qui pa-
 cem dederis finitimis: quietem tuis: defensionem oppressis: humanitatem alienis: non mo-
 do germanicis in rebus ubi maxime praestantissima tua uirtus enituit: sed etiam dignitas
 te primae sedis conseruanda pro qua tu sumptus maximos: labores difficillimos: itinera
 longissima nunquam recusasti: non modo satisfecisti Pii pontificis opinioni dete: sed spem quam
 maximam de diuinis uirtutibus tuis conceptam plane superasti: extulit ille ad hanc digni-
 tatem sine omni controuersia: quoniam dignissimum iudicauit: quem ad hanc dignitatem sine omni
 controuersia efferre: nulla in re frustratus es: qui aut te erexerunt: aut stabilierunt erectum
 Haec sunt quae te exornant: quae tuum Pontificatum decorant: quae optimam quocumque ad aman-
 dum admirandum celebrandum excitarunt: qui tanta gesseris quam nulli officio defueris: &
 ita temperaueris fortunam ut splendorem domesticum: mansuetudo: amplissimas opes:
 liberalitas: imperii magnitudinem: prudentia exornauerint. Sed haec tuae laudes quam sunt
 maximae & quae supra hominis naturam uideantur: adhuc tamen intra ianuam ut sic dicam las-
 tuerunt: & indicarunt te nobis atque huic nostrae Italiae non ostenderunt: implesti Germaniam
 te ipso totam: & theotones omnes aut uidisti oculis aut bello superasti: aut qui illustrissimi
 sunt affinitate contingis ut fieri non possit quominus iis omnibus quam notissimus: qui non au-
 dierunt solum eximias uirtutes tuas: sed praeterea suis ipsi oculis prospexerunt: fructusque ex-
 itis uberrimos perceperunt. Expectat te iam Italia cui quanto maior est fama tui & fraterni
 nominis: tanto illi ardentiorum uidendi uestri cupiditatem iniecit. Et tu quoque tibi ipsi
 hoc debes: ut Italiam uideas: arcem orbis terrarum: natam ad imperium & magnitudinem
 rerum gestarum seipsam sineque suos longe superauit: cuius termini & si sunt angusti: potest
 tamen & utriusque & orientem & occidentem sole attigerunt: & ipsa facies atque aspectus
 orbis dominam ita praese fert: ut qui primum Italiam aspiciant: maiestatem quandam gentilem
 aspiciere & reuereri uideantur. Ex hac tui maiores ortum habuere. Boi enim in Italia fue-
 runt: uiri Rheni accola: eos proditum est orta seditione reliquisse patrias sedes: & inter-
 iecto cursu temporum primum in Germanici litoris oram delatos: mox non procul a Rhe-
 no uestro incoluisse loca: & Bouarios appellatos: uetustate etiam nomine interpellante mor-
 talium. Ex ea gente multi postea gloriosissimi exorti principes: imperium quod in Italia
 relinquerunt: in Germania tenuere: etiam ipsam aliquam Italiam propagauere. Quobrem
 necessitudine quadam naturae tangi debes: ut natalem sedem inuisas: sanctos matrum & ge-
 neris tui lares: penatesque salutes: tum ut exhibeas te oculis illorum: qui famam tui nominis au-
 dierunt: te ipsum non cognouerunt. Aspicias cum caeteram Italiam facie laetissimam: fo-
licissimam solo cultu atque amoenitate beatissimam: tum in primis urbem Romam caput
orbis: domicilium principum: sacrarium religionis: cuius officia sic obstupebis: ut uel pas-
rietinas ipsas & moles passim deiectas: reliquam superare orbem: quantum est totum fateare
tot colossos: tamque praegrandes obeliscos: & omnis generis spectacula uidebis: ut quod
ubi que fuerit in praetio: hic taceat: nonnulla adhuc uetustate superata priorem retinent gra-
tiam: omnia admirationem quandam etiam stuporem iniiciunt spectatori: & ut paucissimis
dicam Romam qui uiderit: totius orbis terrarum miracula uiderit. Erit quoque te dignissi-
mus: ut qui unum habeas in terris cui debeas parere: & supra te sit Pontificem maximum
adeas: salutes: uenereris: & quae in rem tuam ut ecclesiae tuae commodum fuerint impetres:
Offeras praeterea tot summis uiris: quorum es suffragis confirmatus: & illi quem ornarunt in-
tueantur: & suum de te iudicium comprobent. Sunt in collegio praecleari principes: qui tibi af-
ficiuntur: quorum ut taceam caeteros: unus Senensis adeo in te fratremque tuum propensus: ut cum
caeteram nationem mirifice complectatur: uos tamen semper habeat in ore: & illius animi:
tuam modestiam: utriusque summam laudes loquitur semper: haec una illi est assiduaque mate-
ria: qui etsi ea est aetate ut animus deesse possit auctoritas: iis est dotibus: ea natura: ut quicquid
in quoque possit desiderari splendoris: in hoc eluceat: ut nescias: Pius hoc nepote: an hic
Pio auctulo dignior fuerit habendus: grauitatem: eloquentiam: consilium ab illo accepit oia
humanitatem illius praese fert totam: nisi quantum ipse eam conatur efficere maiorem: dum
se non effert iuuenis: quantum ille non senex efferebat: erga amicos idem est studium: eadem
integritas animi: factis dictisque uerus: nemini ultra affectum eblandit: adulator nemini
Germaniam omnem praecipua complectitur charitate: nec inficiat se ex germanis esse: quo-
rum comertia liuguae ac morum habeat: ubi educatus eruditusque fuerit: unde fortunae ini-
urium se dicat accepisse: Germaniam tabella depictam semper habet ante oculos: loca inter

6 expectatione.

in Italia

in Italia. laudesque

uallaq; locorq; sic caller ut in ea tota natus: uersatusq; putetur: germanorq; rebus ita studet ut suis: & multa præstiterit ea est modestia ut plura se debere: maioraq; cōtendat: tua uero tuorūq; negotia semp anteponit suis: nec quid in te effecerit: sed quid efficere possit cogitat. Qua læticia censes hunc te uisurum in Italia: quē nunc in Germania agentem tam incredibili studio & inaudita bentuolentia complectat. Cateri quoq; fama rerum a maioribus tuis in Italia gestarq; & splendore domestico: studioq; præstātissimæ uirtutis tuæ summa te gratia intuebunt: pari honore prosequentur. Multa de te uir clarus Georgius Hessler: tuæ familiæ deditissimus: multa de fratre: nihil prætermittit quod ad laudem nominis uestri cedat: & prædicationem uirtutis obit: oīa summa fide: inaudita diligentia: afertq; admirationem summā omnibus de uita: de religione tua: sed tñ aliter hæc oīa in te pspicimus q̄ ex hoc audimus: uirtus sola semp ē sua fama maior: gaudetq; spectaculo: scelera ac uitia conspectum reformidant: quæruntq; latibula. Proinde exhibe te oculis eorū clarissime Princeps: quorū auribus exhibuisti: noli fraudare sua gloria uirtutes tuas: profer in lucem quod in tenebris nō passus es latuisse. Aspice Federicum Cæsarem: annis grauem: imperio ancipitem: liberis populis suspectum: tñ Italiam petere quā alias uiderit: totamq; lustrauerit: uide ut nō satis est uidisse: semel cum tñ nulla religione coherceatur ut ueniat: quid tu facies ætate iuuenis: fortunis tutus: omnibus locis tranquillus: qui in Italia nō fueris: Romam nunq̄ uideris: Pontificem nō conueneris: & plurimū religione tueas ris: qui si omni uita studueris ut clarus fieres ad eum iam locū conscendas oportet: unde fax tui splendoris latissime possit elucere. Spectaculū orbis Roma est: ex oriente atq; occidente confluit summa ingenia: maximæ res: pulcherrima spectacula: quæ qui nō aspexerit maximam sibi uitæ iocūditatem adimat necesse est: Veterum summos principes lustrasse orbem legimus: & alios Hemum montem conscendisse: quod falso audierant: ex eo loco prospici Italiam posse: Alios in Caucaſi euasisse iugum ut orientem solem intuerentur: alios ad ætnæ uerticem contendisse: ut regiones late conspicerēt. Ad speculandū enim natus est homo: indeq; sortitus nomen apud Græcos fertur: ut alte speculetur: cupiatq; nosse omnia: qui omniū natus est imperator & custos: nec hominum uoluptas est maior q̄ noua mirabiliaq; spectare: recreantur animi: paritur noticia diuersarū rerū: fit uir quæ antea homo uidebatur: fingit uulgus Macedonē Alexandrum uitrea inclusum causa: quam Grifēs traherent cœlum ac terras ac tandem mare ipsum uolatu petiisse: ut oculis cuncta lustraret: nec aliorum figmentum hoc spectat: q̄ insitam esse mortalibus cupiditatem atq; ardorem omnia uidendi: cui rei etiam natura præstitit adiumentū: ut quanq̄ minimi sunt oculi membroy omniū: tamen latius ac spaciosius peruagentur: & uno ictu longo interuallo cuncta perspiciāt: quod membra cætera nequaq̄ potuere: nam auribus hebetior est uis & amputatior ut neq; iam tam procul audiamus q̄ cernimus: neq; omnia possumus audire: quæ plæraq; natura obmutuerūt: Prodi ergo in spectaculum clarissime Princeps atq; in id spectaculū: unde cerni uirtus tua amplissima ab iis possit qui totiens audierunt: unde tu ea uidebis quibus omni uita gloriabere: summā pcepturus uoluptatē cum Romam atq; Italiam uideris: iis te ostendens: qui tibi ac tuo generi afficiuntur. Ego uero si paulo hæc tecum egi liberius ideo uelim existimes esse factum: qm̄ nihil amplius dñi tuæ possum afferre aliud q̄ gloriæ incitamentum & hortari ad eum cumulum famæ quem ubi attigeris futurus sis ut in Germania sic in Italia clarissimus. Vale.

Quæbeta Rom

Campanus Cardinali Senen. S.



ERE mi: ueni Fulgineam exceptus gratia qua soleo ubiq;. Maius est nomē Campani q̄ putabam. Sunt hic ex meis aliquot: tu cum Senas redibis inuenies: simias: Remitto equos: gratias non habeo: fecisti quod unum & alia multa ex Pii testamento debebas: mittam ad te mox de munusculis minusculis aliquid: ut sentias me esse Fulginiæ. Caterū est in prouincia mea Vissum oppidum: quem in locum mox proficiscar: Distat inde Teramum iter paulo plus q̄ unius diei: uellem supplicares dño nostro sanctissimo cōcederet: ut quatridentū dumtaxat abesse prouincia possem. absui a meis annos iam totos quattuor: & sum ut nosti totiens postulatus: hoc ad gratiam deponco singulatē: & responsum expecto. Fœliciter ualeat R. D. T. cui me assidue cōmendo.

Factura tua Campanus.

Ex protographis.

Campanus Cardinali Papienſi. S.

Vt par pari referam Papienſi. ſalue.



Inuēctiua epta

ca laus

N campum expedienda acies accingimur ense. Septi armis: galea obteſti: Papienſis ad arma prouocat: uenire Feciales: indictum bellum eſt. Papienſis haſtam cōiecit in agrum: Animal eſt nullum tam inualidum quod irritatum nō excandescat: nec quiſq̄ fertur audacius q̄ qui non referit. Alcionē me uocas littoribus dumeriſq; canentem. Nunq̄ ſpinæ mihi placuerunt: nauigauit nunq̄ niſi quia procellas fugo: aſſero ſerēnitātē quocunq; proficiſcor: homo tēpeſtatis plenus non ſiſis me quietum eſſe: in ultimas terras fugientem inſectaris: inceſſiſq; maledictis: non diſcedis ab ingenio: qui cum mari careas: accolis tyberim ut eſſe poſſis in fluctibus: Addis ciſta cubiculari dignam phylomenam: nō ſum quem cauca delectet: libertate gaudeo: nemini inſerui re poſſum: niſi tunicato: pileatos contemno magnifice: te in primis: nimis me grauat imperium tuum: ioci tui uenenum ſunt: inuoluisti me argutiis: & ita laudas ut pungas: ita pungis ut laudare uidearis. Si auibus fueram comparandus: cur nō potius appellasti Meleagridem: nam ut illam fraternus interitus: ita me Barduli torticillium interpellauit. Dyomedidem dixiſſes uerius quā amicos etiam imutata non deſerit. Nam ego quoq; te nō iam Campanus ſed ciuis oblecto: quippe inter aquas aſimus: qui Romæ frigeſcimus. Memnonidem aut Ardeam ſi dixiſſes nihil ad rem apertius: utraq; enim fauillis ortæ: eodem quo ego flagrarunt incendio: mirum eſt exuere uentem in balneis: retinere grauitatem: & adicere pondus cum abiicitur: ubi qui ſapit deſipit: & qui pudens uideri ſtudeat: fiat q̄ impudētiſſimus: locus in licentia eſt: nihil fieri ciſtra dignitatem poteſt: quod fiat in balneis ut corporis neruus: ita frontis rugas aquæ illæ dilaxant. Illic in cinerem totum Vintonides unda: In cinerem totum Tuſca puella dedit Heu gliſcere glicere: nūc cum te nomino ſurgūt uiſcera. Conuellis uiſcera nūc Glicere da glicere: da oculos da formoſiſſima rerum. Qui me diſcrutiāt da Gliſcere: da oculos: & dedit & fuimus noctu ſimul: Hei mihi qualem noctem habui: qualem cum memini emorior. In barbam tuam: & ortuli tui pēduli: ſicci: glareoſi: Cēſebas mitram & richam & delyramenta illa quæ memoras eripere potuiſſe me mihi. His fatiſ editus ſum in lucem ut amē: ut tā ſine amore eſſe nō poſſim: Quā ſine ſole dies: undarū aſpergine pontus: Eſſe tuus uates tam ſine amore poteſt. Tu uero qui me appellas miſeriolum. Quid Romæ Tyberim ne cies cum tranſit & undas? Quid Romæ te Sena uocat: quā Bardolon odit: iam te Sena colit: proſpera Magnetis ad urbē: ut ferrum correptus: ubi una eſt littera quæ te impedit. M. ſi adimas magnetica uincula ſolues. Dulcis cōmemoratio quæ ueterem ſuffricet cicatricem: plagam non exulceret. Magnetica dixi. Canus amator etiā cum hæc loquor titillaris: ueterem & iam eſſetum agrum commemorauit: tenerior ſeges noſtra eſt: qui pinguiſculi ſimus: & ætate integri: u accepta rude: e ſupremis gradibus theatri me deſpicias in circo atq; arena dimicantem: ſpectatore te rate iacietur. In nunc excita Scabrones: quaſi poſticam illi tuam: non ingrediantur cum medio nat flumine lenibus Inuēctatq; grauis prædā nocturna: furta: Enſem feris qui laceſſis Campanū uno conuitiolo. Prandia & cœnæ & oculi illi exciderunt: ſidenti paupertate nihil tutius. Tu uero ſi quod procul ſis: offendi te nō putes poſſe: longe falleris: ut Neſſum Hercules: ita Papienſem Campanus uel ſagittis aſſequetur: ſagittis inquam: & ut magis timeas uenenoſus eſt deſerta quæ ſili conſpectu non recreatur. Ingrate qui Senā: ubi ad altiſſima euetus eſt deſpicias: & illius talibus tantiq; delitiis tyberinas nebulas Romanasq; mammas anteponis. Tranſfuga qui a Campani ſocietate ad Barduli bellum tranſiuiſti. Quid non addam etiam nebulonem qui uel una æſtate carere non potes iure iſto Braſſicario adſipato. Cur non etiam parricidam & ſiccarium qui lingua tanq̄ gladio homines tui ordinis imprimis Bardulum ingulaſti. Quid obiiciam? nō ignoras: cum te recitantem audiret ſtatim eſt mortuus: guttur illi tu medium execuſti: nec refert quid ei acciderit qui mori uoluit cū te audiret: puto qm̄ teſtes aſſerebas: me q̄ teſtibus nō cōtendi: haud magnope extimuit: obdormiuit actionem meā totam: Papienſem etiā extra forū recitantē perferre nō potuit: ſed hæc rerū ſunt crimina: & danē fortuna nōnunq; plaraq; facimus iuſti quæ diſplicēt & uellemus inſecta: ipſe ſe ipreſſit in gladiū: nec ullū eſt uulnus ignominioſius

q̄ inuidix:feruente nemine ipsa se uulnerat. Quid: tacebo ego cætera: non faciam: tu uero tam patienter audi tua crimina q̄ petulantèr confinxisti aliena: an negabis te superbū & inflatum esse qui Campanum uirum talem: tantum hominem: tam familiari fronte: ac tam amictis oculis appellare audes amiculū miseriolū? Proh deum ego miseriolus qui nec unū seruare possem quadrantē ī crumena: qui tā sum liberalis: ut nihil mihi sit reliquum quod possit largiri: sed animum fortasse exprobas nō fortunas: nō est miseria miserum esse sed putare: nec inopia carere opibus: sed expectare: qua in re me uincit Papiensis meus: cui etiam Augusti kal. non satis sunt ad aucupandum: ut non laborare solum ea cupiditate sed exudare uidearis: rætia tua tunc tenduntur maxime cum cessant aliena: in ocio collegarum negotiaris: illorum te excitant somni: atq; illud præcipue mirum est q̄ etiam uigilias illorum anteuertis: solem prospicis anteq̄ oriatur: & aliorū aurora tibi meridies est: noctibus totis cum utaris: diei nullam horam occupas: uigilans dormis: immo dormiens uigilas potius: Verum est quod de Argo loquūtur poetæ: desino iam fabulam putare: credo te auem esse iunoniam. Quid igitur mirari oportuit: si te omnia posse cum uelles: si facere atq; inficere scribebam: fraudauī ego te quinq; ut ais uerbi: tu tibi unum idq; maximum: ac præcipuū suppressisti: nam cum ego conficit: efficit dixissem: & tu perficit reficit: sufficit: deficit: afficit addidisses. Proficit tamen nō adiecisti omine ut auguror sinistro. Cum neq; scribenti mihi: neq; tibi rescribenti uerbum illud occurrerit: ut plane uerear neq; te mecū: neq; me tecum profecturos esse quicq;: Nugas appellas negotia mea: fabellas seria uocas: bene Hercle res habet: ac rem patronum nacti sumus: in portu nauigarunt cōmertia nostra: nugæ sumus apud Papiensem cum postulamus operā: mel & uoluptas cum canimus ī Cistella Scilicet delicatæ tibi sunt aures: concentus noster illas emulcet: postulatio peruellit: augetq; fastidia: stomachum & bilem tunc maxime concitamus cum poscimus: cæteris in rebus Cassia & cynamum sumus. Sed exciderunt memoria quæ petebantur: Vrsinum somnias: htc Campanum nō intelligis: refricanda memoria est repetenda postulatio. Volebam ut cum illo una e superiore ortuli tui limite: in medium tybrim atq; illic ambo quod taceo. Id si præstiteris functus eris officio satiffeceris nobis: abunde & amiculo tuo inconstanti morem ita gesseris: ut nihil illi efficere possis opratius. Inconstantem me uocat Papiensis. Papiensis me uocat inconstantem: magnifice dictum: Eia lupa: quid cessas quin me postribulam: qui cum initio litterarum me & phylomenam cubicularem & uoluptatem & mel & stulticiam tuam appellaueris: in calce ut te quietū sinam nec peragam molestus esse monuisti: media epistola interscripsisti nomen tuum: mox delesti: ratura te prodidit: in exitu non apposuisti: si oblitus uecordia fuit: si uolens: inflata elatio utrū fuerit incidisti ræte: agisti quod non oportuit: quod oportuit nō agisti: tota epistola concentus meos ita contemnis ut petas: ita laudas ut accuses: deniq; ita mordes ut blandiri uideare: pes tibi in lubrico est: lingua gladium perfert: audes me dicere non eundem esse semper: fateor non eundem esse qui fuerim: uera loqueris nihil mentitus citra morem agis. E mancipio factus sum hostis: e Campano iaculator. Caue tu Roma: caueant Senæ quæ fenestras occupant personatæ: cerussatæ: uermiculatæ: quæ uultus proferūt sandaracatos & ita splendent ad solem ut stellæ uideantur: auis sum diurna: radios facile pfero: arcus mihi oculi sunt: ut corda tremuli: sagittæ nutus: depereant necesse est quæcunq; feriantur: nisi ad me tanq̄ ad Achillem Thelephus: nunq̄ uiuus in hostium uenio potestatem: morior statim in prælio antequā cadam. In te non iisdem utimur iaculis: uibranda oratio est: intende nunc: quacunq; nudus inuenieris: ferieris: nunc Gregarii militis loco dimicauī: mox senties cathaphractatum si repugnaueris: arma huc o musæ: arma huc o helicionides arma. Inserite & læua clypeum & dextra in pede strictum ensē: atq; arripite hunc medium: depellite castris uiribus: Egregium fateor: sed fraude timendum: dic culpam & labrum fieri q̄ irritaueris arma: iniuria etiam ignauos. Quid me oportuit cordatissimum ais tantisper tibi memoriam mei esse: dū uideas in oculis aut legas scripta. Credo equidem & ex me ipso facio cōiecturam: qui tandem tui memini: cum egeo cum spero aliquid: hic mihi tu sæpissime occurris. cæteris in rebus India mihi es: aut illa inaccessa Mauritania quam nemo uidit aut nouit: Audierunt pauci. Vale.

De homine bis fieri

De Agilo

Campanus Cardinali Papien. S.

EGO si rusticus natus non essem: & iter uepres spinetaque educatus: facile ea qua tantope mihi praedicas tangerer uoluptate: sed quae animu allcetant tuum: iis iam ego perfunctus sum: quod tibi delitiae mihi facietas est: uoluptatis condimentum est raritas. Turdos ego tot puer coepi laqueo: quot uix tu omni aetate raribus inuoluisti. Quare quod laudas & tantis extollis uerbis mihi iam fastidio est: rusticationem urbanis negotiis imisceri iocundum est: anteponi indecoru: aspicienda sunt homini rura non incolenda. Et Oratius & Quintilianus & Cato & alii pmulti uillas habuerunt: non ut essent ubi habitarent: sed quo per aetatem: aut unumq; secederent: casq; diuersorium non domicilium esse uoluerunt: ut illo tum demum cum essent defessi reclinarerent: nemo rura uillasq; concupiuit nisi quae urbis facietas inuasisset: non est recreatio animi apud uillam: sed cessatio laboris: inertia atq; desidia est: quam appellas uoluptate: petis uillam: teneris rure: uenaris: aucuparis: piscaris etiam: quorsum haec omnia nisi ut grauiora quae sunt: molestioraq; defugas. Ego qui omnia perfero non quaero haec animi laxamenta: aut si quaram satis est aspiciere uillam: non immorari: ut diurnam sitim una forbitiuncula sedamus: breui constant implementa uoluptatis & quae uehementius appetuntur: hauriunt celcius: uoluptatis comes: fuga est: nusquam immoratur: celeritatem alis: momentum pedibus defert: dum maxime haeret uelocissime effluit: sauit in seipsam: & illud semp studet ut cesset: tunc uult illiquari cum est maxima: iam quid de uoluptate sentiam uides. De turdis lucullanis habeo quid respondeam: stultum est ultra gulam quare qui gulae studeat: neq; enim ad rem pertinet capere turdos: sed esse apparatus ministrorum: sunt prandia conuiuarum: si oblectat te turdoru uolatus: potes quos caperis illaesos dimittere uelocius fugituros: sin cape atq; irratire iocundum est: cur eos perdis quos possis iterum atq; tertio praedere: iam ad gulam recurretur: omnia fieri ut expleamur expleari alieno labore iocundius est quam nostro: non placet sudare coenaturum: aut si sudandum sit tunc est sudandum cum coenatur. Coenat illiberaliter atq; illaute quisquis laborat ut coenet: gula iam expleta tantu satis sunt quae non apparant quam quae apparant: nec ulla poenitentia tam grauis quam uel plusculu apparasse nec ullu poenituit parce coenauisse: effuse multos. Quid cursitamus ad turdos cum domi escam atq; ipsis porro in ortis habeamus. Sed intelligo quid uelis afferre permixtam quandam ex iis rebus comunemq; uoluptate: uidere agros tendere laqueos: struere insidias auiculis: currere: clamare: prosilire: mihi uero haec omnia ita sordent ut nihil uelim minus: placent spectacula urbis: congressus: sodalitia: liberales: iocundiq; sermones cum amicis: hi turdi mei sunt. Vale. Campanus Loysio suo. S.

LAETICIA me affecisti summa quae spem sobolis iniecisti: habebis quo cum te: tuos: patriamque tuearis: molestissime ferebam solitudinem tuam obnoxiam periculis: praesidio uacuum: & tandem in seipsam defecturam. Habemus uterque nostrum Alouisi gratias: quae utriusque filium pollicetur: cum tibi pollicetur: mihi aliquanto plus datura: parebo monitis tuis nisi quid impedimenti: reuisam aetate prima patriam: cui omnia debeo reuisam propinquos & amicos quos nequaquam debeo negligere: te imprimis cui propter ueterem: & tot annorum spatio confirmatam beniuolentiam quantum mortali nemini afficior. Regem quoque nostrum conueniam: acturus gratias quae meam domum honestarum: immunem declaratam. Reuocas me ad ueteres iocos nostros: De Centone quod sentiam pconctaris: Poscis aliquid ex meis scriptis: fuimus enim mihi Alouisi: fuimus olympiodes: cucurrimus in stadio: ad matramque contendimus: nostri laberianu illud non possumus primi esse oes omni in tempore: magna parte nisi tempus: maioris moribus: maximam negotia corraserunt: minimu relictu est: eiectameta sunt ueteris ingenii: quae postulas. Centones ego lineos existimo esse cincinos & lacera lintea: quibus chartae coficiunt: auctore habere mihi uideor Cesare in oppugnatione Massiliae saepe in ea ut uidet significationem repetentem etiam libro Columellae: & enim Varrone utrumque in re rustica: Petroniu quoque qui meretricem affert centone exerta ueste pferent: sunt qui existimet sagum uillosum significat: a graeco. v. idest pungo translatione ducta quae paulo sit asperius: potest tamen esse de utroque coniectura: de priore potior: tu si aliter sentias non est cur me excites. Haec omnia iam pridem obdormientem: Scripta mea utinam tam elegantia quam multa: sed plurimu refert quo potissimu genere deleteris: orationes nescio quod grade & turbulentu: alienum a tuis studiis: quorum est ratio pacata & pressa: ut neque curialibus fluctuet pcellis: neque ambitionu uentis exagitentur: historia grauem fert sarcinam & incommodam uiatori. Poemata minus sunt

de Voluptate

Iocunda q̄ graua: & ego uoluptatem uolo tibi nō laborem afferre: iam uides quō recide-
rimus: restant epigrammata: festiuora illa quidem: sed quæ nō pungunt semp̄ aut unguunt:
sunt per breuia ideo nec molesta uiatori. Mitto ex iis ad te quædam: nō ut ea maxime pro-
bem quæ mitto: sed ut intelligas quibus cum ingentis conflictemur. Magna est familia:
ritas cum Cardinali Papien̄ cuius neq; acumen neq; copia est ætatis nostræ: inter prisicos
est totus: iocor cum illo ut tecum libere: etiam licētius paulo q̄ tecū: uidebis q̄ sit argu-
tus & grauis leges illius: leges nostra: nō ut de iis sententiam feras: quorum nulla potest
esse contentio: sed ut ingenia nostri temporis: etiam in summis uiris: maximisq; principi-
bus deprendas. Vale. Campanus Gentili suo. S.

LXTORSERAT mihi nuper breuiore q̄ uolebam litteras festinatio-
bellari: nam cum paulo liberius agere tecū statuissem: uenit ad me nocte
iam multa: rogat nunquid uelim ad te scribere: se prima aurora futurum in-
itinere: tuli ægre simul & dari & eripi occasionem scribendi: malui tamen
breuem me dices q̄ negligentem accusares: repetam quæ proximis tuis
litteris continebant. Et cognitum te mihi & familiarem te fatebaris fuisse: tibi diuturnā
consuetudinem cum meis scriptis: lectitasse epigrammata: mecumq; uersatum magnam
conciliationem beniuolentiæ ex illis esse factam: extitisse preconem laudum mearū: ad-
debas orare te filii loco: ut acciperem: futurum studiosum mei: & ad cōmodum utilitatē
q; propensum. Cui hæc mi Gentil̄s nō summa omnia: nō eximia & plus q̄ immensa ui-
deantur: quid mihi cōingere potuisset opratius q̄ laudatum esse a te tuo præconio: meas
laudes celebratas: confirmatas testimonio! Ego uero quantum populi aures & uulgi opi-
nionem acclamationesq; contempsi semp̄: tantum summorū hominū de me iudicium &
eruditissimorū laudem cōmendationemq; expetiui: nec inficior si quid fuerit unq̄ in me
ambitionis: aut cupiditatis unius huius rei cupidissimū semper ambiciosissimūq; fuisse.
Nec uideo quid in hac qua nunc sumus uita contingere possit homini beatius: præclaro
laudatore: Tolli in cœlū a uulgo & efferrī laudibus: nihil aliud est existimandū q̄ eblan-
dita quædam adulatio fortunæ: ex qua illorū pendent iudicia qui nihil habent ab ipsa for-
tuna sciunctum: cōiunctum cum uirtute: probari autem & extolli ab iis qui sint ipsi pro-
batissimi solidam & expressam affert gloriæ laudem: quæ iudicio constat: nō fluctuat er-
rore: uulgus enim quid cōmendat ignorat: nec unq̄ recte iudicat nisi cum aliena senten-
tia trahitur ad iudicandum: discedit a sua: quāobrem tantum abest: ut celebrari a te laudes
meas negem mihi esse iocundum: & debere me tibi plurimum fateor: q; hæctenus lauda-
ueris & plane omni abiecta uerecundia petere a te ausim ut idem deinceps & apud om-
nes & q̄ sæpissime facias. Tanta enim mei si quod est ingenii aut doctrinæ fama prædis-
cabitur: quanto tuo tu testimonio confirmabis: delectatum esse te meis scriptis uehemen-
ter gaudeo cum pulcherrimum sit athletam Herculi placere: aut mimū Roscio: Habent
illa conatus fortasse aliquid atq; industriæ: splendoris autem & elegantia nihil. Sunt plæ-
ra q; exanguia: hebetia: obscura quod ita demum licet intueri si cætera potissimum tuis in-
uentis cōparentur: cuius sunt omnia uiua: exuscitata: illustria ut mea in tenebris obrepere
tua clarissima in luce extare uideantur: stringeris cum res exigit & intra matam sic agis
ut totus tibi collectusq; decurras: uagari autem si oporteat latius: ita spatiaris ut nō tu cā-
pis sed campi tibi deesse uideantur. Quid in illo argutiore genere & quē tu nō statim in-
uoluis atq; occupas! Ego uero epigrammata ut cætera nostri temporis libet̄ lego: atq;
tiq; congratulor: tua uero sic amplector: ut non tam teneam ego illa q̄ teneam: habent me
totum cum accipiunt: nihil festiuus cum iocant: tæla ex omni parte iaciuntur cum mor-
dent: quid illud! Mars rursus cōcidit in Venerem & quæ sequunt̄ q̄ apposite q̄ acute re-
petita uetustas est: nō potui ego id æquare quanq̄ conatus sum maxime: nam soleo & an-
tiquorum multa per ocium inuertere: & nostrorū nōnulla modo digna uideant̄: tum op-
tima quæq; anteueris: lasciuebas tu paulo apertius: mihi tectius fut̄ agendū. Martē qui
domuit succubuit Veneri. Vicerit & quis Medices: fert uincula uictor. Sudat a uhelat: has
bet præmia q̄ cecidit: uide mea delyramēta illa quidē: sed q̄ studio tuo nō cōtētiōe dely-
rauerim: nequa q̄ accessi ad te: sed beniuolentiæ fuit: uoluisse accedere: tarditatis assequi nō
potuisse: mediocritatis cœpisse appropinquare. Pariūt hæc studia inter bonos sumā gratiā
amoris: iter malos cōcertatione & iuidiā: q̄re ratū utriq; n̄m enitēdū ē ut alter alteri dili-
gamus: q̄tū opinionē cupimus pspectæ bonitatis: qd̄ ad me attinet cōsulo plibet̄: & eos
oī mihi studio deuicio: quorū familiaritas & uiuētī gloriā & exticto mēoriā possit afferre

Responsio ad la

De iudicio Vel Ca
Sapientiam

Vide q̄ aperte me prodo: quas tibi subnecto beniuolentiæ technas: quas tu etiam cum uideas non possis effugere: breuissima est uita qua uiuimus: & omnî uolatu concitior: etiã si Macrobios supemus illos quos uoluerit esse uiuacissimos: semp initio primo cogitationû amputamur: & tunc incipimus sentire uitam: cū extinguimur: posteritatem uero quisquis negligit uita se indicat indignum: quã cum longissimã posset efficere contempsit. Nō erunt autem sempiterna tua scripta: nec id ego mihi psuascri: qui sciam nihil omnino quod quidem sit infra lunam posse constare: sed agi cum ipsis orbibus & atteri eras diq̄ omnia: uerum illud habeo exploratissimum quæcunq̄ tu scripseris: futura diuturna: & si afferre immortalitatem nō possint: tamen quod est homini maximū posteritatem alla tura: itaq̄ nō modo amplector te ita postulantem: sed etiam si diffugere manibus elabiq̄ contenderes: tenerem te arctissime innecterem atq̄ insererem me me tecum ne posses abire: quippe in quo summã spem nō diuitiar: quas sum semp aspernatus: sed laudis & gloriæ locauit: in quibus nō solum elaborandū mihi censeo: sed etiam si opus sit imoridum: nec despero fore quin ex hac tam leui impendio quæ sita beniuolentia: fructus sim in omni uita cōsecuturus uberrimos: etiam ubi uita excessero: cum & hic audituri sint de me multa qui tecum uersabunt: & illic posteri cognituri: proinde exhibe te mihi Gentiles mi qualem polliceris: quantum est in te beniuolentiæ: & amoris: id totū effunde i Campanum tuū quem tu ut doctrina & ingenio uincas: nunq̄ superabis officio. Vale & illud caueto ne aut mihi obtusior fuerit lyra q̄ Orpheo aut Perro nostro ingenium q̄ Plutoni durius.

Campanus Petro Medice. S.



STATVERAM Petre clarissime id quod modestius uidebat expectare: quicquid tu i calamitate amici deliberasses: ne extorquere uiderer crebris litteris uelle: quod imperrari oporteret: sed cū rei magnitudinem quã postulo mecum cogitar: uisum est imutandam esse sententiam: nunq̄ eni satis peti: quod supra meritū peti. Tu uero ignoscas uelim naturã meã q̄ in amicorum fortunis iuandis tam sum uehemens: ut omnia in me non modo crimina obiectari: sed etiam discrimina inferri malim: q̄ illos non tueri: qui mihi afficiant: & siue tu procacitatem hanc meã: siue petulantiam appelles: haud equidẽ laboro: modo amico sim profuturus: nisi enim hæc subeam: illum deseram necesse est. Cui si hæc desit occasio nō intelligo quæ sperari possint affutura. Scio rem me petere grauissimã & supra dignitatem atq̄ officium petere: egressumq̄ modestiæ terminos: nec quis sim: nec qd de te meritis plane cogitare: sed cū magnitudinem conatus mei contemplor: uires ex tua metior clãmentia: & quicquid aduersum est in causã cū incredibili humanitate tua ponderans: omnia mihi uideor posse sperare: qm̄ in te sperem: etiã q̄ uideo salutem huius hois cum summa laude tua: nec minore mea gloriã esse cōiunctam. Crede mihi Petre neq̄ paternum splendorẽ: neq̄ opes tuas amplissimas: neq̄ potentiam in re publica maximã: neq̄ moderationẽ ciuitati statuendã singularem: neq̄ liberalitatem erga omnes inauditam: tantum tibi attulisse ornamenta: quantum salus Ciuium tuor: attulit: quos tu paulo ante cum iure posses perdere conseruasti: hæc summa: hic cumulus exaggeratissimus laudum tuar: qua in re quanq̄ es ipse: in cursu totus: adhortari ego te nunq̄ defatigabor: ut eniam abiicienda sunt putrida e ciuitatis corpore: quæ nullo remedio sunt reuictura: & possint esse periculo: ita & quæ aut cura emendauit aut ipsã per sese inuiguerunt: etiam si sint minima nequaq̄ sunt contemnẽda. Vicisti iracundiam: cohibuisti animi impetum: & quod natura concessum est nobis iniurias ulcisci cum posses: perferre maluisti: liberaisti seditionibus patriam: te ipsum ut humanitati consuleres inimicis nō liberaisti: nemo enim tardius memoriam abiecit iniuriar: q̄ qui intulit: præclarum fuit seruasse patriam a periculo: sed sine ciuium tuorum cãde seruasse longe præclarus: nam pelli ciuitate rerum nouar: cupidos necessitatis fuit: liberos autem dimissos ut neq̄ uitam inimicis: neq̄ aduersariis fortunas esse ademptas: summa humanitatis tuæ: ut quantum illis eorum obfuerit cupiditas ad exilium: tantum clãmentia tua contulerit ad salutem: plus apud te charitas Ciuium potuit q̄ odium maluit inimicorum: erit hoc mihi apud te semper laudum tuarum præcipuum argumentum. Ceteræ tuæ res: quas tibi: uel fortuna dedit: uel industria comparauit: nō gloriã tibi aliquã: sed gloriæ occasione p̄stiterunt: neq̄ eni dicẽdus bñficus est: si possit qs bñfacere: sed ita demũ si bñfecerit: unde uera & expressa oriẽ cōmẽdatio uirtutis: ex qua decus: glia: ornãmẽtũq̄ nascunt: q̄ tu tibi paulo añ peperisti oia: cū tot hoium

Amatorum

no
i. Senec. iudico me
micos supstitos
in qua uero
me Viccurum
cum illis sed p̄llo

Comẽdatiã
elegans & erudita

quam ipsi sibi ademerant uitam custodieris: sed noli nunc quæso in hoc cursu tantæ laudis deficere: qui hactenus nunq̄ defecisti: nō habent finē ut dei: sic hominū beneficia tam diu sunt conferenda: quādiu sint quibus possint cum dignitate conferri: noli huic uni non parcere: qui nemini unq̄ ad te refugienti nō pepercisti. *Andreas* quidem offensiones per exiguas & iam expurgatas: exilium diuturnū fuit: parentis culpa nō sua: fortuna tenuis: per spectata probitas: spes in te amplissima: animus ad tibi in omni uita parendū destinatus: & cum tu omni studio primū ad patriæ cōmodum inuigiles: deinde ad famam tuī noīs: in hisq; defudes: nihil præstare poteris cum illi utilius: tum tibi gloriosius: q̄ quod hactenus præstitisti: ut in ciuitate saluos esse uelis: quos ciuitas sine periculo possit habere: quod & si est te dignissimum: quantum ad *Andream* attinet: huius tu uitam: res: propinquos uindicas tibi: & me si qua ratio habenda mei sit: beneficio deuincies immortalis: si hunc reuocaueris. Vale.

Campanus Minutolo suo. S.



MINTOLE uis ut faciam te sapientē: libero te metu de ualitudine *Senecæ* mei: libero spe de mea legatione: & ille cōualefcit indies: & mihi nihil eius modi muneris collatum est: somnias quod uigilans cupis: sed nō sum ego rātis: qui possim præesse provinciæ: grauissima res est magistratus: mollissimi poetæ: *Multa* de *Faentinis* afferunt: eorū fines uastari: tyrannū esse in armis: uenturum ad te si per hostes liceat: obstant nō nihil oppidani sancti *Archangeli*: qui hanc sibi fieri iacturam moleste ferunt: q̄ per eorū agrum sit ducendus exercitus: ibitur tamen ad te uel fuga si aliter nō liceat: in te open omnē repositam ac præsidium censeo: quando *Hetrusci* ueteri cū stipendio fraudarunt. Ego neq; ex asse neq; ex semisse nominatus sum hæres: nescio an facta sit impostura in testamento: tabulæ nusquā inueniuntur: hæreditas nusquā: satius erat præteritum fuisse q̄ frustra nominatū: solatur me nō nihil inopia cohæredū: ad quos æque non peruenit hæreditas: nisi fortasse corraferint suppellectilem: aut pecuniam: uasq; suppresserint: utcunq; res habeat nō nihil in hoc solatio: me affligit illoꝝ aut uera aut minus simulata miseria: homines antea ditissimi & uiuo testatore locupletes: iam mendicāt mecum hostiatim: siue patrimoniū dissipauerint: siue nō attigerint. *Saluatium* tuum uideo rarius q̄ te solebam. *Cæteris* in rebus accipio conditionem: *Epigrāmata* quæ mittam nō habeo: tu te igit nunc te te inter *Bessos* *Getasq;* soteris: ueniet *Sarmata*: quærit equum: & ueniet *pharetratus*: habetq; in utrāq; sagittam: per te qua feriat: erit. Vale.

Campanus Cardinali *Senecæ*. S.



VBI laritas lucifuga: qua ueste: qua ianua suffigisti: an ex triario factus catula quo te gentium subsequemur? *Lucentinus* homo est: quos uiderim omnium consulissimus: lecticam ante misit ad stadium: ubi colluctet singulari certamine: dimicabit qui acie consueuerat mira pugna: in qua cum mirat semper: pugnat egregie semper: *Tergestinus* pro exploratore est: quaerit quo in loco sit dimicandum: eius rei speculator acerrimus: tu caue pugnae ne te committas: nō curato corpore: uetus est institutū & militare: inuiturū pugnae exercitum: curare corpora: etiam reliquū quod est copiarum: si expectes maiore manu hostem aggredire: ueniemus nos quoq; succenturiatū: subsidiaria est legio: quā ducimus: parata ubi uos defeceritis accurre re: aut hostiū reliquias psequi: scimus prima uigilia mouenda castra: tertia paulo ante auroram reducendū exercitū: iam æstate prima sollicitari oīa ferunt: cogi stipendia: haberi delectus: militem in aciem educi: res magno apparatu: silentio maiore trahitur: quo ituri sumus: quibus illaturi bellum: incertū est: *Hetruriam* coniciunt multi: facile adducor: ut credam: hic ego pedē pedi: pectus pectori: gradū gradui conserā si qs bellū intulerit dormienti. *Traspadanū* exercitū haud multū curo nostris auspiciis dimicabit. Quæ hic ferant accipe: Sunt qui pacem: sunt qui bellum meditentur: utrum fiat: fiet utrunq;: nam ex pace bellum: ex bello pax oritur. Crescunt edificia: etiam cum decrescunt: inter parietinas puluerulenti agimus: qui paulo ante i atris spatiebamur: addunt mihi amici deluim morbū ut est apud *Eschinem*: secum ferunt: cum discedunt irato *Appolline*: q̄ hic sepulti iaceamus: facit me tuus cibus ociosum. *Roma* nunc tota in mea est potestate: scio tibi fructuosa nequaq; deesse per quæ spatteris: ego ad amicos diuerto: iocor cum *Papiei* tuo. *Campanū* solus callet: nudius tertius uenatum me compulit: imo perpulit potius prandit spe iniecta in syluis: nunq̄ pransus sum laboriosus: tota die uagati agris: prædā ægimus magnam illam quidē: sed quod ad fortunam accessit meam: etiam uariam & noui generis:

e iiii

Capreolos & epimus quattuor uno cursu: uno cane: quo inquis modo tam multos: qui cursus tantus: Matrem capimus: hinnulos tres: quos gestabat in uentre: breui editura: tum lepores duos: uulpem præterea: & quod magis mirere Tassum: atque felem critium: item & cocleas tres: hæc præda omnis meis auspiciis peracta est: uenationes enim ut cætera auspiciis consistant: si quod uis prædarime uoca: ipse præda abstineto. Medicum audisti: uenatoribus si opus est nos habebis: fortuna atque industria præditos: expectabo quoad me accieris: inuocatus non ueniam. Vale.

Campanus Cardinali Papeñ. ficus digyales quadratas centum.



locosa
INSANIA nulla maior quam cum quo sæpe feceris periculum cum eo assidua iactura tua uelle contendere: quod unquam in me contempsisti: talem ut statim in te illud non retorserim: Ex leui plaga quam infers altissimum tibi subeundum est uulnus: si cum Campano decertes: iam ingenium decalles in eum leniendus sum præcibus: non minis exasperandus: sed stultus ego qui tot uictoriis clarus miles: cum mirmilione contendam. Ad pacem redeo daturus conditiones non accipiturus: ita mecum agis ita me salutas: an non satis tibi fuerat meum a me Senecum auertisse: tu mihi tantum ornamentum rebus meis: tu tam præclaram & immortalem gloriam eripuisti: & tamen unguis medios ficusque inculcas non contentus una iniuria eaque detrimetosa & maxima iam & taliter incuties fronti nisi me defendam: coturnicem imitaris quo sæpius uictus hoc gradus sonas: & cum semper fugias semper redieris ad pugnam: Quare pacem do si modo es qui conditionem possis accipere: Primum caue ne me lacestas amplius: deinde nisi in conuiuio Campanum ne nomines: postremo Senam nisi me comite adeas nunquam Pientiam facile concesserim hos terminos si transgrediare pax nulla: bellum integrum esto: sed noui animum tuum: confecta pax est: amici iam sociique sumus: uexilla repono & caedo uictor castris uictumque saluto. Salue mi Papeñ & me amplectere ut ualeas: ut res se habent tuae: quantum Sene sanguinis fustum hoc anno: Romam quam pridem rediisti: inuenta ne salua omnia: qua fronte collegæ tui: quo uultu te exceperunt: quibus te oculis summus Pontifex: quibus plausibus uicinia: Ut omnia fuerit secundissima: tamē uix iocunda si Campanum non uideas: qui tibi non dentes modo: sed & ilia quatit uidere ut possis aliis tibi oculis uigilandum est quam olim uigilasti: alia uoce instandum est: cum nauigante Vlyxe res est nobis: sed cæra ubi molliri non potest igni opus est: id est impetu ardoreque uerborum ego quid hic agam ex Mancino intelliges post: discessum meum nunc primam manum ad moui: litteris adeo ocium nullum: occupatioes multæ sunt: porro libelli mei Romæ sunt omnes: ego hic corpore: animo istic uiuo: & tecum sæpe aut loquor: aut in orto deambulo: aut auri proximus obequito. Vale.

Campanus Gardinali Seneñ. S.

Consolatio



MONTANINE sororis tuæ obitu tristissime afficior: mouet animum paternus: mouet maternus affectus: quorum iocundissimam senectutem & inter fortunam munera exultantem una calamitas oppressit: imatura mors filia: repetito parentis tui uerba interdum & alta suspiria: cupere se iam uita excedere ne quid aspiceret triste quod tantæ felicitati interfugeret: angor & tua causa erat unica soror ut condimentum inter tot fratres non sarcina esse uideret: tum quæ dotes: quanta gratia: erat corpore: erat aspectu: erat moribus simillima tui: nec quicquam tui in illa præter sexum desiderabat: par humanitas: par comitas: nam disciplinam sexus illi non ingenium abstulerat: decessit pœne adolescentula: & decessit sine prole ut abrupta affinitas & sublata nepotum spes sit: Verum hæc argumenta sunt doloris nostri & acerbitate addunt: uulnera non sanant: nunquam magis recrudescit plaga quam cum exulcerat. Curandi sumus qui dolemus: cura autem omnis ex nobis est: nulla asperitas animi est tanta ut eam ratio non leniat: hanc tibi proponere: innitere: frustra tam diu uersati sumus inter ueterum sapientum præcepta si cum maxime opus sunt tunc potissimum contemnimus: Quid habemus inter tot instituta magnificentius & tutius quam in omni fortuna sequi rationem: cui qui aduersatur temere agat: sequi ipsum præcipitet necesse est. Extincta est soror: fecit quod omnino erat factura: appulit quo currebat: quo eam & ipsi subsequemur: florenti aetate extincta est non est nostrum diem statuere mortalibus: aut si sit: tutius est in omni dimicatione fortunæ ante mittere quos diligas quam relinquere: exploratus est tibi omnis cursus sororis tuæ: quæ fuerit uita: qui exitus extiterit: quod assidue timendum erat: ne quid illi accideret mali time re desuisti: Nemo illius pudicitia nemo facia insidiat: sic uixit ut gloriari familia tua possit: sic est mortua ut iam dubitare de ipsius probitate non liceat: prolem autem nemo sapiens

quam nō habuit concupuit: nulla spes noīs incertior q̄ quam pollicetur posteritas: tum stultum est omnia tibi polliceri secunda de posteris aduersa nō cogitare: possint æque q̄ maculam & tenebras generi infundant q̄ qui lucem & splendorem nasci: nec affinitatē tollit mors fœminæ si inter uiros constet, officio & gratia continet: nec refert quanta tibi sit affinitas in ciuitate: sed quanta beniuolentia a qua discedere propinqui & affines possunt: amici nō possunt: & in si petere ab ea fas sit nō uult illa quos uita conciliauerat: eos morte sua ab affinitate discedere: uult te uult uirum sic præstare in gratia ut retinere memoriam ille uxoris tu sororis uideamini: uult ita perferre ipsius mortem: ut esse nobis lætitiæ causa: nō tristitiæ afferre uideret. Multa sunt quæ frustra impendimus morientibus: quædam etiam ingrata atq; molesta impendimus: ut mestitiæ: ut luctum diuturnū & uestium comæq; squalorem quæ omnia nos affigunt: illos nō excitant: & ne iuuant quædem: imo addit doloris aliquid si sentiant: Sed prouectus sum longius q̄ statueram. Medicina omnis & cura nō ex iis uerbis quæ statim aut mox labunt: sed ex te ipso petenda est: cogita te uirum esse & perpersum passurumq; acerbiora q̄ sororis mortem: nō id tibi soli uel cum paucis accidere: sed omnibus instare: aut subsequant suos: aut quod interdū fœlicius est antecedit: te in quā uirum nullum excipere tam grauem ictum oportere quem nō pferas. Infœlicitas omnis animi est succubentis & parui fœlicitas præstantis & magni: illum quicquid pungit conficit: hunc uulnera etiā quæ alta nō atterunt. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

NSTAT monachus apud me plurimū: existimat causam totam tua in manu positam una mea epistola posse finire: tanti & te istic esse & me tecū posse arbitrat: nec iam Cardinaliū suppetias agit: ipse sua fronte: suo ore molitur audaciam: & quo prupit semel quotidie penetrat: urget: stimulat: enecat. Quisquis monachus idem & diabolus est: omnia tēpat: ubiq; pungit: undiq; insidiatur: deniq; meiere ubi nequit: incacat: & cum malus deserit esse fit pessimus: ait rem sibi nuperrime adiudicatā: nō satis habet uicisse iudicio: nisi me teq; una exerceat. Tibi hoc leuius quod nō æque obtunderis. Ego quotiēs euntē ad me hominē uideo: utrāq; aurem ad tædiū & fastidium comparo: frontoso postulatore nihil impudentius: quod si sit monachus: contaminatius nihil: pro ueste picem induit nō cuculū: illenit sese: implicat: conglutinat: insertat: nec unq; abicit: nunq; dimittit nisi cum litura: iam si liberare me hac molestia cupis: aut offam illi in buccam confice: aut quantus est totum omnē leuum dextrum præcipita. Satius tñ arbitror futurum: si offa confeceris: nam etiam præceps datus diabolus ei cūuolat & stridet: Aut igiē rescribe nauaturum operam: aut desperationē etiam & metum incute: mihi: & si gratius fuerit siquid nauaueris: tñ utcunq; res erit: caue redeat ad me amplius: abige uel cruce diabolum si nequeas opera. Vale.

Campanus eidem suo. S.

REDII tandem in præcutinos nostros: & confatigatus curialibus molestiis redi: nō mansurus modo cum meis: sed etiam imoraturus: dabit ad te scribendi sæpe & occasio & ocium interdum & congregandi: quod officium fors tulit ut tu possis præoccupare si uelis: uelle autem non dubito si modo nō impedire: quanq̄ ut est in prouerbio: uolentē impedimenta non tardant. Celebraturus sum nouam missam aut primum potius rem diuinam facturus solēni more die sanctissimæ trinitatis: aderunt & prælati alii: sed mihi si tu desis deesse & illi etiam cum aderunt uidebunt: tu unus ornamenta omniū cōcumulabis. Inuito ergo te ad Campani tui nuptias: nō ut amicus amicum: uerum ut patrem filius: ut si amici amico defuerit filius patri deesse non possit: quare accinge te si fas est: q̄ cur nō fas: cum traditum sit uel summōs reges ut uestigialium suorū festa honestaret: itinera suscipisse longissima: ego & si tibi uestigialis nō fui: quod proximū est paratus sum esse. Vale.

Campanus Iuliano Medice. S.

DOLENTER & acerbe tuli parētis tui mortem: uisus iacturā & ipse quoq; quidem grauē fecisse: uirum amissimus inter quos nostra tulit ætas præstantissimū: & qui in fortuna amplissima longe plus uirtutis haberet q̄ fortuna. In me autem singulari erat beniuolentia: omniaq; pollicebat: ueni ad eum aliquādo iacentē in lecto ut solebat paulo pressiore: hic me assidere iussum diu multumq; complexus est: uisus mirifice recreari eo congressu in horas circiter duas sermonem produxit: cum cæteris fortasse longissimū: cum Campano perbreuem uisum

*offitiosa Simul
Iocosa.*

*atq; filio
pater.*

Consolatoria

Laudatoria

multa de meis laudibus: nonnulla de Cosma patre: pauca de statu Italiae locutus est: mihi autem tantum concessit: ut non plus tibi concessurus: aut Laurentio uideretur: testatus est tuum ac fratris tui caput: neminem mortalium esse: cui mallet prodesse quam mihi: adesse sibi fortunarum quantum supra ciuem uideretur: peterem: caperem arbitrio meo: nihil non praestitutum: cum interea meam semper dextram teneret: & coelum testaret se ex animo loqui: anxius in hoc uidebatur: ne non postulare: maximum inditium beniuolentiae: nec minus liberalitatis in eo qui mentiri non consueuerat. Nunc illo mortuo magno praesidio destitutus sum: & grauissimo affectus incommodo: Sed nostra causa indolere alienam faelicitatem: nec amicum nec primum est: debes & tu quoque mihi Iuliane qui illo sis orbatus moderate ac patienter ferre. Nihil erat amplius quod tua causa ab illo desiderares: praestitit omnia: persoluit tibi quicquid pater filio debebat: ei autem nihil est quod doleas: percurrit is quantum datum erat in stadio spatii: peruenit ad metam iam inde a uitae initio constitutam: profusus suo munere commissa sibi prouincia decessit: & decessit magna cum laude sua: cum gloria suorum: pelagi huius aestuosissimi superauit tempestates: & quo ad nauigaturus erat iam peruenit. Nihil amplius habet in illum a iuris fortuna: & quod liberius est iam & natura nihil: ex harum ereptus manibus in libertatem se uendicauit: & quidem ueram solidamque libertatem: ut nec temperari possit ciuilibus insidiis amplius: nec moribus extimescere. Sudauit hactenus in laboribus uitae huius grauissimis: nunc ad iocundissima alterius praemia accitus est: habitat nunc cum principe deo qui nuperrime inter homines uersabatur. Nec est quod de illius salute dubitemus: qui cum alta promulga sanctitatis & officii plena: tum ut patria salua: ut ciues sui liberi essent procurauit: nihil enim inter homines pulchrius ac deo acceptius quam tueri patriam: ciuesque defendere. Nec ita decessit e uita pater: ut aliquid subiret in morte molestiae: cum omnino esset moriturus: mortuus est inter feliciorum: propinquorumque complexus: & eo in statu ut omnia relinquens tranquilla suis: nulla re tristior migrauerit e uita: atate nec ita contracta senio: ut extra mentem decesserit: nec ita robusta: ut difficile fuerit auelli. Tum ualitudine aduersa annos iam multos conflatus sentire doloris desit & sibi ac suis molestiae esse: quippe quo maior est uirtus hominis & uita congressusque iocundior: eo dolemus grauius illum excruciarum & uexari morbo. Nec ipse pater uictum sibi optabat longiorem: quam ut res ciuium & filiorum stabiliret: quae cum sint peracta: existimandum est non inuitam decessisse. Sentiebat uir omnium prudentissimus non esse diu manendum sibi in uita: meditabatur exitum semper: expectabat iudicium: & sese ad mortem componere: nihil illi accidit inasperatum: discessit omnibus munitus praesidiis: reliquit quod solum potest relinqui in terris: praclarum nomen: probitatis eius nunquam debili memoria: quo diutius aberit a nobis: hoc magis illius fama celebrabit: bene facta desiderabunt. Proinde sic cogites partem tuam omnibus defunctum malis: bonorum omnium factum participem esse: & beatiorem quam hic habebat uitam assecutum. Tu si quid illi gratum cupis efficere & foelicitatem eius omni ex parte reddere cumulatissimam: affectus omnes paternae pietatis in fratrem refunde: hunc cole: hunc attende atque obserua: nihil amantissimae umbrae poteris efficere iocundius quam si quicquid atatis ac reuerentiae partem exhibeas: exhibeas fratri. Vale.

Campanus Laurentio suo. S.

*Laudat. felicit. Vita.**Comendatua*

FLORIANO Bononiensi uiro imprimis officioso: quantum afficiam non est huius temporis commemorare. Est unus ex iis quorum ego non tam fortunam quam probitatem complexus sum: pernoctauit mecum Florianus nonnumquam quare res ad intimum secessum amicitiae peruenerat: daturque paucis. Cupio illum iam tibi fieri familiare atque est mihi: citra noctes tamen: nam est tibi ratio noctium longe diuersa. Florianus satis erit si diem solemque concesseris: & si tangi aspicique pariare: sed ita ut esse in eo Campani tui partem existimes: & enim mei pars altera in amicis sita est: altera in mea uita: cui amicos aut comparo: aut si res ferat etiam antepono. Tu uero Floriani statum noli contemnere: est illi tecum magna quaedam similitudo: magnaque diuersitas: optimus optimum conciliabis: ditissimus pauperrimum: utrum contempseris indignam rem uirtute tua indignamque diuitiis feceris: quare alteram humanitatis commendat altera liberalitate illustratur: sed ego a te nihil aliud meo Florianus quam oculos frontemque depono: etiam uenas ut aspicias: salutes: amplexere. Caetera etiam non petita adhibebuntur si haec intercesserint. Gentiles noster tecum est nunc quoque cum est Romae: sed opere praetium est aspicere fuscum personatum: saltabit etiam nisi per te reuocetur: quare scribe ad eum: non conuenire barbato uiro nec esse e dignitate nebridem circumferre. Vale.

Laudatoria

Campanus Quarqualio suo. S.

SEX totos dies in itinere ad Perusiam usq; cōsumpsi: Perusiæ quindecim itē totos cōmoratus: inde ad Romam quinq; intercesserūt Vide quantum fuerit spatii ad curandum negotium tuum: curavi tamen & te apud Protonotarium Vrsinum uirum suo genere dignissimum: Campanoq; amicissimū collocaui: Venire potes arbitrio tuo iā ad diem prope te expectamus: uult tamen idem togatum te incedere: id est ueste longa ut sacerdotem prætere ferre: nō scutiferum uideare: tu ueni & cætera comparabunt. Amicos meos anxietatis plenus meo noīe amplexare: quæro. L. locum sed præter eum de quo dixeram nō iuenio: obstat ætas: illic & esse cōmode poterit: addo etiam commodissime auctoritate mea: tu rem sic perage ut Campani: cætera hoc alienum uideatur. Vale.

Campanus Cardinali Papien. S.

Commendaueram tibi superioribus diebus Saluatim metum: cupio intelligat Campanū aliquid sibi apud Papien profuisse: & dignus est quem complectaris cum qm̄ mihi est deditissimus: tum quod officio diligentia industria cedit nemini: uxor illius opera in negotiis meis omnibus: & quod est hoc tempore in amici cia summū uxor & rebus: debeo illi quantum post te in curia nemini: iuuat me pecuniis sæpe: absentis causam spōte suscepit: nec labores mea causa q̄uis grauissimos defugit unq; iam quid a te expectem uides: nō possum ipse illius erga me officii & plurimis & maximis satisfacere. Hæ tuæ sunt partes cuius maxime interest q̄ multi mihi afficiant: gratum est cum quid agis in rem meam: multo gratius cū amicos meos tanq; ad te pertineant tuaris: quoz; unus præcipuus est Saluatus: nec est i quem magis rationem haberi uelim beniuolentiæ nostræ: quicquid illi hodie per te accesserit: mihi accesserit. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ. S.

EGO te oratorem: nō astrologum aut geometram conatus sum facere: & tamen si a me discedens præceptorem cōsuluisses: nō essem passus Voluiliunio te cōmitteres. Turdorum partem habuit Gentiles noster: qui ut est ad omnia fortunatus: muneri affuit: partem cōmater ut iusseras: partiuncus iam ego: Sed grauissimū atq; acerbissimum dolorem meum neq; Turdi leuare neq; literæ lenire potuerunt. Amisi Paulum patrualem eundēq; consobrinum meū & quo cum una ab ultima iam inde infantia creu eram: Educauerat me illius mater: mea matertera cum parentē pæne trimus amissem: noctes dies uestis: mensa studia literarum: deniq; omnia mihi cum illo: illi mecum cōmunia fuere. Venerat ad me Romā anno superiore: in omni congressu amicoz; de me loquebat: ades nouas cōstruxerat meo nomine: specie nostri temporis & magno cū sumptu: gesserat magistratus aliquot a Rege cōmissos: tanta cum laude ut ad maiores postularetur: & quod alius uulnerat erat me biennio minor: reliquit patrem uel ob hoc miserum atq; infœlicem qd̄ & filio & unico superfuit iam pridem sepeliri: reliquit & matrem: sed heu acerbitas: ita reliquit ut statim attraxerit secum: confecta mœrore cum a sepulchro filii agre esset auulsa: sine cibo sine potu sine somno agens uix ad diem octauum superuixit: ut dubitari nō possit uictam magnitudine acerbitalis: ac delyderio mortuam: itaq; additum est uulnus uulneri: matertera ego fœminis omnibus quæ uiuerent pietatis anteponebam. Patrualem uiris nūc uno casu una iactura utrūq; amisisse tristissimum atq; infœlicissimū fuit: accedunt ad cumulum ærumnaz; sex puellæ inuuptæ: & duo pueri quoz; maior uixdum decimū attingit annum ut nihil minus curæ pueri postulent q̄ puellæ: tum patruus ætate iam grandi & præsent calamitate attritus & prope exanimatus: quid hic a me delyderetur: facile intelligo: præstare nō possum: erat patruus consolandus præsentia nō litteris. Vxor quoq; fratris ad custodiam liberoz; confirmanda: recensenda domus: propinqui ad officium pietatis cōhortandi: hæc q̄ præstari a me nequeant uides: dolore omnia penso: incipio iam agnoscere mortalitatem meam morte meorum: cogito quid de me futurum sit: cum quid de illis factum sit uideam: consolare me litteris: & si quid a me didicisti: leni argumentis acerbitalitatem meam: ut si parum astrologus fueris tempestatibus uitandis: orator consolandis tuis inueniare. Vale.

Campanus Francisco suo. S.

ANTONIUM tuum eo uidi gratius q̄ te gestu: oculis: effingit: nec potest nō mihi esse gratissimus qui te ita per omnia referat ut alter tu esse uideat. Accedit ingenium iuuenis acerrimum: & mirifica rerum multaz; cognitio. Cœpit

*Comédatoria**naratoria cōsuetudinum animoz; & actuz; amiciz; & dicitur dicitur.**laudatoria & amatoria*

me mirum imodum: & ut dicam uno uerbo tam eum iam amo q̄ paucissimos: prope dixi q̄ te: consilium est meū ut iuuenem tantis muneribus præditum allectemus: & nostrū: id est curiale faciamus: magnæ tibi utilitati cedit: magnæ mihi uoluptati: nam & res tuas absentis curare poterit: & mecum ut est tuorum studiosissimus sæpe uersabitur: proinde hortare: impelle: coge ad nos q̄ primum tedeat: nō est forū Cornelii quod Roma: Flaminia quod Latium. Vale. Campanus Minutolo suo. S.



MINTOLE Laurētius tuus iam abiit interfuturus nuptiis fraternis: singrahum est apud Gasparem nostrū: iurat se ad duodecimū diem iturum ad te quæ ad litem pertinent confecturū: falli nō poteris sine insigni perfidia: de præfectura portenti simile est quod scribis: Liuerotum istum tuū sine causa mentitū esse non puto: Illud scio Campani mentionem nusquā fieri: cur inquis se iam: aut unde: nō legi nō uidi registrum: sed illud scio: non esse huius temporis fortunā meā. Prioribus litteris ideo sum usus Notario ut intelligeres corruptū esse testamentū. Ego maxima & pulcherrima & optatissima hæreditate fraudatus sum. Quærendum est unde uictum comparem: cui ex testamento opes amplissima proueniebant: dura per se paupertas semp: uetum tunc est intollerabilis: cum post diuitias uenit. Bene uale. Aliquem scribam mihi si inueneris: gratam rem feceris: modo Faentino nō sit inferior: plurimum refert: emendate scribas an mendose: techmenta nostra ut tecta sint cura. Papienī nostro te cōmendauit: amat te: amat me: contemnit utrūq;: cur nō contemnat? Fauentiam habet in potestate: ut delectus fiant & milites comparent. Iterum uale.

Campanus Cardinali Papienī. S.



DARAUERAM quo tuæ importunitati satisfacere: longissimas litteras: immensum erat quoddam atq; infinitum quod proponebat: sed interceptus est ut audies: tabellarius & Liuii in Persios reciderunt: Sublatis nugis quid ad te scribam: habeo nihil: porro hugæ Archetypo nō placuerūt: diffidere uideris de me: quo tu ut habeas multos: fortuna atq; opibus potiores fide & beniuolentia: ne unum quidem poteris habere qui me uincat: iam si irascor facere id uideor meo iure: non solum falsa spe me illexisti hæreditatis: sed etiam quæ inter uiuos donaueras reuocasti: itaq; neq; legatarius tibi sum neq; donatarius: ignosco tamen imoderatis sumptibus tuis: cui q̄diu aliquid deest: nihil omnino satis est: nisi habeas omnia: nihil habes: quare si paulo nō esses profusior succenserem magis & rapinam hanc dicerem: nō reuocationem appellarem: de hæreditate fero multo modestius: nam reuocatio ad te pertinet & tibi est usui fortasse. Ex hæreditate uero quid mortuo possit afferre nō uideo: eripuisti mihi quod ipse nō eras habiturus: utinam hic esses ostenderem causam reuocationis te nullam: & testamentū donationis conditionē habuisse: ad paucos dies Sarmas tam habebis: iam cœlestes illas animantes quas ex hoc loco ueneramur q̄ generi humano salutem nuntiarunt habes tecum: redemptorem paulo post habebis: uide ne foelicitate perdaris tua: mitto fabulas: da frænum currenti equo: par erat si bonis paternis amicos eras spoliaturus: uita & sanguine nō spoliare: hæc seria. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ. S.



MARCVM Tullū Ciceronem cum in omnibus suis scriptis fuisse longe eloquentissimum: & quod ipse gloriat̄ copiose: ornate: distincte dixisse uideamus: ut tñ adeo & tanto sint in prætio quæ scripsit præcipue orationes effecerūt: in quibus tantū mea sententia crescit: tantum exurgit ut in aliis demittere se: partemq; sui temporis ingeniis facere: in iis erigi atq; atcoli: & quod de Antheo tradūt poetar: humerotenus supra omnes extare uideat: Orationū uero quanq̄ sunt quæq; illustrissimæ: ardentiores tñ possunt uideri quæ non modo ad odium inimici: sed etiam ad æmuli contentionem sunt habitæ: Ita cum cæteræ hoc præstiterint: ut amici defenderent: philippicæ hoc quoq; uidentē conatæ ut uno studio & eicerent Anthoniū & Demosthenē. Vale.

Campanus Cardinali Papienī. S.



QVEM tu flectere nō poteris præcibus: astu Cāpani emolliit: simulauit nō unam iram: nō unam iam quæstus iniuriā: pro rebus summa cum fide: maximo cum animo: nec minore periculo gestis: abdicatum me esse præsidatū: & quem ille frequenti Senatu iure totiens laudasset: nunc notas inurere indelebiles: flexi tandem curam utinā pmanfurā: Fulginienses amplectar ut tuos: fratrem ut meū: nō nihil accessit rebus meis foelicitatis q̄ cum te habere nō possim

Jocosa

Judicium de Cicero me.

habiturus sim fratrem: fortuna enim mea omnis & pependit & pendet ex te: pendet ex tuis: ego quod proxime scripseram uel ex eo maxie glorior q̄ uideor successisse tibi: uno cubiculo tuo: successurus & pileo: sum hic multo quietior q̄ Tuderti: sed negotiosior: erat illic qd̄ plus agerē: hic plura quæ agā. Expecto Bessarionem tuum desyderio tanto: ut cū ille nōdum Rauēna discesserit: ego ad occursum me comparem. Quid enim expectare possum hoc tempore magno Bessarione præstantius: quid post te unum uisu: auditu: nominatu iocundius: sed nolo decerpere fructus tantæ uoluptatis mature colligam: cū hic aderit. De Sutrimo recte sentis tu quidem: sed est ea alioquin quoq; indubitata sententia: nec potest nō frugi esse uir qui tuus sit non probatus: qui multoz utinam agere licuisset: tecum hoc anno de familia herciscunda: aut fundo diuidendo: unus omnia uoluisti: gratulor tibi: crepo mihi: solus ad clauum: quid ultra hunc florem: nemo tibi hoc anno des florauit: nemo ficum posticariam: nemo ortanam rosam præripuit. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ. S.

PRIORIBVS litteris si nihil responderim: Lucentini nostri fuit culpa: rogataram quæ prima foret occasio scribendi: curaret: nec ignorarem: sum & ipse ut nosti paulo negligentior: nec nisi stimulis excitor: tamen uidebam tanta in amœnitate nos esse: ut nullo egeretis ad uoluptatē praesidio: mare alludebat: mulcebant uenti: littora delectabant: flumina gratiam: montes umbram: uincta muscatellum: illud rosarium uiolarū ambrosiarū esse: rebant: nullus fuit set meis litteris locus: risu præsentē Vrbenetañ minime erat opus: tacui quādo qua de re rescriberem: aut cur uestrum iocundissimum secessum interurbarem non habui: nos hic Senæ ad oculos usq; Viterbiū & Bampene liquefcimus: pœne demergimur: reliquis uestris uestigiis nostris insistit. Habemus hic prope curiam totam: Ego nemini sum impedimento: Nūti de Calcide uarii afferunt: alii captam urbem: & caesos ad internitionem nostros referunt: alii profligatam Turcæ classē a Veneto esse: & Calcidi præsidium immissum: res est magni discriminis: aspiciat deus rem christianā: nos certiora expectamus Maturate reditum: ut quod reliquum est nostri secessus: una simus: una lætemur: & ego a meis nō expector modo: sed postulor. Vale.

Campanus Anthonio Vrbenetano. S.

EGO inter delicias nato: rosa ad nares: bacchus ad labia: cætera papant: lallant: blandiunt: noctu cantatur: interdū bibit: umbram in sole captamus: in laboribus cyathum: deniq; in potum toti consaltamus: reposito: regurgitatio inter studia: inter negotia cōstrepunt: nusquā agas a statem libentius ad cumulum delitiarū: una res defuit præsentia si affuisset tua iam uentum esset ad summū: Sed est quod desicam etiam in tanta uoluptate. Marianus inter cæteros lusus nostros offensus est. Gallis iam ita incipit esse fastidio ut nihil hostilius: sed omnia coram. Vale.

Campanus ad Pium. ii. Pontificem maximum.

BEATISSIME pater & clamentissime dñe post humilē ad pedes cōmendationem: Nō est passa illa ipsa fortuna mea quæ me nonū iam mensē in lecto mancū & defectū cōtinuit ut hoc postremū quod expectabā gaudium degustarē scilicet ut clamentissimos pedes tuos deosculari: & factore meū adire & intueri liceret: parari feceram humilē lecticā: ut qm̄ nec pedibus nec equo uectari possum: lecticariis me cōmitterē. Statuerā enī aut mori aut sanctitatem tuam uidere si Viterbio transitū fecisset: fiat uolūtas dei: & nō sicut ego uolo: sed sicut ille uult cui idē est posse quod uelle. Ego enī quanq̄ meliuscule me habeā: & medici non diffidant ita exinanitus: ita contractus sum ut uisurus sim nec ne amplius. S. T. neq; oīno desperem neq; certe sperem morti q̄ uitæ propinquior: dixeram dño Augustino Patrio statuisse me supplicare clamentissimis pedibus tuis ut in hac gloriofissima expeditione: qua nullā neq; maiores nostri maiore: digniore aut sanctiore audierunt sequi sanctitatem tuam liceret: & cum ea aut gloriose mori: aut foeliciter uiuere. Laude gloriofus deus nō dignus habitus sum & peccata mea prohibuerūt: Hoc tñ certum est si quando recte cōualuero nō me diu in Italia sine factore meo mansurum: modo sanctitas tua permittat cuius nutu & uiuere & mori tam uolo q̄ debeo. Foelicissime ualeat sanctitas tua clamentissima cuius sanctissimis pedibus me assidue ac humillime cōmendo. Ex balneis Viterbiensibus die. xiii. Mati. M. cccc. lxiij.

*Descriptio Vita uol
no. Epistola & app.*

*Comidatira &
satoria*

offosa

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI
EPISCOPI: INTER AMNIE NAPRVINI.
EPISTOLARVM LIBER QVINTVS.

Campanus Paulo. ii. Pontifici maximo.



MAGNAM iniecisti mihi cupiditatem, maxime Pontifex rerū quas tu gessisti: quasq; gesturus es scribendarum: cum quia sunt amplissima & sperantur maiores. Tum q; a te summo gestæ principe: quā a scriptore nō poterunt ab auctore dignitatem consequentur. Ego uero de mea ratione ita sentio: quicquid est in me ingenii atq; industria: quorum alterum affectavi semper: alteram sum nunq; aspernatus: id totum ad ætatis meæ: meiq; summi Principis laudem cōferri oportere. Nam cum sint mihi amici defensoresq; permulti: solus es tu sub cuius sum imperio: & cui omnia a me atq; ab optimo quoq; debeant: ut quantum de mea erga te fide atq; obsequio detraxerim: tantū de meo officio: meaq; integritate detraxerim. Ardua res est: & perdifficilis historiam scribere: alia uerba: alias sententias atq; seriem: aliud item dicendi genus postulat q̄ oratio: uult omnia sonantia: grauias: iocunda: summū ordinem: exquisitam diligentiam: ut pressa distincte: grandia magnifice: illustra splendide: & deniq; omnia ornate politeq; scribant: sit candor orationis nō interruptus aut æstiuans: sed quantum fieri potest sedatus & profluens. Tum ut consilia euentusq; consilioz explicent: describenda loca: ponendæ ante oculos acies: id est ita res ipsæ aperientur ut historia quam scribas: non fabula esse uideatur. Tenendus modus: ut nihil addatur præter historię dignitatem: subtrahatur nihil: sit breuitas: illustris & clara: aut claritas & collecta & breuis: emineat contiones pauloq; ardentius efferant: hæc qui in historia nō præstiterit: magnam faciet scribendis rebus iniuriam: quæ lucem expectant a scriptore: splendoremq; desiderant. Utinā præstari a me possent hæc omnia: confert tamen plurimum quæ quis facturus sit scire: aderit studium: fides in re tanta nō deerit. Tum intelligo hæc mihi proposita præmia: primum ingenii exercitationem in rebus magnis: alterum uero: quod nō nihil conferat ætati: deinde q; meo eidemq; summo Principi deferuam. Postremo quod mihi quoq; cedet ad gloriam: quoniā præclaras res gerere nō datū est mihi: quod proximum est eoz scripsisse qui gesserunt. Tu modo noli pati occidere res tuas quæ sunt tantæ ut nō modo diuturnitate hæc q; iam pollicemur dignæ: sed etiam æternitate uideant. Ab ineunte ætate amplissimis es uersatus in rebus: muneribus: defūctus maximis: cum summa laude adeptus ea ætate Pontificatum: in qua uix alius concepisset: Auxisti rem ecclesiæ: atq; ita auxisti ut prius uictoriam & pacem habuerimus q̄ intellexerimus bellum: compressisti seditiones: Urbium ciuiles tyrānides substulisti: magistratibus adhibuisti modum: expilationes prouincialiu fieri uetuisti: de coercentis largitionibus popularium tulisti legem: neminem affici iniuria: a quoq; nulli eripi fortunas passus es: In iusticiam legumq; moderationem supra Pontifices omnes quoq; extet memoria custodisti: & tñ sæueritatem legum nō laxaueris: sanguine & cruciatibus sic abstinuisti semper: ut in summa iusticia clæmentiam summā adhibueris. Coluisti pietatem: etiam priuatus oppressis opem: egenis præsidium contulisti. Primus omnium sic agisti Pontificem ut eundem omnes intellexerint: neq; odio præcipitatum ad uindictam: neq; demissum ad patientiam gratia: & cum constantiā probent omnes consilii magnitudinem admirantur: taciturnitatem in deliberandis rebus inauditam: p̄ficiendis grauitatem obstupescunt. Vide quæ laudum ingentium argumenta: quā nobis materiā sunt præbitura. Sed hæc quæ plena sunt gloriæ occident una cum ætate omnia nisi ab interitu uendicent. Superuacuum ne dicam stultum est tantis laboribus contendisse: ut optimus sis: & præstantissimus habere: si sint breui in obliuionem iura quæ feceris: & quoq; gratia contenderis. Ridiculū quoq; diuturnum suscipere laborem pro breui uoluptate: tum uero nephas est cum uitā omnem sic egeris ut effici possis immortalis: nō tamen curare quo pacto immortalis efficias: gloria omnis eo maior habēda est: quo sit futura diuturnior: nec quicq; potest magnū ac præclarum in homine: quod breui mansurum spatio: una cum illius uita sit interiturū. Tum iuste & constanter uiuere: Imperiū cum laude administrare: facinora præclare gerere quā sunt magna: nō tamen carent calumnia dum uiuas: plena est uita detractoribus: nemini parcur: nec quicq; erit tam sapienter excogitatum: aut tam factū prudenter:

Laudatoria &
Boria è Tota epta

ime officiosa

scriptio Historico
phi

ut nō parati sint in uita qui accusent: mortis ea ē gloria & posteritati referuat: ubi cessant hominū affectus: & iudicia meritis nō arbitrio liberant: es tu quidem iustissimus: amplissīma hęc tibi erit apud posteros cōmendatio. At nunc quo censes esse: qui aut aliter sentiant: aut moleste ferant: ita fieri q̄ rapinis & fraudi assuetos reuoces a cursu: ne flagitiis esse pariaris. Es constantissimus: qua laude nescio an ulla sit in principe maior: q̄ multos arbitraris esse q̄ accusent atq; doleāt constantem esse: & ad eorū libidinem imoderatasq; postulationes nō posse flecti. Es compositus & splendidus: quæ res & si est pontifice summo dignissima: nō desunt hic quoq; qui aliorum q̄ res est interpretent: nec ad splendorem domesticum id referant & maiestatem tantæ sedis: sed ad superuacuum quendam cultum & delicias accipiant. Vis tu Romā & tuos esse in laticia: & recreari spectaculis atq; ludis: quod facere summi principes consueuerunt florente imperio: Nū putas hic quoq; deesse detractores: & qui eos ludos ac festa nō plane probent? Fers opem Illyricis aduersus Turcas: quid hoc sanctius & melius? & magis necessarium? non desunt & hic qui aut minorem ferre dicant q̄ oporteat: aut maiorem q̄ hęc sedes possit pati: hi destitui Dalmatas: illi exhauriri publicum ærarium: ut cuiusq; est libido confingunt: deniq; quicquid agimus in uita: in lance sumus uulgi: semp̄ diuersa: aut potius peruersa sentientis: nō hic posterī iudicabunt summa factorū exquirent: non facta deprauabūt. Laudamus nos multas res gestas antiquorū: quas multi illius temporis homines nō probarūt. Clæmentiam extollimus. C. Cæsaris quam multi secuti factiones accusauerunt: q̄ inimicos nō sustulisset Admiramur Alexātri liberalitatē: quam sui milites detestati ferre uix potuerunt: q̄ Persæ cæteræq; gētes a se uictæ donarent: & se contemni existimarent. Caronem & Scipionem insectati sunt ueteres: nos nomina ipsa illoꝝ ueneramur: illi alterū rigidum & pertinacem appellabant: alterum elatum & superbum. Nos hunc grauem & sæuerum: illū magnificum & splendidum: ita laus illoꝝ tunc oppressa erat: nūc in patētissimo est. *Nec*

de fama post mor

Historie Veloxep

ullius hominis tam recte potest ratio constare in uita ut calumniā fugiat post mortem: i qua ea est cuiq; proposita gloria: & quanto remotius a nobis audientur res nostræ: aut legentur: tanto plus erunt habituræ dignitatis: plus gratiæ atq; auctoritatis assecuturæ: cessabit lior: detractores nō obmurmurabunt: nō cupiditates hominū insauæ interpellabunt iudicium: affert ætas cum rebus aliis: tum maxime historiæ grauitatem: crescit cum annis auctoritas: qm̄ decrescit cum annis inuidia: & semp̄ ea probamus magis quæ minus ad nos attingere longiusq; a nostris sæculis recesserunt. Ita est laudis cumulus omnis in posteritate: & multa quæ nunc homines nostri temporis accusant posterī cōmendabunt: quæ autem nūc uel mediocre habent laudem: habitura sunt apud posteriora sæcula summā reuerentiā. Eam ob rem Principes fuerūt nulli quorū magnæ res gestæ memorent: qui nō cōmendari famā suam litteris: posteritatiq; uoluerint. Argonautæ quorum unus fuit Hercules: Orpheum Thracē hac ipsa de causā secum habuere in classe: ut esset qui eorū facta celebraret: ita nauigationem illam tantā & tam celebrem frustra suscepissent illi: & nos eam nō teneremus: si hanc Orpheus non p̄scripisset: nec Herculis gloria prædicaret tanta: nec cæterorū qui una nauigarunt. Secundo deinde Troiano bello quod Helenæ causā susceptū est: a tota Græcia Idumeneus Ditim Oretensem habuit in Castris nō cōmilitonem solum: sed etiam scriptorem rerum apud Troiam gerendæ qui & si minus magis conseripsit q̄ res tantæ postularint: uiam tamen aperuit Homero & scriptoribus aliis qui postea iisdem de rebus ornatiꝝ aculatiusq; conseripsērūt. Sic Cyrrhus Asiatico bello quod aduersus Scythas & Massagetas & alias nationes gestus raro sine Xenophonte teste putatus est dimicasse: cuius de Cyrrhi & uita & bellis extat historia. Alexander uero & Calisthenē ab Aristotele cognato postulauit: qui eius res gestas colligeret: & Aristolobum scriptorem habuit secum: & Onosicrytum historicū in Indiam usq; p̄duxit: ne res tāto labore & periculis gestæ: tāta quæsitæ gloria: breui extinguerent. Fuerunt & Romani quoq; eius gloriæ cupidi: ut taceam publicam curam ueterum Pontificū: de Annalibus Habuit Polybium Scipio Carthaginensi bello. L. Murena Athenæum: Asiatico. M. Cato quanq̄ gloriæ contēptor uideri uoluit Athenodorū Tharsensem In Ciuili fretus est Iulius Cæsar ingenio suo: & quæ gerebāt interdiu: noctu scribebant. Pompeius uero & a Possidonio amico: & Theophane Mylitorio suas uictorias scribi procurauit. Augustus a Polidoro & Xenarco suas. Tyberius a Theopompo suas. Nec ipse sibi defuit Augustus: imitatus auunculū Cōmentarios rerum a se gestarum ipse confecit. Nerua Helianum & Frontinū asciuit sibi. Traianus Plutharchum & Dionē ita

ut Dion saepe eodem cum uectaret: alii alios habuere: & ut quisq; optimus fuit princeps:
 & res gessit maximas: ita summam adhibuit curam historia ut illustraret: fuitq; hac semp
 summorum hominum diligentia: ut quomodo omni conatu atq; studio contendissent pro gloria:
 non essent in obscuro quae gessissent: ne uel cum eorum uita confecta atq; extincta delerent.
 Etiam religionis nostrae summos uidemus uiros multa scripsisse ad gloriam: & moleste
 tulisse detractores: nec quicquam gestum est in nostra lege quod illi quatuor uerissimi testes non
 expresserint litteris. Tum Clementem primum notarios septem constituisse qui sanctorum
 hominum facta: dicta: exempla: supplicia colligerent: ut illi sua gloria: etiam hac terrena
 non fraudarent: & nobis exempla supererent ad imitandum: quare etiam iis haec est quasi
 ta gloria: qui semp contemni gloriam uoluerunt: Etiam a poetis quantum non tanta inest fi-
 des: celebrari prisci homines quaesierunt: quam rem inuidisse fertur rex maximus: Achil-
 lis manibus quod Homerum nactus esset laudis suae praconem. Et eundem Homerum Cres-
 philus Samius hospitio & familiaritate complexus: nihil aliud quam ut poemati inscriberet:
 postulauit: tum Ennium Scipiones quod Corneliam celebrasset familiam in sepulchris maiorum
 putati sunt collocasse. Habuitque hunc comitem Fuluius Etholico bello: & uictor suauis
 ut putatum est Eneae aedem musis consecrauit ex hostium manubiis. Et M. Antonius
 Boetium malum poetam: pessimum ciuem defendit in Asia: quod eius in Philippis uictoria
 scripsisset uersibus. Mitto alios innumerabiles: qui aut domi scriptores aluerunt: aut
 duxere in militiam: aut praemiis affecerunt maximis quod ab his posse se immortalitatem asse-
 qui putauerunt. Sed quid mirum hos uiros haec concupisse: cum sit traditum summos ora-
 tores non contentos sua gloria ab historicis illam postulasse: ut Isocratem ab Ephoro. M.
 Tullium a Lucio: alios ab aliis quod intelligebant omnem commendationem laudis nisi quae
 esset ab historia: esse uiderique suspectam: affectatamque censeri: atque ideo neque diuturna esse
 posse: neque cum studio legi: neque iudicio probari: neque in exemplum afferri posteris. Sola est
 historia cui credatur: quae habeat assensum: & fingit: nihil mentiat: nihil poliat: exornetque
 omnia. Fidelis nuntius: testis uerus: benignus interpret: diuturnum monumentum: firma
 indubitataque memoria. Nam aedes & statuae & trophaea: & triumphales arcus: & numis-
 mata & huiusmodi caetera quae itura in longum uideant: uno tantum affixae loco: neque ea uas-
 gantur late: neque tam diu durant: neque aliquam praesertim tantam afferunt noticiam: neque
 certa sunt: & propria ei qui haec edificauerit: paucis aut signis imutatis aut titulis inuersis:
 aut loco auulsis: aut tempore exesis obliterant: ferunt concessisse aliquando Alexandrum Athe-
 nas spectandae urbis gratia: Cui cum ciues magnifica passim edificia gloriabundi ostens-
 tarent: non ego inquit uiri Athenienses uestris edificiis inuideo: sed rerum gestarum monu-
 menti. Intellexit rex clarissimus caetera cum annis deficere: & nec minimam partem exptis-
 mere factorum: multos colossos atque obeliscos esse caduca edificia: & etiam si sint ferrea tantum
 exedi uetustate. Constat historia semp & eo firmiter quo plus accedit temporis: fitque in hac
 sola ut nihil aequae gratiam atque robur augeat quam uetustas: non inuertit: non immutatur: illius
 est semp in cuius nomen est texta: non incendit: non frangitur: non exeditur: innouat per tem-
 pora ex uno loco in mille perducitur: aspicitur ab omnibus: legitur ab omnibus: & legitur
 cum uoluptate: omnia enarrat: aperit res incognitas: ostendit aetates: factaque aetatum: pro-
 fert in medium uiros claros: praestat exempla omnibus in rebus: & etiam cum defeceris exhi-
 bet te tantum manu tuis posteris: ducitque per aetates atque urbes: ut te uideant qui nondum na-
 ti sunt: te audiant: te laudibus prosequantur: facit ut semp sis in manibus: semp in ore uerse-
 ris hominum: facit ut te Barbari: te Latini: eundem Graeci complectantur: & quem sua non nos-
 runt lingua interpretentur aliena: omnes illam & uehementer cupiunt & facile possunt in-
 telligere: nec habet quicquam hominis uita praetiosius: & quo magis in longum exeditur: haec
 inquam una facit ut extincti uiuant: mortui loquantur: redeant praeterita tempora: & quae lon-
 gissime sunt a nobis: uersari nobiscum & in oculis esse uideantur: sola est quae pariat homi-
 ni: aut aeternitatem in terris: aut quanta maxima esse possit diuturnitatem. Non cessemus igitur
 mortales ad illius opem confugere: quae sola benignitate sua in terris nos efficit immortales:
 Ne cessa tu Paule sanctissime huic te: & tua omnia facta: dictaque committere: aut nunquam interi-
 tura: aut sero si commiseris: Dices nimium de me sentire: qui polliceri ausim rem tantam: non
 esse tantum laudis in historia quantum in auctore: ego uero non id quidem inficio: sed illud cog-
 ito hominem me esse aetatis huius: neque nullo ingenio: neque sine omni disciplina scriptura-
 rum: omnia cum fide erunt: qui inculto addicient ornata uestem nudo. Ego tantum hoc possum
 praestare ut habiturus sis: si non idoneum scriptorem: non locupletissimum testem rerum a te gestarum
 pauca deficiunt.

Vale.

*Historia requiritur.**Laudatona
historia*

Paulus ut ad ueteris puenit tēpla Mineræ Nūc scibus superi: nūc nūc irēdite. Paulus
 Perfusus lachrymis procidit ante deos Nō sat hēt uotis poscere: dat lachrymas
 Auxiliū in Turcas cœlestiaq; arma scatus Corde gemēs: oculis udis cōstratus ad aras
 Nō sibi sed populo poscere dixit opem Ni flexit: lapides credimus esse deos.

Campanus Regi Ferdinando. S.



NON ita paruam accepimus plagam inclyte rex: ut tibi qui proximus es periculo: esse possit occulta: nec sinit ferus hostis iniurias dissimulare: quas inculcat augetq; indies: & confectos uulneribus ferire non cessat. Audiuisti irruptionem Turcorum nuper factam: qua Illyrios inuasērunt inuasos diripuerunt atq; omni pubertate casa: in seruitutem mulieres: pueros: infantes absportauerunt. Continuerat se domi aliquandiu illorum rabies: sanguine nostrorū totiens repleta: nunq̄ faciata: timebant nostri: & quod factum est futurū intuebantur occupata Græcia: subactis Ponticis nationibus: atq; omni ora Euxina redacta in potestatem: aut Pannonii aut Illyrii qui essent debiliores minusq; parati inuaderentur. Sciebatur parasse Turcas exercitum ingentem: sed quo moturi essent explorari non satis poterat. Quippe ita dubio in loco se collocauerant ut utram in partem mallent proficisci: subito possent: altera spectabant Illyrios: altera Pannoniis iminebant. Vtroq; quantum in se fuit Ro. Pont. auxillatus est: utrisq; pecunia est missa. Fera bestia non tam ubi pugnare cum uiris q̄ ubi occidere imbellem multitudinem posset: uertit impetum: dimisit Pannonios qui erant parati ad resistendum: inuasit Illyrios qui satis parari nō poterāt: facta est cædes quantam audiuisti: faciet mox maiorem nisi resistatur: resisti sine te haud quā potest. Caput est religionis christianæ summus Pontifex: habet oculos unde uideat nostrorum clades. Habet aures unde gemitus audiat christiani populi: robur in membris est: inter membra præcipuum es tu: tam illi uicinus ad defendendum q̄ ad ostendendum Turcæ finitimus: In te magna ex parte sitæ sunt illius uires. Sine te audire & uidere pōt christianas calamitates: auxiliari sine te & subuenire non potest: tecum omnia poterit. Quæ illius sint uires cognitum est tibi: caret exercitibus magnis ī amplissima umbra nominis exiguum corpus latitat: caret exercitibus magnis: classem & nauigia nō habet: pecuniarum quantum obuenit: quarum magnam partem custodiendis arcibus & cærimoniis necessariis consumit: partem iam ad Hungaros: sæpe ad Illyrios misit: partem paratus est mittere. Ad hoc illius pecuniæ expositæ sunt: nec unq̄ ille alia de causa concupiuit: nisi ut Turcarum impetum posset reprimere: sed nō sunt tanti illius thesauri ut queant sufficere: perdere est exiguum olei ingenti flumine tantum obiectandum est quantum possit extinguere. Nec est amplius cōsultandi tempus: nullus uerbis relictus est locus: factum opus est: atq; utinam sufficiant facta: utinam nō sera sint remedia nostra: perniciem curamus: non uulnera: ad cor ipsum penetrauit ferrum. Non agitur iam de orientis imperio: septentrionem magna ex parte amisimus: imminet occidenti ruina. Nam quicquid Moræ in periculum crescit: quantum de nostris uiribus detrahitur: tantum inimicorum accedit robori: & dū singuli carpinur uniuersi concidimus. Maiores nostri bis a foeda Sarracénorum seruitute Hierosolymam uendicarunt. Nōs in Italiæ faucibus habemus Turcas: quotidie fiūt propinquiore: nulla dies in qua christi greges nō iminuantur. Audaciorē facit lupum canis qui latrat & fugit: dū multa nequaq̄ loquimur: dum cōcilia cōuentusq; celebramus: crescūt hostium animi: contemnūt ignauiam nostram: & tanq̄ rapaces aues fuga & errore nostro ad impetum maiorem excitant: nec soli timendum est Italiæ quāq̄ huic maximæ: sed omni genti christianæ metuendū: atq; ita metuendum ut iam metus ī dolore sit: pati iam cepimus quæ timebamus: durum & miserabile est tot prouincias amisse: Pontum: Capadociam: Galatiam: Bittiniam: Pamphileam: Phrygiam: Misiam: & quæ græco noīe continentē natiōes alias: hoc postremū est uulnus nisi statim accurratur ferale & mortiferū: dū nō est qui resistat debiliores inuadūt: ad robustissimū uentū est: ad iugulum petiti sumus: & Pannoniæ & Italiæ cōterminū est Illyriū montibus: illos uero & mari attingit & littore: tū quod perniciosius est: nerui Italiæ attriti sunt: Illyrio deperdito ad hunc diem re nauali a Turcis non sumus superati. Sæpe Veneti soli obstiterunt illorum audaciæ: & ne in Italiam transirent impetum omnē represserūt: fracti Illyrii qui & callerent rem nauticam: & conduci exigua mercede consueuerunt: nunc illis amissis patebit hosti Ionicum pelagus: in intimū Adriaticū cū uolet penetrabit: quot remiges nri ad illius classem transierūt: & qbus tuebamur nos ipsos: nūc ab eisdē oppugnabimur

f

terra Hungari defatigati sunt: mari Venetus: nō audeat occurrere: in angusto miseri pre-
 mimur: aut Helespontum penetrabit hostium classis: aut in Illyriis comparabitur: utrum
 uolent in arbitrio erit: peninsula est Italia: omni ex parte non a Pyrratis & Ciliciæ præ-
 donibus ut olim infestabitur: sed a maximis copiis undequaque inuadetur: obsidebit: di-
 ripietur: & nec his contentis hostibus conflamabitur: & si aliquandiu abstinebitur Italia
 quæ sit in armis: & potens habeatur: exposita est Sicilia sine classe: sine armis: sine præsidio:
 nullo labore ueniet in hostium potestatem: Sæpe a Sarracenis occupata fuit ea insula cū
 & staret: Græcia & Italia floreret. Quid nunc timendū est: prostrigata & iam deleta Græ-
 cia: Italia prope obsessa: non est Sicilia contemnenda: nihil magis ad hunc diem uisum
 est defendisse Illyrios quàm sterilitas agrorum: ubi quæ saxa & montes incolant haberi magni
 exercitus nequiuert: Sicilia omnium quæ christiani obtineant post unā Crætā feracis-
 sima quasuis maximas copias potest alere: portibus habundat commodissimis: ita posita
 est ut Ionicum pelagus sinumque Adriaticum æque atque in Tyrrhenum & Gallicum &
 Gaditanum possit excurrere: poterunt in ea insula Turcarum & Sarracenorum qui sunt
 in Lybia fieri cōmercia: coniungi classes: & communi bello res geri: quorum eadem est
 secta: & par in christianos exercent odium: quæ si accidant actum: una christiani omnes
 interimus: quanquā scimus fluctuare nos posse: demergi nisi nos inter ipsos demergamus
 non posse: ad hunc diem nulli qui recta senserunt oppressi sunt. Fons errorum omnium
 Græcia ipsa prima exhausta est. Bossinenses Manicheorum infecti labe nuper concide-
 runt. Utinam Illyrii non acrius plectantur quàm peccauere. Multis ex ea gente uicinitas of-
 fuit: dum aut cum Bossinensibus habet cōmercia: aut Græcis assentiuntur: Decepti sunt:
 sed non semper tuti sunt: etiam qui optimi: & sæpe negligentia pro culpa est. Nec finem
 habent propositum Turcæ quatenus correpturi sint omnia: parant incendere: nunquā in-
 cendio daturi modum: donec supersint christiani: quos igni & ferro persequantur: nec im-
 perium quærunt nostrum: sed excidium meditantur: neminem putant uicisse: nisi cū aut
 occiderint: aut quod æquæ miserum est: uendiderint quem uincerunt: & tamen neque oc-
 cidere sine acerbissimis cruciatibus: neque uendere sine summa ignominia contenti sunt
 Aperi oculos: intende aures optime Rex: accede in partem sollicitudinis cum patre tuo
 summo Pontifice: iuua illius consilia ulciscere fratres tuos qui perierunt: subueni aliis qui
 nisi tu succurras statim sunt perituri: aut carnes facta ad uindictam: aut fuga ad misericordi-
 diam te excitet: tota Apulia Illyriorum fuga referta est: cateruatim se in scaphas piscato-
 rias & nauigia coniecerunt: parati potius pelago immergi quàm uiui in hostium manus inci-
 dere: te appellant ad auxilium sui: ad uindictam suorum: si si te non tangant: moueant si
 beri: uxoresque tuorum: quibus idem propositum est periculum: nisi resistatur. Aqua opus ē
 non clamore. Ardet res christiana: præcipuus es tu: qui si celeriter occurras incendiū tan-
 tum possis extinguere: per stipulas aridas hæc hæc hactenus uagata est flamma: debiles fue-
 runt nostri qui ceciderunt: Nulla adhuc cū fortibus arma conseruit Turca: nisi cū Hun-
 gari: quos ad hunc diem fratri numero oppugnare sæpe potuerunt: expugnare nunquā po-
 tuerunt: nec minus acceperunt detrimenti quàm intulerunt: sed nec expectandus dum uirgulta
 rescindat hostis quo truncū possit excidere ne uires quas nūc habet dispersas paulo post
 colligat totis uiribus in Pannoniā si modo prius abstinebit Italia: cui totus iminet: nunc
 nūc quanquā sero: tamen pro reliqua spe insurgendum est tibi: ne si spatium detur Turcis:
 sese recreandi ex its laboribus quos nuper susceperunt integri uiribus: & recenti uicto-
 ria auctis nos adoriantur. Nec est quod propter illorum multitudinem desperes: non tu
 solus molieris bellum: gloria prima erit tua: qui primus armaberis: labores cōmunes cū
 multis: te Hispani: te Galli: te Germani subsequantur: alios pudor: alios æmula gloria:
 multos religionis studium excitabit: nemo patietur se unū cessare in hoc bello tanto ma-
 ximum erit incipere: cætera sua sponte conficientur: nōdum Anconam peruenerat Pius
 traiecturus in Asiam: & iam hominum qui arma ferrent plusquam triginta milia conuenie-
 rant: parati omnes suo ære: nullius stipendio pro fide militare: & tamē omnis Gallia atque
 Germania: Hispania quoque omnis esse in armis & accingere se ad hoc bellum ferebantur:
 quid futurum fuisse censeas si traiecisset: nec statim migrasset e uita: maius est studiū
 religionis quàm arbitrare: nemo nisi qui sint ignauissimi aut pietatē exuerūt oēm non modo
 pugnabūt pro defensione religionis: sed etiā mori recusabit. Dicis fortasse quod ad me hoc bel-
 lū: nūc caput ego religionis: nūc imperator christiani exercitus designatus: nūc publicū collatū

æs: num ætate maiore: num atq; uiris: pecuniis plus cæteris possum. Quot sunt qui me
 omnibus his rebus antecedunt: Est Pontifex maximus: est Imperator: est Gallorum rex
 sunt & alti quorq; opes pares: auctoritas nō minor habeat. Ego uero præstantissime Rex
 non te cæteris maiorem esse dico: sed cæteris gloriosorem fieri cupio: nec pertinere ad
 te potissimum expeditionem hanc censeo: sed te primum hanc præclarā prouinciam
 suscipere affecto: gloriam opes & fortuna faciunt: nec gloriosior est qui plus possit q̄ cæ-
 teri. Sed qui magnificentius studet præstare quod possit: nemo regum christianorum qui
 uituant regnum aut peperit aut defendit partum maiore uirtute q̄ tu: In aperto est gloria
 tua: multum hæc tuis: multum externis pollicetur: atq; hoc maior est omnium de te con-
 cepta spes: quo constantius fortunæ imperium superasti. Tum peculiare fuit regibus no-
 stris: in Græcia & Macedonia: in Asia pro religione dimicare. Guiscardus qui fertur pri-
 mus ex iis quorum extet memoria regnasse i Calabris paruis copiis: maxima aggressus:
 & Sarracenos Apulia detecit. Hicéphorum Græcorum imperatorem q̄ eis faueret cum
 septuaginta milibus hominū fugauit: Michalem imperii consortem interfecit. Alexium
 alium Imperatorem q̄ Venetorum classe adiutum profligauit: subægit Dirachium
 Henricum Imperatorem Pontifici infestum Roma deturbauit: & nisi apud Ioppem in-
 sulam morbo fuisset extinctus: imperiū i Italia statuere posse uidebatur. Pari gloria Boe-
 mundus filius qui primum paternis: mox suis ipse auspiciis bellum gesserat in Græcia:
 Cum Rogerio fratre in Apulia conflictatus: subito ueluti furore percitus serica ueste in
 medium afferri iussa: & sibi & suis crucem quam pectore assueret: confecit. Vexilla idē-
 dem cruce distincta erigit: atq; ita profectus in Asiam: primo impetu Niceam urbē recu-
 perat: inde prælio quod aduersus Persas atq; Arabes cōmissum est: leuum obtinens cor-
 nu: ex quadriagentis sexaginta milibus Sarracenorum centum milia ad internitionem
 profligauit. Cæteri longissima fuga dissipati in intimam Persidem r. fugere: mox ipso fra-
 tre cum paucis amisso Antiochiam obsidione: Ptholomaidam prælio subægit. Tandem
 maximis gestis rebus recuperata per duces Hierosolyma: in Italiā gloria plenus reuer-
 titur. Eius nepos Tancredus qui Boemundum ipsum Antiochiæ captum per fraudem li-
 berauerat: seruauit Antiochiam. Laodiciam prælio expugnauit: facinora pro religione
 maxima & præclarissima fecit. Rogerius & ipse Guiscardi nepos: is qui Galluti obsessus
 a Pontifice: mox ab eodem coronatus est: Magna classe atq; manu aggressus Affricum
 Lybiæ regem in pugna superatum: pendere tributum coegit: quod annis circiter triginta
 persoluit. Manuelli Græcorum Imperatori q̄ prohiberet christianis copiis transitum: &
 ad Sarracenos esset propensior: Coreyam insulam & Corinthum ui atq; armis eripuit.
 Ludouicum Gallorum Regem a Sarracenis captum: superata illorum classe liberauit:
 cum in Palæstinam contendens forte in hostes incidisset: mox Constantinopolim amo-
 tis signis suburbia incendisse traditur: & Iponia ex regis ortis sua manu decerpisse spe-
 ctante: nec opem ferente Hemanuele. Quid Guillelmus Rogerii filius ultimus e fas-
 milia Guiscardi: quo animo: quanta pro religione molitus est: nōne Tanaos ægyptiorq;
 populosissimam Urbem prælio captam spoliauit etiam Græcis aduersantibus. Andro-
 mico Imperatori qui tutor relictus a patre Alexium pupillum præcipitauerat in pelagus
 Regnumq; occupauerat: & Latinos atroci persequeretur odio Thessalonicam eripuit:
 Vrbes alias in Thracia atq; Græcia partim affixit: partim deleuit. Classē aduersus Sa-
 ladinum Sarracenorum regem quadraginta triremum misit. Cyprum consensu christia-
 norum suæ custodiæ traditam conseruauit. Saladinum maximis affectum incōmodis re-
 iecit in Syriam. Federico primo cæterisq; traicientibus in Asiam: & nauigationem tutā
 præstitit: & annonæ ex Sicilia atq; Apulia quantum opus fuit sumministravit. Iis accessit
 ex eadem natione: non ex eadem familia Carolus: qui & ipse naualibus copiis adortus
 Affricam & tributum a Tunisinorum rege & ut libera esset nostris hominibus p Aphri-
 cam prædicandi facultas: simulq; ut uellent impune christiani efficerentur extorsit. Vide
 q̄ proprium est regum nostrorum ut foris dimicent ut religionem late tueantur: quorum
 tu exemplo mei debes & eos tibi præponere imitados: qui fuere præstantissimi. In fami-
 lia Aragonum unde tibi origo est q̄ multi fuere summi Reges qui religionem defende-
 runt: defensam extenderunt atq; amplificauerunt. Ferdinandus gentilis tuus: a quo tu
 non modo nomen & stirpem accepisti: annis iam hinc ducentis quadraginta cum alia
 permulta gessit religionis gratia cum in primis Valentiam Urbem & Baleares insulas

ereptas Sarracenis: primus ad christianū ritum cōuertit: & ut taceam auum tuū summū regem: aliosq; qui illum antecesserant. Alfonso pater: quo rege nihil ætas nostra parantumq; nostrorum uidit aut audiuit maius: quot bella cum Mauris gessit: quot inde reportauit triumphos: quæ tributa exægit: quanta impensa Tyrrenū pelagus turatus est: Quotiens ille classē quam in Asiam mitteret comparauit: Quas Illyriis subsidiarias manus quot annis misit: quas arces media prope Asia quæ nostris essent saluti edificauit: Quotiens Hellespontum penetrarunt illius Triremes: præuidit ille tempestatem hanc nostri temporis. Nicolaum Pontificem ad expeditionem Asia suscipiendam crebris legationibus hortatus est. Calixtum habuit suspectum: sed tamen & iuuit cōmeatibus exercitum & classē quam una mitteret edificauit: mors tantis rebus & tam necessariis eripuit eum nobis. Eius uestigia tenenda sunt tibi: atq; eo diligentius quo meritis astrictior: ille ecclesiam aduersam: tu secundam habuisti. Multæ & præclare uirtutes tuæ sunt: sed nulla præstantior q̄ q̄ accepta beneficia nō modo nō dissimulas aut inficiaris: sed extollis & prædicas. Eugeniū a ciuibus Roma depulsum: Alfonso pater quāq; ab eo bello lacesitus restituit Picenumq; illi sua pecunia: suo exercitu recuperauit: modis omnibus rem ecclesie auxit. Tu destitutus a tuis & plane proditus cum regni maximā partem amississes: & optimates fere omnes ad hostem defecissent: a Pio sic es adiutus: ut omnis tua calamitas stimulus illi fuerit atq; incitamentum ad te defendendum: reddere iam debes florentibus rebus tuis quod attritis accepisti: fer opem fluctuanti ecclesie: in qua tu opem tuis temporibus inuenisti. & si communis res agitur ut neq; tu sine illius iactura: neq; illa sine tua pernicie cadere posse uideamini: nec est Turca cum quo societatem inire aut fœdus possis: fœdera apud perfidum fidem nō habent: & iam pridem iuratum ferunt: nullū se christianis ius: nullam fidem seruaturum: quare ne existimes stare nomen tuum posse si ceteri defecerint: una labes inuoluet omnia bona: dire tui corpora seruituti uxores & filia libidini dabuntur: si ferro nō dentur: ut paulo ante Græcorum & Besomensium reges danti sunt: & nunc in Illyrio si qui sunt dantur. Nec ullum adhuc iudicium apparuit in Turca clæmentie: cruore nostrorum efferatus humanitatem abiicit omnem: etiam in suos crudelis ut sperare nō possint alieni innata perfidia ut credi illi nō possit salutem pollicenti. Innata crudelitas ut nihil apud eum possit misericordiam imploranti: omnia eius consilia in sanguinem & prædam uergunt: sæuitia in spectaculo & libidine est nec sacris parcit auaricia: nec crudelitas infantie: & cum nunq̄ auditū sit ut in mulieres & infantes etiā atrocissima de causa sæuiretur. Turcæ primi conditionē belli: pacta humanitatis: ius gentium uiolauerūt: q̄ si est in armis quod æquum sit ualeat & illi uictoria cedat: qui pugnet honestius: iam palma in manu tua est: qui pro capite tuorū pro uita tua: pro nomine christiano nō modo iustum bellum: sed maxime necessarium sumpseris. Vale.

Campanus Cardinali Papien. S.



I curæ tibi sum: ut & ipse mihi persuado: & tua in me nunq̄ intermissa beneficia declararunt: iocundissimum tibi futurum arbitror: qua ualitudine sim intelligere: nō hominū opinione: aut incerta fama: sed testimonio meo.

Sut mihi q̄ fuerant: uultus: est robur & ille

Pristinus in uiuo lucidus ore color

Iā uigiles ridēt oculi: latebrasq; relinquūt.

Stantq; genæ: & tonsa tpa aperta coma

Ossa latet: nec iā costæ numerāt & arctus

Nec cadit ardenti concita uana face

Iam uides magnifice de me sentire morbo tanq̄ hoste superato: nec fuit ulla unq̄ pugna audita truculentior: ut quod est de Carthaginensi bello dictum propior periculo fuerim qui uicerim. Factus eram paulo remissior dum egrotarem: obscura claris: maxima minimis paria existimabam: tanq̄ omnia eodem exitu paulopost defectura. Nunc cum uiribus corporis etiam animi cupiditates insurrexerunt: nec tam qua morte decedendum mihi sit cogito: q̄ quo pacto laute: opipareq; uiuendum: ut sape quæ propiora sunt ceruimus: ad temotiora colligamus. Delectat me mirum imodum libertas uitæ remotū a fastu: strepituq; populari. Idem tibi euenire intelligo.

De salute

de conualescentia

Silens ubi anna stringit alta populi:
 Et quercum cacumina.
 Sagace cinctus aucupe: & latrantium
 Caterua nō una canum.
 Patentem agrum undiq; obsides **Quiritiū**
 Humi repostis cassibus.
 Hians & in prædæ ad alta montium
 Dolosa tendis rætia.
 Nemus p omne cōstrepens:reconditā
 Agas ut in plagam feras.
 Vel alitis superbus arrogantia
 Maritos prændis turtures.
 Edactibus turdis sæuus iminens
 Dolos his mille construis.

Mirum inquires: unde ad me ista tua uiuendi conditio puenerit: nulla est coniectura. quic quid agas: quocunq; eas: dispositi sunt exploratores: non illi militares quos odium rapit: sed qui in summa charitate esse consuerunt: sollicitudo: cura: desiderium: unde pcontatio nascitur in me & in amicis meis & necessariis studiū: qui tum rem grauissimam mihi facere posse se censent: cum de te significant. Petis quo pacto me habuerim in Pii morte: quo animo tulerim hoc tu potes ex te ipso iudicare: Neq; enim maiora in te fuerunt beneficia: sed merita in me minora extiterunt: ut nihil maius tibi Pius contulisse q̄ mihi uideatur: etiam fortasse minus: nam tu dignus eras uel maioribus ornamentis: mihi super meritum contigit: & te pro summis laboribus: pro præstantissima uirtute tua: me pro sola summa beneficentia exornauit. Igitur quo uolueris affectus sim accipe.

Nūc cytharā: nūc pleetra mis Cāpane res
 Pēdeat eiecta tinnula chorda lyra(cōde
 Nō laurus hedreræq; iuuēt: n̄ thespias ūda
 Teq; nega extincto uiuere uelle Pio
 Ille tui suauis fuerant quo iudice cantus
 Ingenii fautor concidit ille tui
 Nūc cytharā: nūc pleetra miser cāpane re
 Pēdeat eiecta tinnula chorda lyra(cōde
 Nocte licet centū spatiosa uolumia surgāt
 Et totidem crescant uberiora die
 Aure cares: laudat nemo: dat p̄mia nemo
 Nec te quod possit pungere: calcar hēs
 Ossa Pii ingeniumq; tuū studiūq; tulerunt
 quæq; Pii hæc eadē te quoq; busta tenēt
 Nūc cytharā: nūc pleetra mis Cāpane res
 Pēdeat eiecta tinnula chorda lyra(cōde

Dubitare nō potes hāc aī cōsternationē esse magnā: & nisi quia ex Pii. ii. morte suscepta est mollē & indecorā potuisse iudicari: nec ita frangi oportuisse tirū sapientulū & philo sophulū: ut ipse me soles appellare. Sed quid de Pii exitu: fateor aliquanto negligentiorē me fuisse: sed id factū ē ne qd temere aggrederer anteq̄ essent cōperta oīa quæ ad illius gloriosi Principis laudē p̄tinerēt. Porro laudis cumulus ille ē amplissimus cū ita emigratus e uita ut e maxīs opibus: e sūmo impio discedere sine molestia uideamur: qđ audio Pio Pont. in eius exitu cōtigisse. Sed hæc in quā tūc dicent ubertus: atq; illustrabunt cum erūt explorata & cognita: cui rei tu præcipuus eris adiutor. Sed uide quæ admodum uafra illa & subdola caliditate mea gloriam diut Pii cū noui Pōtificis gratia coniunxerim.

Dū par adriacū cōscēdere nauibus æquor
 Auxiliū prestæ ferre uolens Asiæ
 Dura Piū magnū: cuius par gloria cœlo ē
 Ereptū nobis fata dedere Ioui.
 Siue hūc maluerint sponere sydera cœlo
 Siue ducē hunc terris iūda sustulerint
 Hostibus an potius turcis fauisse putādū ē
 Bella quibus terra: belle mouebat aqua

Modo iouis sub arbore atra sibiſa
 Vocant inuisandas aues.
 Solo modo patentē sternis aream
 Resectis a stirpe arbutis.
 Modo per alta passerum cubilia
 Merfasq; ripas uepribus.
 Reconditis in sepibus latentia
 Minora tendis rætia.
 Nec ante sydera Archadū micantia
 Vagasq; cœlo Plyadas
 Domum reuertere oscitante uernula
 Portisq; dormientibus
 Manu referta uel fugace damula.
 Vel apro: uel lepuscule.

Thœsteas incolumi seruat si stipte natū
 Moxq; dat ardenti fratibus orba rogo
 Cōiugis Alcestæ moriens si fata redemit
 Admetiq; animā prætulit illa suæ
 Visa tua ut Gracho ē potior Cornelia uita
 Cūq; tuam posset perdidit ille suam
 Utq; Machaoniis proles Thæseia succis
 Materna Isiacus uixit ut arte puer
 Cur mihi non etiā fatis opponere fata
 Aut uti certa nō licet artis ope
 Si stygias mouit uates Rhodopeus undas
 Et quæ tunc primū uix patuere fores
 Cur mihi q̄ cythara ē fidibus caret illa so
 Heu n̄ Strimonix par fuit illa lyra(c̄noris

Turca quid exultas: nō est ita mortuus ille
 Omnia ut extincto sint tibi parta Pio
 Et uiuens hic se Venetis cōiunxerat armis
 Imperiū Venetis detulit & moriens
 Cuiq; Pius quondā fuit iplacabilis hostis
 Nūc magis ut timeas iprobe Paulus erit

*Optime quidem laus
 Paulum benefecit*

*laus hominis pot
 mi.*

Iam tui erit officii quod cum Pio ægisti: in Pauli nō dico noticiam: cum satis sim cognitus: sed gratiā ingeras. Nam his ego natus sum fati: ut nisi unius Papiensis opera fortus natus esse non possim: scio tuam illam ardentissimam sitim nondum expletam esse. Sed aliud est recreare sitientem: aliud explere. Et mihi hoc quoq; adhibendū est temperamētum scribendi: ne cui uoluptatem uelim afferre: afferam tædium: ut qui in saturitate fastidii in recreatione fatigationem subuerar. Itaq; hoc mixtum scribendi genus aspernatus in cæteris tecum maxime utor: ut si cætera nequeant uoluptatem: uarietas ipsa possit afferre. Vale unicum præsidium Mancipoli tui: Et si æquū est Reuerendissimis dñis Senensibus meo: & Rauēnsi me cōmenda. Terami. xv. Martii. M. cccclxv.

Campanus Cardinali Papiens. S.



HODIE discessimus e balneis: & quidem siticulosi & bibuli: paraueram epistolam paulo curiosiorem: qua tibi de omni statu nostro significabā: de balneis multa: de cælo q̄ plurima: Sed cam hodie cū cætera supellectile Senam imprudens misi. Qui de improviso nactus sum nuntium: de improviso scribo: Epistolā accipies: cum Senam puenimus: nō sum ego qui in præcipiti lapiam: aut musas consulam in cursu. Venit Romam Anthonius Senensis scriptor apostolicus: & dño meo Senensi q̄ gratissimus defensus causam suam. Senensis est: ex Pii familiaribus est: illi uiuenti: quantum eius tulit ratio inseruit: eo mortuo nepoti inseruit: a Pio acceptum quod nunc defendit: Vide quæ uincula: quæ cathenæ te stringant: ad eius defensionem suscipiendam cōmendat eum tibi Sena tua. Cōmendat Pii dignitas: q̄ te omnium suorum propugnatorum constituit: ut eius in omēs tuearis beneficia. Cōmendat etiam dñs Senensis qui eadem de re ad te scribit. Etia ille superciliosus Campanus tuus: aut maui Barduli collusorem dicere: tibi cōmendat: atq; ita cōmendat: ut Falconis mei offensionem sic agas: ut hic: quem tibi cōmendamus: nihil accipiat iniuriæ: durum est iniquitas: canes de præda contententes conciliare: quā alter teneat: alter deposcat. Sed illud est ingenium tuum: ut etiam quæ fieri nō possunt: cum uelit: faciat quid in causa sit: aut q̄ modus interueniat: nemo uidet melius q̄ tu: nemo concludit melius q̄ tu: nemo conficit: inficit: officit: efficit melius q̄ tu: uelis modo omnia in portu erunt: imo sunt potius: de uincis tibi hunc ipsum cuius res agit: propinquos omnes qui nō infimo sunt loco: & qui ei afficiunt: obligabis: & nos alii cōmendatores uiuere apud te: & aliquid posse gratulabimur. Vale: & illas litteras ad gentes zc. mittas & sermonem meum de spiritu sancto: cuius copiam habeo nullam: remittas oro ut possim: ut tu tua: sic ego mea legens intumescere. Cōmendo me. D. V. R. Inmilitar Pientia. xxv. Iunii. M. cccclxvi.

Campanus Cardinali Papiens. S.



DISPARI fortuna: par amor: & tamen nihil hac nostra diuersitate contumacius: iter nostrum comitatus est Papiensis: Romæ cum remansisses: nobiscū ueniebas: si nō tecum de te sermo habebat: discessimus repente omnes. Fuit iocundum adisse te nō modo patronum meum acrem: sed etia censorum grauem & sæuerum: quæ tua fuisset querela: imo calumnia potius: si te infalutato discessissem: iter neq; mihi neq; hæro meo laboriosum tanq̄ ad insulas illas: quas uocant fortunatas cōnauigantibus: ubi omnia læta: molestum nihil: prima die uenimus ad Cremeram flumen siue Baccanum: siue maui stulticiam meā: & comitatu uenimus teutonico: nam graue & bellicum est germanicum dicere. Postridie primū Roncilionem pransi sumus: deinde Viterbium contendimus. Roncilionem sinistro omine accepti sumus: q̄ arcem siue palatium custodiunt transeuntibus nobis Turcum: Turcum uoce altissima congeminarunt: idq; sæpe & ingredientibus nobis: & egredientibus congeminatū: horruitur omen: nō accepimus. Visum est propter recentem nuntium: & Epyrotarum calamitatem indignissimam uocem illam: nomenq; audire inimicissimū: & præter sanctissimi dñi nri dignitatem id fieri nō posse iudicauimus: dicent fortasse unum fuisse qui clamaret: nescimus an unus fuerit: certe multi aut hortabantur aut assistebant: leuis est res: sed pro temporum conditione grauissima: intelligo id prælatis omnibus transeuntibus fieri: sed in cæteros ferri fortasse: in Cardinalem nō debet. Tu si quid facto opus sit facies: etia quæ minima sunt: pondus habent cum pendet trutina. Ego quantum in me fuit impatientissime tulit Viterbii: per diem placuit subsistere: q̄ Cardinalis ex itinere ac morbo defessus aliquantisper uisus est recreandus: hodie Vulsuuiū appulimus: cælum iam prope patriū: & clæmens nescio quid polliceri mihi uideatur de dñi ualitudine: nō sitis eadem ardet: quæ prius

usatio epistole derypeta
sic

Causa ingenij &
fortuna

De abscissa

deco ualitudine

nō tenacitas hæret spūti: & esurit ad horam: & cōtequit quæ sumunt: hæc spem faciunt cum accedent balnea ad pristinam ualitudinem rediturum scripsi hæc: ut incipiam iam nūc parere Papiensi qui me ut singula p̄scriberem: hortatus: etiam in itinere liberum esse nō sinit. Tu quid promiseris nō ignoras: primū litteras illas tuas ad gentes & regna: deinde interuentū apud uisurum: litteras & si curo nō magnope: tamen cum sciam te ip̄t̄ mis dicaculum esse: & orationem tuā subdolam acutam penetrantem: & quo impetu nequit blanditijs & confricationibus penetrantē: ut nihil scripseris tam grauit̄: ut non putem grauiora scripsisse: qui sagittas loqueris: saxa moues: fistis flumina: & eadem cū opus est: manus ac lingua felle: melleq; decertat: negotium & interuentū curo: qui iam sopitus erga me uideris: exercitari aliquādo debes: ocairbmi ozem ots: si inepte scribo: proximū montem: qui uiuos homines in somnū rapit: accusa. Cætera ioci gratia. De Turco plus q̄ serio scripsi. Dñs meus tibi ultraq; cæteris mortalibus deditissimus iussit quotiens scriberem: se tibi cōmendarem: si quid eum uoles facere: rescribito. Ego ad ea quæ tecum locutus sum & pilosissimus & paratissimus accedo. Fœliciter ualeat Reuerēdissima. D. T. Vulsuuii. vi. Iulii. M. cccclxvi.

Campanus Ia. Minutolo Luceñ. S.



Nteuertisti properantē: erant tabellæ iam obsignatæ cū tuæ ad me litteræ peruenerunt: nō deerat tabellarius uia tam celebri: defuerat tñ qualem archanula nostra expetebāt: nō sumus quos oporteat pascere populū fabulis. Nam & si nihil ad te scribi potest nisi sanctū a Campano. Iocamur tamen nōnunq; liberius: & quod tanta postulat beniuolentia recreamur litteris: ac omni porrecta ruga supercilium frontēq; laxamus: ut sæpe leuiores gaudet: quæ grauiā fatigarunt. Quare distuleram nō ad te scribere: quod iam feceram: sed cōmittere quæ scripsissem. Diligentiam tuā de qua me diffidere arbitraris: tam habeo prospectam & cognitam ut in quæ res nostræ liberius reclinent: habeā neminē: absente Papiensi modo desperabam negotium cōfici posse: repeti eursum uitæ omnem ex quo me permisi curialibus undis: nunq; fœliciter nisi illo duce nauigauī. Ille nauta: ille Remex fuit: quotiens ad portum ueni aliq; ductu: aut naufragium factum est: aut iactura: aut plane nihil lucri reportatum. Egori salus pluraq; in medico est: ac plurimū refert qua erga illum sis opinione qui te curet: præsertim in quo speres: & te sæpe a maximis ac grauissimis periculis liberauit: tum sæpe causam ornat auctoritas patroni. Defendi hoc tempore Campanum a Papiensi pulcherrimū est. Extincto Pio solus est qui tueatur ingenia: estq; eius defensio nō modo patrociniū causæ: uerum etiam meriti testimoniū: Sed hæc in cæteris mecum autem eo uentum est: ut neq; ego aliq; opem implorarc: neq; ille me deserere honeste possit. Sciebam itaq; præcipuū tibi esse studiū rerum mearū: Sed de mea quā dixi fortuna dubitabam quæ ad hunc diem omnis ab illo uno uisa est pependisse. Amicos rum quos alios multos esse dicis si nō pari consilio atq; auctoritate: nō tamen frigidior animo. Scio mihi turbam esse magnam: sed turba sunt: uocem afferunt: uires nō possunt adhibere: quas uel sibi nō habent: omnem tamen dubitationem tollit diligentia tua. hæc mihi & Papiensem ipsum & omnē fortunæ auram pollicetur. Ianum tuū quem tantope dicis expectare nō equidem intelligo: somnio tamen frontispiciū posticariū. Sybillina sunt mihi tua scripta: adeo me frondibus inuoluis quas nesciam componere. Europam & impluū appalpito ut parietem cæcus: obstinatā quoq; mentem nisi cōiectura nō assequor. Volaterani morbus æque me habet sollicitum: amore enī erga illum a te non utin cor: spem tamen fecit Gaspar mihi qui ex Michaele fratre meliuscule illi esse intellexisse se ait: idq; cum iam esset in itinere: hoc unum uelim homini psuadeas: Romæ omnē æstiuum morbum mortem esse nisi secedatur: cum propter ancipitis cœlli occultam uim aut tabem potius: tum q; æstus sunt ardentiores q; ferri possint: uel a robustissimis. Insta q̄ potes enixissime: istinc statim ut abscedat priusq; autūno inuoluat. Nam & si æstas grauiissima est Romæ: autūnus tamen longe perniciosissimus habet. Periculo meo edoctus hæc scribo. Respuit medicamēta omnia Romanū cœlum per hæc tempora: nec ope aliqua potest atolli qui egrotat. Utinam istic essem ut simul & te ualentem & illum infirmum aliquo exagitarem simul ipse una fugerem. Tu quoq; inuigila si sapias tibi: Auroram si uoles uidere: salutato ebrius: lectus matutinus & meridiana umbra & delictarū multum: curarū nihil tibi sint comites: sol tibi per rimas interspiciendus est: caue per fenestrā intueare: pulueri danda pax est: nullū bellū turbulētius aut sordidius spectaculū: & quod ita male strangulet spectatores. Lecur ferit: obstringit fauces & plane hominē uiuum atq; ambu

Naziat in comoda
parat. Estate & Sa
Roma.

lanthem securum periculi iugulat: nisi stila sorbiciuncula palatum oblinias: gingiuasq̄ totis illuteſ Pomis: ante pleyadis occasum aut nō uescare omnino: aut lencē adhibeas quæ plus dodrante nō ferat: I utior eris si excludant mensa: tūcissimus si foribus deturbentur & ubi superiori corpori modus erit adhibendus: nodus inferiori adhibeat. Sed heu q̄ in qua & confusa mortalium fors: etiam ut lata tristibus permiscēt: latis tristia: quid aliud amicus q̄ gloriosa molestia: ut plures qui habeat doleat sæpius. Sinolphi nostri tam acerbam iacturam audire nō potui sicis oculis: uenit in mentem interitus fratris: & amici luctum ex meo dolore mensus: partem magnā acerbitatis: in me accepi quā in amico sum maximā arbitratus. Statueram consolari eū litteris: sed ueritus ne uerba animū nō æquarent: tacitus cōmunem mœrorem pertransibo: nisi quid tibi uideatur. Hunc ludimus qui uiuimus ut aut lugeamus nostros: aut quod æque miserum est lugeamur: nec conditione conditio tollitur: utraq̄ subeunda est ei qui diu uixerit: sed mitto tristia: scribam ad illum fortasse dolore sedato. Nunc acerbior est plaga q̄ quæ tolli possit unguētis: sed ne fel cœnam claudat mel accipe. Carina nō fluctuat cum temone detinetur. Nō semp esse ī portu classem oportet: uaga nauis frugi est: peregrinas merces nō fert: anchora: uela: quæstus: remo portum quærunt. Nautæ ægyptum petiere: opta secūdos uentos: qui thus expectas: iam festa celebraturus. Ego in tuo temone cōquiesco: qui utrūq̄ polum ita calles ut stela nō possis amittere. Vale & latus uiue.

Campanus Philiberto suo. S.

SERO quidem: sed tñ aliquando accepi litteras illas priores: quibus ut ipse ais quædam iuuenilia scribebas: utinam nunq̄ minus iuueniliter sentias: q̄ tñc sentiebas: oīa erāt grauias: omnia senilia: moleste ferebas Pii mortē nō tua causa: sed cōmuni iactura rei publicæ christianæ: Dicebas cupere te aliquid in eloquentiæ studiis ediscere: modeste loquebaris cum aliquid dices res qui multa didicisses. Postulabas ut Pii exitum nō negligeres: quid horum: nō plus q̄ senile! Addebas prælatum te iuuenem nihil plus q̄ ad sobrietatē aut comedere aut bibere: nō est hoc iuuenis ad uoluptatem omnia referentis: sed cōtinentis & modesti uiri: uideo te eundē fuisse aduersis in rebus: qui fueras in secundis: ut neq̄ illic attritus: neq̄ hic elatus iudicari possis. Exitum Pii libenter ornarem si haberem exploratum: quid est enī aut illo diuino Principe dignius: quod laudeſ: aut obligatius Campano q̄ laudet! hoc interest solum q̄ Pius ab omnibus est laudandus. Campanus unicum Pium debet laudare si quēpiam debeat: hoc tamen scias fateri me: omnia debere nō solum Pii memoriæ quæ apud me ut esse debet: ita est eritq̄ sempiterna: sed etiam omnibus qui Pii tam affinitatē q̄ amicitiam uel longissime attigerunt: sed hæc supuacua: nam & illi opis meæ nō egent & si egerent: præstare ego quid possem: Fient hæc igitur in Pii laudem cum omnia cognouero. Vale.

Campanus Cardinali Seneſ. S.

Tempus admonet: & officium postulat: & ualido patitur ut iam ad te redeam. Volui seruire tibi uiuo Pio cum magna fortuna floreret: nec licuit & fortasse potuisset mea seruitus haberi suspectior: cū fortunæ adulari & meis cōmodis studere me homines iudicarent. Utinā nunc liceat ueterem operam refarcire tanto studiosius: quanto & maiora tua in me beneficia intercellerunt: & securius a fortunæ suspitione deseruiam: officio magis daturus q̄ spei quicquid impendero: satis iam mihi fortunæ est: ope & magnificencia auūculi tui principis Pii secundū diues sum: nullius rei egeo: quæ citra ambitionē sic ille mihi domicilium: ille supellectilem: ille imperiū dedit: Nam imperiū est & quidē amplum cui omnia uel sine labore suppeditent ad uitam transigendam. Itaq̄ oīa mihi habunde sunt: sed nō iocunda futura nisi tecum una: nec dubito si adire Pium liceret: & loqui fata paterent: hoc mihi imprimis iussurum: ne cui uiuens me dederat se mortuo ullo unq̄ tempore: a nepote discedere. Accedunt eodem beneficia in me tua quæ tanta fuerunt ut fateri possim: non me magis ornatum esse a Pio q̄ a te conseruatum: qui a me nulla ipse in re unq̄ adiutus ita sustentaueris in hoc meo grauissimo & tam diuturno morbo: ut ne illi ipsi quidem qui me genuerunt diligentius potuissent: sed hæc sedent animo & quia re nō licet referre iocundū est. Expecto iam quid facere me uelis: illud tñ dixerim si uenia tua liceat facturū me Perusia transitum: ut illis nobilissimis foeminis de me oīa meritis obtemperē: quæ hoc a me & litteris & nuntiis instantissime postularunt: si tibi aliter uideatur cedam tempori: causa uero mea nullum pro illis periculum subterfugerem. Vale.

Collaudato
ua

de gloria acti
na & ama
torio me

offosa &
Amatoria

Oratio

Campanus Cornelio suo.S.



QVANTVM suauitatis:quātum gratiæ in tuis litteris: quæ inter lac melq̄
coniectæ spinæ:oblectasti me una & pupugisti:& Neapolitanū est in mor
su lamberc:uereris offensum: & subiratum me tibi:q̄ secedentem nō salu
taueris: ut uerbo liberem te uno offensus fuisset si salutasses. Occupaturi
de improviso Tuscos nostros:nihil æque ac moram fugiebamus.Cunctan
ter omnia & dissimulanter facta:neq̄ detineremur:ita clam noctu subiti defugimus:neq̄
illaturi amicis molestiam discessu nostro:neq̄ accepturi. Quare nihil est q̄ dubites iras
tum me tibi nec offensum quidem: de fide uero & æstimatione sero nos sollicitas. Iam
pridem paruis quidem in rebus:sed tamen decoxisti:debebas sudatoria & manicas pul
uisculum persoluisti molliculū & leoninū:& præterea exoticum unguentū nescio musto
an lotio infectum.Eriam prouocas me ad ueterem cōtentionem nostrā quantum uideo:
totiens a me uictus:tamen domari nō potes:Lupum canes:semones uultorios & calculū
& cætera extiua munitatis:facis paratiorem dum accendis:& acuit hostem qui cum irris
tat nō oppugnat:iam nunc seruo aliquid quod te cōuoluat:fies iterum nouo periculo cer
tior q̄ nihil ualeas:q̄ male agas peditem equitēq̄ parūq̄ regem tuearis: Erit mi Corneli
modestix tuæ parere tandem parietis:quem quo plus ferias:hoc altius uulnerere. fac in
ueniam te ualentem:cætera in pugna decernentur. Vale.

*ad excusatione**de absentia*

Campanus eidem.S.



QUOD tenearis studio mei & habeo tibi gratias & paratus sum ita contendere
re tecum hac pugna beniuolentiæ: ut nunq̄ uideri possim supatus. Tu quauq̄
longe de me falleris: oro tamen ut in sententia perites: dignum me censeas:
quæ ames:nusquā enī tam decipi hoīes cupio q̄ in hac de me opiniōe. Vale.

offosa

Campanus Gentili suo.S.



DE amore in te meo tu quidem minime falleris: quis eum non cumulatissimè
me amet:a quo prius sit ipse amatus:dicā prope q̄ cognitus:beneficiis meis
in te quid debeas nō uideo:quippe qui nec contulerim in te aut tuos quicq̄
nec somniauerim quidem:nisi fortasse id quod ipsa res est: beneficiū putas
nō quod quis præstiterit: sed quod paratus fuerit præstare si potuisset. Ego
& singularem uirtutum tuam mirifico amplector studio:& amore in me ac meos omnia
debeo:audiui de statu & ualitudine tua:io cundissime cura intelligam quotidie quid agas
quid Campano opus sit: ociosa ē amicitia nisi exerceatur: exerceri nisi mutuis beneficiis
nō potest. Vale.

*Amatoria**laudatoria*

Campanus Roberto Ariminensi.S.



LITTERAS tuas lætissimus legi.Prætura hæc statis temporibus designa
tur.Prætoresq̄ imo prætorū electores sorte dicunt. Expectatio & diuturn
na & anceps:satiū fuisse legatum ad populum Seneñ q̄ ad Campanum
scripsisse:mihī de te adeo peruasam ē ut omnia tibi æque ac tu ipse exopt
tem:ambibimus ciuium primores quos rei tuæ affuturos putabimus: tuos
eleges:nō omnes intelligunt: si qui nō ii sint: suspectum habent Amatorium Praetorem
cogitant q̄ periculosum futurum sit cōmittere homini licencioso potestati: & poetas qui
dam sapientum pelli ciuitatibus uoluerit: q̄ molliores sint q̄ uel priuati ferri possint.Iam
quid in magistratu sperandū sit uide:sed est unde omnia refutent. Habes uxorem:habes
liberos:est ubi æque pati iacturam possis q̄ inferre hoc uno argumento suspicionem hæc
omnē abrademus.Ego mi Roberte sic agam ut nō te pœniteat ad me scripsisse:nā pro
missa illa tā uetera prorsus exciderant:quod capi poterit spei arripiemus:cætera ex euen
tu aucupabimur. Vale.

Campanus Leonello suo.S.



VENIT istuc:aut rediit potius Fabritius noster:Inuideo illi:inuideo tibi:ille
cum angelo:tu cū Gabriele uersaberis:coibit cœlum uoluptatibus uestris.
Latino sermone si delecteris ualde placet: potero tecum multa hoc i gene
re cōmunicare. Tu enim quantū eloquentia illa cœlesti me uincis:tantum
latinitate superas:græcos uterq̄ odimus:nō quia nō sint eruditi & habeant
multa quæ non fas sit cōtemnere:uerum quia latinis plus est saueritatis:& placet ut ait
poera grata proteruitas.Rumor circūsonat nos quoq̄ prope diem redituros:tu qua in fu
ne pendemus:& quo casuri sumus nō potes ignorare:qui in trochea ludis: & restim ha
bes in manu. Io.Ro. uicem acriter doleo:triplici laborat febris: qui & iacet:& ducit uxore
rem:quincuplici qui & iacet & ducat uxorem: & egestate primatur. Cum Hieronymo

Comperulatoria

Gualterio amice ut te habeas oro: quod illi præstiteris cōmodi Campano p̄stabis. Montanus noster mirifice hic desyderatur: homo est callidissimus: partā iam tot uictoris pal-
mam retinet: nouum periculum non quarit: & pars magna militis est: cum uires decre-
scunt cessare militia: cum nullæ sunt missionē postulare: ita cum summo pro olympione
habeatur refugit iam certamina: quibus & nerui & ætas auxiliant. Rusticum illum tetri-
cum & ceruicosum abs te ut abiicias: horror: stulti fortunati durissimum imperium est:
Fluūt mi Leonelle fluunt amnes: bibendum in limpido est: nec labra cum gregibus con-
fundenda. Nō te decipiant fatuæ mendacia linguæ. Certius est feci dicere q̄ faciam: Cras
mihī cū rauca dicant Cornice cicade: Dicat amans hodie præbeo dicat heri. Magna res
est expectatio tūc uero longe maxima longe pulcherrima: cū superat: rem tenes. Vale.

Campanus Laurentio de Medicis. S.

Comedati
sua



M Ica quo litteras accipies meas pater est eius dolescētis quem superioribus
diebus ad te misi: tu mi Laurenti ne hominis sortem fastidies Campanum
tuum aspice: & tñ nunq̄ magnificentius confertur beneficium: q̄ cū in pau-
perem. uetus enim prouerbiū est: Diuiti nunq̄ magis dat pauper cum nihil
dat. Contra diues nunq̄ recte benefacit nisi cum pauperi. Crescet is iuuenis
beneficio tuo testimonium futurus beniuolentiæ nostræ: si a te ornabit: patrem ideo ad
te misi ut cum res eueniret: petere possit audentius: quod ex te quoq̄ promissum filio in-
telliget. Ego multa quidem a te magna atq̄ præclara: sed gratius q̄ hoc atq̄ optatius ni-
hil expecto. Vale.

Campanus Saluiato suo. S.



S Aluia ceruici prodest & sulua denti: Saluia gingiuis: saluia luminibus: om-
nibus & membris cum profit saluia: quæro An tumidis profit saluia testicu-
lis! Hæc Baccius scribere me compulit: mi Saluiate nosti q̄ est herbosus:
& si de Saluia quæstio est herba sit an arbor. Verum si herbosus nō sit: Bac-
cius frondosus est: tñ quid aliud scribam: nec habeo nec Baccius pateretur
Lauda quis hominis diligentia: causas omnes reliquit abruptas: meam iprimis: rape ho-
minem sublimē: conice aliquem in fornacē ne possit aufugere: & enī fugam meditat.
Vale.

Campanus Gentili suo. S.



D AT mihi hoc negotii Seneñ tuus ut eas bibliopia urbis: quærasq̄ an quis
q̄ Frontinū de Aquæ ductibus habeat: ubi inueneris aut tu: aut is cui tu pu-
tabis rem cōmittendā: refarcias fragmenta quæ in hoc sunt libello: quæ ad
te mittit: corrigaturq̄. Vespasianus ut audio Frontinū habet: cura rem hæc
diligenter: ut soles cætera: est cordi. d. hic libellus propter materiæ dignita-
tem: itaq̄ cura ut & quæ desunt suppleantur: & quæ corrupta emendent. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ.



T RISTIS acerbaq̄ iactura: duo Arincherii pater uixdum senior: filius ad-
huc iuuenis eodem mense: eodem morbo extincti sunt: ambo equestri dis-
gnitate: ambo præturas & multas: & cum gloria gesserunt: uterq̄ in patria
gratiosissimus: filius etiam litteratura insignis fuerat. Pater Romæ per hye-
mem Senator: æstatem Romæ antea semp̄ formidauerat: submoratus dū
colligit tete paulo diutius q̄ uolebat: incidit in febrem: & quidem principio latentem ac
remissam mox apertam & grauiorem: attonitus subito nuntio filius Romam aduolat: pa-
tri affuturus: aduentu primo anxium & æstuantem: mirifice recreat ingrauescentē morbo
cura & sollicitudine: & nocturnis uigiliis circa patrem emaceratus & ipse collapsus est:
dissimulauitq̄ diu id patri quo ad magnitudine mali uictus est: tunc quoq̄ ne mœrorem
adderet seni: multa supra uires agit: clam seroq̄ & per interualla quo patrem falleret le-
cto se dabat eger morienti sic astitit: ut hic sequi uideret patrem uelle: & ille quod factū
est futurum in filio metueret: clausit oculos parenti paulo post moriturus filius. Repor-
tum corpus Senam est iuuenis diligentia: elatumq̄ funus magno luctu non propinquo-
rum modo: sed Ciuitatis prope uniuersæ: filius lectica insecutus paternum corpus: aucta
ui morbi in itinere substitit: Inde studio suorū & quia patriū cœlum profuturum medici
arbitrabunt: eadem lectica reuectus est Senam itineribus breuissimis: & quæ saepe inter-
mitterent: uerum seu labore itineris tam longi fatigatus siue ui morbi occulta cōficiēte
uires: siue mœrore extincti patris ita deiectus est: ut nullis excitari fomentis potuerit: ni-
hil a focero: nihil a focru: nā ad eos diuerterat funestata paterna domo: nihil a matre: ni-
hil a fratribus prætermisum: & quod indolendum magis est: ciuitas tota sollicita de eius

salute fuit: multi propinquoꝝ amicorumq; uotis sese damnauere: conq̄sita undiq; res media & pleraq; ultro allata. Sed frustra iplores medicos: aut remedia quæras ubi mors iminet: paulatim extenuatus ad ultimam recesserat maciem: & ipse labi se frigescere sentiebat quanq̄ medici nō desperabant: si natura paululum potuisset attolli: uocem quatris duo amisit prius q̄ moreretur: dum loqui potuit: afflictum & miserabile fuit audire: quo pondere: quibus argumentis Annam socrum consolabatur: ut diceres uelle excedere cū uita nō cogi. Mortuus est post exactum annum quo die iniierat in patria summū magistratum: & enim urbanos omnes & peregrinos multos obierat cum uix attingisset trigessimū annum nō confecisset: Comitibus decem uiribus cū de sufficiendo: qui in demorsui loco esset agere: omnes qui ad petendum descenderant longo interuallo suffragioꝝ superauerat: modestia multa erat in ore: multa in uerbis: tum dignitas quanta desyderari ad gratiam posset. Corpori procero & erecto gracilitas inerat nō indecora: facie candida & uiua plena dignitatis & gratiæ. Adolescens Senensium ætatis suæ longe formosissimus habitus: uerecundia tanta: ut omnem corruptorum improbitatem deterreret. Mox quod formæ anni detraxerant addiderant maiestati: uita erat libera nō licenciosa: cōsiliū multum: ac ponderis & foris & domi. Oratio consyderata nō tarda: eloquentissimus cū opus esset: p̄terea contractus & modicus. Gesserat anno superiore præturā Perusinam ea integritate: ut ex ciuitate donatus fuerit: & addita insignia eius urbis quæ dari iis demum conlueuerūt qui fuissent probatissimi: tum argentea galea perpulchra extra ordinem: deniq; ea decessit Perusinorū beniuolentia: ut & tunc prorogari præturam: & mox iterum designari Prætorem postulauerint: & morte audita publico nomine deploratorem destinauerint. Primū magistratum gesserat Luca: opera ut audio Papien̄ nostri ad modū adulescens cum annū ageret undeuigesimum: & ita gesserat ut nihil ad grauissimā senectutem desyderaret. Mox pari sanctitate Ferrariæ: Deinde Mutinæ designatus erat i annū sequentem Senator urbis: ita uestigia senis patris adhuc iuuenis æquabat: & tamen i hac multitudine uarietateq; magistratuū nihil est de eo auditum aut factum superbe: ut solēt iuuenes aut auare ut qui hoc questu uiuunt: aut crudelitate ut qui gloriam inde per hominū supplicia quærent: omnia moderate: omnia liberaliter: in s̄aueritate benignitas: in benignitate s̄aueritas laudabatur. Mortēs testamento edixit: mitterentē ad ciuitates eas quibus præfuerat qui inuestigarent an cuiq; fecisset iniuriam: eiq; satisfacerent: se quidem nemini factam recordari nec ægisse i magistratibus quod antea pœnituisset aut tūc pœniteret. Vxorem amiserat quinquennio ante: amaueratq; eam unice: superfuere liberi duo: Virginia puella: & Alfnus Bonifacius: illa undecimum: hic sextum annum nati Virginia sic educata: ut & litteras noscat: & saltandi arte quantū ad ingenuam spectet puellam inter primas habeat. Alfnus nōdum litteris per ætatem deditus: sed destinabatur: Intellexit uterq; suum casum: nihil in funere tam excussit omniū lachrymas q̄ pueri confusæ adhuc: sed tamen intellectæ querelæ: se id ætatis sine auo: sine matre: sine patre destitutum lamentantis. Extant & germani quinq; pleni spei ad fructum nōdum omnes maturuere. Aringherius: Alexander: Albertus: Marcellus: Camillus. Aringherius illū antecedebat ætate: cæteri ordine subsequebant. Et Alexander quidem iuris scientissimus: cæteri suo quisq; studiis dediti. Vide familiam tam illustrem: tam subito prope extinctā. Magnus luctus in funere paterno: in filii longe maximus: ciuū multi etiam qui nihil attingerent uestem imutauerant: nō unius domus priuatus luctus: sed mæsticia publica ciuitatis uisa: mouebat ætas: mouebat spes: mouebant clarissima ornamenta & mortis paternæ dolor tam recens cumulatus in filio uidebat. Clausæ omniū fores concursum undiq; ad funus est: omnes ingemiscere: omnes fortunæ accusare acerbitatem: omnes ad publicam iacturam deputare audiebant. Vidi ipse longissimum & obscurissimum funus: adire propter magnitudinem doloris ausus nō sum. Amaueram eū a pueris: obseruaueram patrem. Senator me ad spectacula inuitauerat ludorū Romanorū cum quem illi cōmendasset paulo studiosius nihil contabat opem & omnem & subitam afferebat: loquebat de me libenter cum suis & audiebat: cum filio plus familiaritatis fuit: nec officii minus. Multum me illi conciliauerant studia paria: & delectabat meis scriptis: & exposcebat: Interdum & æmulabatur. Venerat ad me superiore anno consulturus in re uxoria: delectatus sum mirifice dum in re tam graui meum quoq; iudicium posceret: datur id paucis: & dat cōiunctissimis. Vide quem amicum: quem socium studiorum amiserim: expecto qua uia me consolere: poteris diuerso modo: sed nullo efficacius q̄ si memoriā optimi patris: cla

Laudatoria

Lamentatoria

rissimi filii tuis illustres litteris. Vale.

Campanus Quarqualio suo. S.



ES tam nunc pendet quae antea pependit. Rumor exortus in uulgo est. F. postulat. C. neque affirmat neque inficiatur. Competitores sunt permulti: sunt qui officium: sunt qui pecunias Pontifici: sunt & qui praedia ecclesiae polliceant: parua res magna contentione peragitur: si ad officium recidemus nominaberis & tu quamquam C. palam comminatur capitalem sibi futurum inimicum qui se inuito ad petendum descendet. Ego proleptentem in te delabor consilio opus est: perimus ni dissimulemus nulla re iuari magis poterimus quam negligentia tua: diligentia mea sed ego nil ad manum tibi: ad casum omnia polliceor: tu genium tuum scire: utinam redeas in gratiam. Cum fortuna: Thure illi farreque litandum est: aut tauro potius ut uel Ioui non cedat. Pontifex pace Italiae aut confecta aut mox conficienda: ad diuum Marcum incertum diuertit an commigravit. Vale.

Campanus Baccio Vgolino. S.



Onuenimus proximis his diebus Antistitem Arretinum quemadmodum ex Cia. nostro intellexisse te arbitror. Arretinus cum nihil uoluerit facere tua causa facturum omnia pollicetur: negat a se scriptum quicquam scriptum suo nomine non negat esse istuc ait dyplomatanos suos: & esse complures hos litteras ad quos uelint: quales uelint conficere se perpetuo exilio: nec dedisse ad quem litteras nec accepisse: denique ea sententia discessimus ut diceret expectare uelle dum quid hac de re significaretur per procuratores suos: re iucognita facturum omnia: quae tu cupies Ego orem Cardinalis exposcat. Vale.

Campanus Achilli Petrucio Senese. S.



GO quidem multum mi Achille Tuscis omnibus: tibi uero propter eximiam doctrinam: praclarumque ingenium tuum mirifice afficior: auget atque accedit hoc studium humanitatis in te tanta quantam qui non amet uideri possit quam immanissimus: iam quibus tibi uinculis alligatus sim uides. Sordent mihi quaecumque sunt mediocritas: Inter Senenses tuos cum multi sint uiri eruditi: unus mihi uisus fuisti eloquentissimus. Et audieram de te antea permulta: sed quae nostri esse temporis: non ueterum putarentur: ubi nitorem in dicendo tuum & uim neruos copiam perspexi discessisse a nostris uisus est: & ad priscorum eloquentiam concessisse: tum auget eam dicendi gratiam comitas summa: nulla ostentatio: ut cum omnia teneas existimari uelis ignorare quam plurima: sed latere aliquantisper potest uirtus: diu abscondi non potest: nihil est amplius quod de te dissimules: satis diu me decepisti: para iam te ad dulcissimam contentionem scribendi: in qua uter uicturus: pulcherrimum utriusque erit fecisse periculum. Ego tibi sic iam sum deditus ut paratus sim quauis conditione uinci dum sim tuus. Vale.

Campanus Archiepo Florentino. S.



VDIO Franciscum Guelfam canonicum tuum grauiter egrotare: deum precor hominis uitam tueatur. Sed cum illius nutu uiuamus omnes: uoto suo nemo: oro te si quidem migret e uita. Francisci mei imo Campani tui meminere: me canonicum facies cum illum facies: erit hoc beneficium apud me aeternum testimonium beniuolentiae nostrae. Vale.

Campanus Gentili suo. S.



VNC illud est tempus quo implere expectationem de te meam officiosissime me potes: accumula facta: dicta: uerba operas: & quicquid habes reliquum quod in Campanum tuum pollicitus fueris: effundere. Vacat canonicatus sancti Laurentii mortuo Francisco Guelfo: cura sufficiat Franciscus meus aut tuus potius: ita mihi pollicitus Laurentius noster: ita tu spem fecisti: hoc illud est singulare quod ego ex te totos hos duos annos expostulo pro inde sententia esse te quem mihi psuadeo nullus sum nisi quod tanto oro exorem. Vale.

Campanus Saluiato suo. S.



ALVIATE uigila: surge: curre: Laurentium nostrum quaere: arripe: tene: roga: obsecra: obtestare: & si hoc non proficias modo stringe: coge: preme: extorque ut Canonicatus sancti Laurentii qui morte Francisci Guelfi nunc uacat: Franciscus meo conferat: mihi hoc beneficium mihi inquam conferet: tu preces: minas: lacrymas. querelas: & quicquid oportere intelliges infer & te perfecta Romam propera. Vale.

Vale.

Caudatoria

Graxp
achio

petitoria

Campanus Venturæ Pontano. S.

SCRIPSERAM proximis diebus ad te Lucentinūq; nostrū una: & scripse-
ram festiuus: q̄ a rugosis & agiolicis pbaret: mlt̄a de nemusculis: multa de
Sybillis mentio. Gaudeo litteras ad te nō puenisse: Nā & tu agiologicus si
nō sis nec rugas habeas: lætantior es q̄ agiologici. Sed mitto iocos. Recē-
nsem aut maui Racanatensem paternū amicū tuū uidī dūtaxat semel:
& uenit accitus: pollicitus sum illi operā opēq; meā amicorūq; meorūq; omnīū: qd. n. ei qui
hi esset a Blancha cōmendatus nō pollicerer: nō præstarē: ut taceam lucios meos: quoz
ea est in me fortuna: q; meas auctoritas quæ esse possit in quēq; maxima: atq; ita maxima
ut quos mortaliū anteponā uobis habeā nullos: conferā paucissimos. Sed de nemusculis
cupio scire quid ægeris: turdos caperis an acedulas: grues: an regaliolos: cupio & de Sa-
tyra: æglogam uolui dicere: nec tu facile discedis a nemore: syluis delectaris: & cantatur ī
syluis liberius. Placet uagari: late placet feras ex tuto figere: sed copiosior & plenior &
mordacior Satyra est: quanq̄ isti ætati uix cōuenit: & nec uitæ quidē: protnde ad æglogā
redi: sed uide hic quoq; quid agas: habet & ægloga legē: postulat humilia uerba nata ruri
Cōsilia heberia: affectus in gregē: totos cantus inconditos: sed frequētes: magnā scientiā
pecoris pascēdi: educādi: tondēdi: cōmiscēdi: habēt hæc secreta quædā solis cognita pas-
storibus. Poetæ nō fere explorata tum res alias rerūq; tēpora: magnā habet gratiā quic-
quid ad rem cōuenit: nullā quod aduersum est. Verū nō deterritū te cupio: sed incitatum
p̄facile p̄stabis oīa: si pastore iudues. Versus aut ratio non eadē quæ Satyræ: uult ægloga
ueluti modos quosdā ad quos cantet: suaues expeditos simplicitatis t̄n: sed studii plenos.
Satyra p̄cipites abruptos amarus nequiciæ felleq; cōfectos saltantes nō ad cantū: sed im-
petū ut quicqd dicat: euomat: quicqd attingat: mordeat: uī implicata: suspecta: nodosa oīa
nihil apertū nisi quod turpissimū: sententias t̄n e mediā ductas philosophia: multā histo-
riam p̄teritæq; rerū: multā noticiā præsentīū: licentiam quoq; summā ut ea obisciat maxi-
me quæ sunt molestissima: tū salis multū: & faceciarū & urbanitatis: & ut uno dicam uer-
bo Satyroq; is dicit optime qui pessime. Plura scriberē de Satyra nisi magis uiderē ma-
gis ad æglogam inclinare: in qua p̄cipuas partes obtinet affectus rustici t̄n: & incōsyde-
rati quales illi sunt: Ha ego uos post hac qm̄ mea rura uidebo: Et pingues hædos: & lætū
ad carmen Alexim. Qm̄ ego & exesa pendētes rupe capellas: & similia ardentior elegus
& concitator & sublimior: Tyndaridas nō sentit amans: Nec sole perustus: Hycareūq;
canem Herculeamq; feram. Ille per & tanaim pōthiq; per alta sequef Aequora: hiperbo-
reos atteret ille niues. sed de elegis nulla quæstio. Satyri mordaciores a spiores & magis
interrupti. Quale est. Et spondam uendens cedit lectoq; domoq;: Donatus ueteri quatū
capit āphora uino. Nil pit iquinibus: cōstat gula: p̄cipitat se Luxuria ī uētrē: plus ē hic qd
capis ergo: Sume merū: des uxore: sitit ille: bibis tu: lā existio poetā te factū. Vale. Senecū

Varis quod genus eplag maxime probē: sua cuiq; rō: suū iuditiū est: mihi
illæ placēt potissimū quæ sunt familiarissima: quæ mordēt: quæ blandiunt
quæ narrāt tanq̄ in aurē aliqd: Theatrū & plausum nō postulant: & ut dicā
apertius: Eā ego censeo epistolā elegantissimā quæ p̄ter gratiā sermōis ni-
hil habeat: cur elegans uideat: ut sit ad manū quicqd scribas & excidat: non
emittat: deniq; ut loq ad angulū cū amico: nō īsonare ad forū uidearis: at cur nō inq; in-
terdū & ad forū: cū ad Senatū aut populū scribo: rarū id qdē: sed euenit: & rō exigit: ut q
cū tibi res sit uideas. Sed nescio an epistolā uelis dici quæ in historiā exeat. Vale.

Campanus Casari Crispolito. S.

Misisti parentē ea ætate: ut eē sine duce nō recte possis: ducē q̄ te ipsū me-
liorē hebis neminē. Erigas animū oportet: & uicas te ipsū: nō indulgendū
adolescētiā ē: ei q̄ p̄sit familiā: nihil nūc tibi cōuenit: qd uiuo p̄re cōuenie-
bat p̄ter studia l̄rarū: crescūt illa cū ānis: nec prius honeste definūt q̄ ipsa ui-
ta: & ille uiuit diutius: q̄ nouit plura: potes multa īgenio tuo: monitu p̄cep-
toris: cōsilio tuorū oīa: si utaris. Cōplexus sum ego parentē tuū mirifico studio. Cupio te
euadere qualē ipse cupiebat: facile id asseqr̄is: si qbus ille te studiis destinauerat: īstas. De
me sic tibi nūc psuadeas ut olim de p̄re: fortunis ille: me erga te charitate nō uicit. Vale.

Campanus Donato Acciaio. S.

VENI hodie Senas qui est postridie Idus Iul̄: factus sum & tibi & Gētili nostro
propinquior: & si de Gentili nihil est quod me moueat: homo in magna fortu-
na parum amicus: cōtemnit quicqd infra se despicit: Mēses iam quattuor nihil

iuditiū eplag

Consolatoria

monitoria

offsa

omnino ad me scripsit: uerum constat & mihi silentii ratio: etiā si ceteras ulcisci iniurias possim: ut hanc possim uincere æque silentio atq; garrulitate iam uictus est. Vale.

Campanus Xancto Cerasio suo. S.



EC respondes: nec qd agam curas: tum nec ambitū Urbis nec sitū p̄scripsisti: nec quid abs te postalauerim cogitas. O stimulos: o calcaria: quæ inq; quæ boues: quæ asinos: quæ desides excitāt. Etiā o frana: & ais quæ: nō quæ cursum: sed quæ mendacia cohibeāt: ubi tua ægloga: ubi elegia mea: q̄ diu te frustrabere: me decipies: Is maxime fallit qui polliceā amplissime: & nator tunc cœlū dat: cū daturus est nihil. Vale.

Campanus Anthonio Vrbeuetā. S.



ON scripsi ad te quicq̄: expectaui ut pacta re mea cōis foret laticia scribentis: n̄ ego quoq; sum archi: sed pb̄r: & tu archi: sed diaconus Tertius est Vrbeuetanus noster Mar. quē accepturus sit titulū nōdū deliberauit: sperat & ipse multo maiora: q̄ tu: q̄ ego: q̄. B. o si scires querelas: oīa illi eripiunt quæ danē aliis: adeo nihil nostrū est: quod suum nō esse debuerit: sed hæc & alia corā: tu rectius facies si aliq̄n ad nos uenies: expectamus te magno cū desyderio: mea intelliges: de hoīe murmuratio: addes & tu gladiū gugulo. Vale.

Campanus Domitio suo. S.

Laudatoria



XIGIS ratione æstatis: & qd tanto secessu fecerim: rogas: magna fuit multaq; uagatio uoluptatis diuersæ quidē: sed quas hō supciliofus & tetricus desyderat tibi possis accusare: in nobis nō possis: piscati: uenati: aucupati: interdū spaciati & ad ociū sumus: tum qd Hetrusco cœlo: Hetrusca æstate iocūdus: studii fuit parū: sed erraui cū dixi parū: nā cū scripserim pauca: multa legi: & hoc quoq; erraui: opus legi dūtaxat unū. Et possum nō errasse: nam uno in ope: multa copia: multa subtilitas est penetraui in intimos sinus p̄bia: quid istuc inquis legisti tā solū: tā multū: tā reconditū? Magni Bessarionis nostri quinq; libros in defensionē Platonis: iā quæ arma dicendi tractata: q̄ repulsi ipetus cogita: oppugnari eīn Platonē magnæ fuit audaciæ: defendi p̄ oīa cōsiliū maioris. Primū q̄ tāto grauior est plaga: quāto sit abiectior: q̄ inferat: illustrior qui uulneret: ubi raro cœlū sine ueneno: sine p̄nicie ictus est: & tūc maxie peti iugulū cū & dolo & ex ipari dimicat: deinde qm̄ semp plus diligētiæ postulat curatio q̄ uulnus: quorū alterū quis p̄t. alterū uix: nisi q̄ peritissimus. Postremo qm̄ in cōtentionē Platonis Aristoteles adducit: Vir. post Platonē ipsū lōge omnīū q̄ unq̄ fuerūt eruditissimus: & quē ptulisse uidet natura: ne solus Plato noīaret: & maximus esset p̄hs: nō unus: ostēderet q̄ p̄bia uires nō adeo exhaustas: in primo esse ut facere & secundum nō posset: qui qm̄ & posterior fuit: & Platonis auditor illius industriæ addidit suā: & quicq; tot ex illius scriptis pb̄auit: arripuit: ut uno in Aristotele etiā & Platonē inuenias: nisi qbus in rebus æmulatus doctrinā: ingenium æquare nō potuit: ut fere est imitatio oīs p̄positi: similitudo atq; æquatio naturæ. Sad utinā intra fines doctrinæ calūnia sterisset: prumpit ī mores: & Platonē p̄ tot probatū sæcula: & habitū diuinū adoratūq; oībus: nūc tandē in iuditiū uocats atq; ita uocat: ut damnet: nō doctrina: nō ingenīū: nō mores: nō uita: nō natura: nō labor in tuto est oīa Platoni adimunt: concumulant Aristoteli. Ad hæc Bessario quinq; libris ita respondit: ut quanq̄ anteponit Platonē nō minus q̄ ille ipse aduersarius Aristotelem laudet: opus est plenū modestiæ: scientiæ rerū altissimæ atq; ingenii plenius. Euolutam dicas oēm Græcorū: Latinorūq; auctorū supellectilē: neq; enī una est cōsuetudo: qa Impetit argumētis: pugnat testibus: premit exemplis: uimq; oēm aduersarii ratione eneruat deicit copia: uarietate labefactat: modis oībus frangit: dissipat: calcat: ut nō corruisse mō quæ sunt obiecta: sed euanuisse oīno uideant: nec censeas rem tantā unius esse conatus oēs artes: oēs artiū loci aperiunt: oruatu uero est tanto: ut cū aliis oībus: tū hac p̄cipua re dignus unus putef Bessario: qui Platonē tueat: quippe luce quadā uerborū: sententiarūq; maiestate: quicq; dicit illustrat: sed hæc ingenii est fœlicitas: quid arcana illa rerum diuinarum: nihil de mente dei: nihil de cœlo mutum aut inuolutū dictū ab illis: quod Bessario nō (ut ita dicam) resupinauerit: posueritq; in aperto: quod totū est recondita cuiusdā infinitæq; doctrinæ: tum in iis quæ sunt religionis & naturæ: quanta ueterum cū nostris mōstrata cōsensio: q̄ cōnexio: & ueluti cōcordia opinionū diuersarū: ut q̄ alieni a religiōe abhorretes ab institutis nostris uidebant: eos nō aduersarios p̄ductos dicas a Bessariō: sed testes: dicā apte quæ sentio: neminē aliū neq; Platonē potuisse defēdere grauius neq; de Aristotele moderatius loq; neq; distinctius & uerius de utroq; sentire: & Platonis atq;

Aristotelis disciplinā oēm cōtineri in iis libris: nec ita cōtineri ut Capita dūtaxat sub ap-
pareant rerū maximag: res ipsæ extant totaq; aspiciunt: nec aperuit modo ambog; sen-
tentias: illustrauit: auxitq; utrūq; nec quicq; illog; aut nudū: quod nō uestierit mira digni-
tate: aut abditū quod nō tanq; manu exhibuerit nobis: aut exerescēs quod nō castigauerit
Et cū Platonē anteposuerit Aristotelē multo q̄ esset: uisus est fecisse ampliorē. Tum Pla-
tonem Platonisq; uitā q̄ quoq; ea in discrimen trahebat: ita cōplexus est oēm: ut quibus
infans auspiciis fuerit: puer indole: adolescens spe: uir fructu: senex maturitate: p oēm cur-
sum magnitudine posuerit in oculis: atq; ita ut acunabilis ad uitæ exitū nō legere aut au-
dire Platonis facta dictaq; sed Platonē ipsum tanq; euntē ante oculos aspiciere & saluta-
re uidearis: Sed hæc mi Domiti: non ideo ad te scribo ut esse tibi existimē incognita: hoī
græcæq; latinarūq; rerum longe sciētissimo: Sed ut meū quoq; iuditiū scires: cōgratula-
remurq; mutuo nobis cōtigisse ætate nostra: qui nō modo æquare Platonē potuerit: sed
etiā defendere: simul & reddidit tibi rationē estimationis meæ sic accipias: ut ipse pares te
ad calculum. Vale.

Campanus Cardinali Papieñ. S.

IXVS iam clauus est: puenit classis ad portū: in tuto res Senensis: in pacas-
to Hetruria est. Cum tu homo tantus fixisti anchorā ad temonēq; desedisti
O rem pu. sed taceo. Scio enī quid dicas: fratū me præceptis meis institus-
tum ad designādos magistratus accessisse: habere domi libellū præcepto-
rum: errare me duce non posse: neminē aliū potuisse id efficere præclarius
q̄ qui nō suo iudicio: sed auctog; testimonio & ueluti lege quadā adductus sit ad rem pu.
capescendam: accipio exculationē tuam: sed eo pacto: si tam bene gesseris magistratus q̄
designasti: præcipere aliis: quid facturi sint pleue est: efficere ipsum quēadmodū aliis præ-
cepis p̄difficile: De pluuiis nihil queror: urbe latericia: uis accliuibus & stratis cœnū nō
hæret: refarci errorē: præteritā tarditatē magna redimi celeritate oportet: ne tardissimus
uideare. De Bla. nihil: de te multa scripsisti: an ignoras nihil mihi esse iocundū quod nō
lætum: nihil lætum quod nō amicū: nec amicū nisi quod elegans: nec elegans nisi quod
supremū: refarci & istum quoq; errorē. Vale.

Campanus Ferosino suo. S.

CAETERA quidē tardiuscule quæ celeritatē postulare uidebant: q̄ celeri-
me ægi: tuū est arbitriū qd facturus sis: ex lo. Luchino nostro itelliges oīa:
mea est sentētia ne certa incertis: patria externis anteponas. Romæ oīa fri-
gent: pauca ægreq; expediunt: inde & raritas & exiguitas lucri: ad incertam
mercedē laboris grauissimi atq; assidui proponunt: nemini quicq; cōstitutū
est premii certi: sed ex Luchino oīa corā. Muneri tuo argēteo gratias agā: uel aureas uel
p̄ciosiores aliquāto q̄ aureas. Entimiliensem nostrū misere afflicteq; lusimus: magnā &
tu iacturā fecisti hoīs morte. Nepotē Gasparē tibi cōmendo q̄ possum studiosissime: in-
telliges eius litteris quid a te poscat: amare & fouere propinquos mortui amici non tam
præstare beneficiū est q̄ reddere. Vale.

Campanus Laurentio Medice. S.

GO pro ea quæ mihi est & in clarissimā familiā tuā beniuolētia & in te ob-
seruātia: tantū mihi de te polliceor quantū ab ea p̄stare posse officii intelli-
go: fuit mecū annos iā quattuor. F. plebanus uici Pisani adolescēs rebus oī-
bus: p̄terq; quæ fortunæ sunt: eximie p̄ditus: & ita institutus a me ut neq; illū
p̄niteat: neq; me pudeat e mea officina prodisse. Quæ p̄stari a me potue-
re p̄stiti oīa: ut moribus esset probatis & compositis & litteratura supra ætatē curauī: nec
ipse sibi uisus est defuisse: quadrienniū iā totū oīa p̄ter studia litterarū contempsit: iis incu-
bit: ea sola cōplexus est. Visus erā pauca admodū contulisse: si tantā indolem a paupras
te qt̄s. possem nō subleuarē: Dedi operā ut plebi uici. Pi. p̄ficere rem difficillimā multo
studio nec ipendio minore, cōfeci: sed qñ opari rem diuinā p̄ ætatē ipse nō posset: & dis-
cedendū a me nequaq; arbitrare: sufficit. A. monachū q̄ & curaret quæ ad plebanū p̄ti-
nebant & proventus sub cōditione exigeret: pactus quattuor & triginta aureos nūmos:
quattuor dūtaxat exoluerat: frumentū: uinū: pecuniæ anni huius ad eū puenerāt: ea mor-
tuo monacho cui addici oporteat nō ignoras: quantū ipse censes. F. sunt omnia si exacta
nō sunt: si sūt exacta: pecuniæ ex iis. F. debent: neq; fas arbitror: si quod æs alienū cōtra-
xerit monachus id ex. F. aut plebis bonis: nisi qt̄s ad eos utilitas puenerit dissolui oport-
ere. quæ oīa eā ob rē scribo: q̄ itelligo ueteres creditores monachi i plebis bona fecisse
imperū: quod q̄ iniquū sit quis nō uideat? Sed cū res oēs ex auctoritate ac iudicio tuo pen-
deat: oro obtestorq; ut reiectis ueteribus creditoribus: si q̄ ii sunt: proventus anni huius iā

Comidatita

Narratio

Claudatoria

pteriti oēs: ubi ubi inueniantur q̄. F. adjudicati parēti contradant: q̄t̄s ad aureos triginta
 pueniant: si qd desit: ex ipsius monachi bonis: quē uerisimile est in alios usus uertisse: sup-
 plean̄: quod reliquū fuerit creditoribus: aut cui libitū est distribuā: nescio an iusta de-
 poscam: hoc scio nō iniqua poscere nemini dubiū est: si exacti sunt a monacho prouētus
 plebis nō alio q̄ ad plebē spectare: & quā summā pactus ex prouētibus fuerat: eā ex pro-
 uētibus deduci oportere creditoribus: aut ad paterna monachi bona: aut certe ad ea quæ
 extra plebē erāt Ius extat. hæc de iusticia uisa mihi sunt: quæ ad te nūc scriberē. Transeo
 ad gratiā: hoc ultimū mihi destinaui argumentū: quo si cætera defuerint in causa suparē
 hoc singularis muneris loco abs te postulo: ut bona inuēta domi nostræ exacta ex prouē-
 tibus nostris debita ex cōuento nobis nō attingi a quoq̄ antea patiare: q̄ nos triginta au-
 reos e corpe toto bonoz deduximus: alterū petimus bñficiū: ut nos nostraq; oīa sic tueas-
 ris: sic faueas: ut id qd sumus tui esse uideamur: nihil est tam magnū qd mihi tua humani-
 tas ac beniuolētia nō pmittat. Et qd ego e clarissima Medicū familia nō sperē: p̄inde Cā-
 panū q tuus est oro nō sit etiā bñficio. Pauperrimus est p̄ quo oro & q̄ p̄ter hanc plebem
 neq; soli neq; tecti habeat quicq̄. Et est educatus a me lris: a me ibutus. Et ut dicā aperte
 nō pōt q̄ me diligat: hūc nō diligere: quē ego quantus: quantus est feci. Vale.

Campanus Gentili suo. S.

VIDE quid tua faciat integritas: delegat tibi iā altera causa Florētina: nihil po-
 stulo aut te aut me indignū: rem tantū ut iuste trāfigas peto: quanq̄ nolim hoc
 imputari quod etiā me non petente facturū te sciam illud deputabit beneficij
 loco: si qd facturū sis celeriter feceris. Vale. Campanus Rufino suo. S.

APER VI tibi proximis litteris sententiā meā: ego dignitati tuæ nūq̄ deero
 sed uide & cogita: quæ tpa: qui Principū mores: p̄stare absenti cōsiliū faci-
 le possum: dū integrū est qd potissimū deliberes: p̄nti opem ferre: ut maxi-
 me uolucro: ita mime potero: nā quod antea scripsi res inter petrā saxūq;
 terit: nihil succi expectes in tanta ariditate in tanta duritie: nec p̄nitiētiæ
 locus erit qd te moueas ubi iā cucurristi: locus tibi paratus est: qualē iā p̄scripsi: & quidē i
 eo genere atq; fortuna optimus: & quo nescio an haberi possit Romæ cōmodior: sed qd
 sæpe iā repeto ratio tempoz me terret: & captare umbras solida relinquere cū uanū est
 tum periculi plenū: sed quo sis aīo fac rescribas. Vale. Campanus eidem suo. S.

VIDE q̄ statim q̄ mei sunt tui efficiant. Equasti me beniuolētia erga Antos
 meū bñficiis longe supasti: q̄ cū nihil acceperis ab eo cōmodi humanitas
 tantū exhibueris quantū ipse q̄ oīa ei debeo nō potuissem: Iā qbus uer-
 bis cōmendē meos tibi nō uideo cū parua significatiōe beniuolētiæ i hūc
 meā oīa p̄stiteris: hoc unū uelim existimes uideri me tuis nūc manibus sa-
 lutē accepisse q̄ q̄ mihi adiutores fuere i ea cōseruāda tā studiose cōplecteris: addis quot
 tidie aliquid cumulo tuoz i me meritoz: nā amoris addere quicq̄ non potes adeo oīa iā
 superasti. Vale. Campanus Cardinali Papien. S.

GROTAVI hos decē dies totos: Trebianū tuū ualde me recreauit: &
 Hercule nō minus molestū uisum est nō adisse te: p̄didisse tua prandia: q̄
 egrotasse Trebianū fecit ut tecū esse in mēsa pximeq; accūbere uiderer ad
 iacturā accedit dies etiā hodiernus: cōtinent me domi frigora: uerū p̄ pran-
 dio tam debito tam legitimo tam p̄scripto operam posco: nec posco mihi:
 quanq̄ mihi posco: quicq; suppeto amicis. Thomas germanus sanctæ Susannæ ex te: to-
 tus ex me nō nihilū p̄det: danē ei uerba: carpiē: radiē: cōsumit: perit si redeundū sibi fue-
 rit sine p̄fectura: diuinæ i te uirtutes multæ sunt: uerū nulla p̄clarior & sanctior q̄ q̄ mor-
 tuos amicos parti p̄sequeris studio q̄ soles uiuētes: nec unq̄ apud te qui semel tui fuerunt
 moriunt: nā tua facit ut totiēs ad te recurrat: a tuis quotiēs opus p̄sidio fuerit: cū tā multa
 soleas p̄stare q̄ possis: & operā tuā nō ex tuis laboribus: sed ex amicoz cōmodis metiare
 Proinde uelim instes apud Rothomagen Vicentiūq; & instes uultu quo soles cū uis im-
 petrare: ne discede ab ingenio tuo: ne desere paruis in rebus quos in maximis confouisti
 una opa & uetera officia: & dignitatē illius familiæ & memoriā amici iā mortui cōfirma-
 bis. Scio quāti ē Papien bucca cū stringit uno flatu uel saxa cōuellit. Vale.

Campanus Cosmæ Protonotario Vrsino. S.

QVAM mellatam tuā: quam prisco nomine Lotam puto non gustauī mo-
 do: sed hausī: sapit mirifice: sed quid nō sapiat & cōdita melle & mihi a te mis-
 sa: quibus nihil potest esse dulcius: Nam mel dulcedinē omnē: tu mel ipsum

accedo petiua

Commisatitia

Grazfatio

Comedatitia

laudatoria

superas: Velim modū pondusq; mellis ad me scribas: Quarqualio poterit ad me mitti edoctus in Lora: quem & Interpretem si adhibeas nodo fortasse dissoluet. Vale.

Campanus Francisco Petrucio. S.



ACERBE me affecit parentis tui obitus: amaui hoīem beniuolentiā nō uulgarī: nec ipse uinci se patiebat: & amaui annos iam duodecim: p quod tempus multa magnaq; officia: nullæ offensiōes contigerūt. Cum istuc secedebam quod fere ad hunc diē singulis æstatibus feci: adibat me quottidie tardantē aliqñ ad multā æstatē excitabat litteris: ueniebat ad mea sæpe noctē tam media: expergefactū de rebus publicis ciuitatis: de suis domesticis cōsulebat: quicqd perperā a ciuibus fieret: quicqd a familiaribus turbate aut cōfufe mecum querebat: sæpe me in horas quattuor occupabat: sed ea gratia: ut dolerē cum desineret loqui: militauerat sub uariis ducibus: Inde sermo longissimus historiæ similis: Inde fastidiū nullū. Erat cū liberis tecū in primis duriusculus: sed pater erat: & parentū mos haeret ī maximis studiis filioꝝ longe maiora desyderare: maiora deposcere: tum prouerbiū nosti: Pessimus est pater is qui indulgentissimus. Attriuerat nō nihil rem familiarē dum negligentior uolebat uideri q̄ esset: picula tempoz suspectissimoz magno cōsilio: maiori paciētia supauit. Inuidiam nō poruit effugere: uisus exiliū patris minus ægre tulisse q̄ oportebat: & filium & unicū: & quē ille ad spem rerū magnaz educasset. Verū maluit solus perferre motū ciuitatis q̄ simul perire cū patre: & exprobrasse aliqñ illius temeritatē atq; audaciā ferē: per spexissetq; diu ante exitum: ac pdixisse qualē ipsi postea uidimus. Itaq; capiebā ego cū ex memoria rerū præteritaz incredibilē uoluptatē: tum consilium ex prudentia futuraz: libertate uero aperta atq; ad oīa prompta mirifice delectabat. Ita loquebat̄ inter amicos ut sentiebat: unde & maledici cōtraxerat nomen: ut nemini placet de se audire. quod facere ipsi nō displicet: & dolorē affert quicqd ad uiuum p̄tingit: erat alioquin officiosus: & alienis negotiis q̄ suis diligentior: opinione quoq; p̄tinaciā subierat: nō quia flecti & psuaderi nō facile posset. Verū ex libertate recusandi qua nihil dabat nisi uictus: uincebat autē q̄ facillime ubi cōrentionē remisisses: altercādo & cōcerrando insupabilis: deniq; uir fuit quē si libera patria natū cogites: grauē ac uerū possis existimare: assentando & blandiendo nō modo ineptissimū: sed oīno alienissimum dicas: sed hoc te: hoc me consolā q̄ ita uixit: ita est mortuus ut eius uita nulli fuerit obnoxia: cōmune mors desyderiū reliquerit. Vale.

Campanus Petro de Medicis. S.



EGO Petre præstantissime hunc maximū capio fructū ex tua beniuolētia q̄ uideo multos quoz res apud te agūt: ad me cōfugere: Cuius quanq; nō magnam apud cæteros auctoritatē esse sciunt de gratia quāta mihi tecū sit nō dubitant: hoz unus est Paulus Saluanus Senen̄. Is habet prædiū in oppido Collæ de quo extat inter Florētinos & Senen̄ utris in finibus sit longa contentio: quare oportuit Paulū nō nihil offendere oppidanos: ut cū publica patriā: tum priuata sua iura tueret: re nōdum diffinita: prædiū in neglectu est: & neq; arat̄ neq; excolit̄. Cupit Paulus hæc duo per te illi ab oppidanis ipetrari: primū ut ueniā dent: deinde coli prædiū pmittant: quod autē ad uectigalia & exactiones p̄inet sponsorē pollicet̄ si oppidanis ius cesserit: & prædium in illoꝝ esse agro finibusq; cōstiterit se oīa psoluturū. Quod ueniā petat digna res est: ingenio & natura tua quā utinā cæteri nō cōtempssissent: nō enī tot nūc incendiis extuaret Italia si mansuetudine tua frui q̄ abuti ciues maluissent: Ita q̄ Saluanus nihil alienū a tua postulat gloria: cum ab oppidanis dari sibi p te uentiam postulat: maxime uero cū & leues fuerūt offensiones & patriæ studio tractus offenderit: p qua etiā armis dimicare cū res exigat necesse est. Quod licere sibi excolere fundū exposcat ubi cautū sit de uectigalibus & sanctū & utile uidet̄ exposcere. Coli agrum cum ab omnibus & cōmodum sit & salutare: hoc qui uetat non nihil uidetur detrimenti afferre unis ueris: nec est in quo magis ledi possit humanitas q̄ sancta: ut Prisci dixerūt: telluris iura uiolādo: quæ oibus bñfica nihil aliud desyderat q̄ ut excolat̄: q̄ si leges. xii. tabularū mutari hoīem uita q̄ arbores succideret: aut segetē corrūperet statuerūt: facile possumus intelligere q̄ sit iniquū phibere ne aut arbores nascant̄: aut nō foueant̄ nata: & cætera q̄bus uiuimus & sustentamur nō gignant̄: quare nihil est quod a te q̄ ad publicā utilitatē natus es petit possit honestius q̄ ut de gratia inter homines cōstet psertim finitimos & prædioꝝ prouentus adiuri ab omnibus a nemine impediri augeantur. Vale.

Narratoria e veteris an

Consolatoria

Comendatua cordi

Narratio

Proposito

Campanus Gentili suo. S.



SCRIBO ad Petrum nostrū in rem amici: aut eius potius qui se pollicetur
amicum: & scribo lacestitus. Partū erit tuarū Petrum cōmonere ita demū
me petere: ut nihil ab eo cupiam impetrare quod eius animū offendar: aut
statim perturbet: aut cuiq̄ cedat iniuriarū: nō possum non moleste ferre diu-
turnum silentiū tuū: iurare ausim nō posse me lachrymas cōtinere: lachry-
mas dico illas dulcissimas & plenas noticiarū quum quid ad me scribis: quare noli tamdiu
fraudare me tanta uoluptate. Ego ad biduū Romam contendā: transitum faciā p̄ Perusiu-
num agrum aut Perusiam fortasse. Superioribus literis cōmendauī tibi Io. Lapum patrem
pueri nostri: Scio quantū illi p̄stiteris p̄sidii mea causa ea est hoīs fortuna ut nō dubiū
sit mihi quicq̄ in eum contuleris mea dūtaxat gratia contulisse. Vtinam capax esset eius
beniuolentiarū quarū est mihi cum Petro nostro: uideres quanto studio cōmendare: temere
fateor: sed nihil est in beneficentia nimium. Tunc enī cum cæperis cuiq̄ benefacere: maxi-
me accumulanda sunt bñficia. Quā ob rem Lapū sic amplectere ut intelligat factā sibi
accessionem aliquā cum mihi filiū pro te dederit. Intelligo premi hominē nō nihil a re
alieno id si est cura ne iniuriā patiat detrimentosam. Paratus sum ego paulatim oīa exol-
uere p̄ ea tempora quarū tu statues: modo dilaciunculā aliquam interponas. Ego quicquid
per te cōuenit p̄stabo. Vale. Campanus eidem. S.

*Expostula-
foria**gratiū arto**ad petronum*

SCIO nō ingrātū esse tibi quicq̄ scribā: modo aliquid ad te scribā: id ego
si faciā rarius q̄ cōueniat: est unde petere possim ueniā: tantū dē taciturnita-
tis tuarū quarū & si mihi alioqu est p̄molesta: nūc ita auxiliā ut uideant posse
te cū scuto ad scutū dimicare: nec minorē i ferre posse plagā q̄ accipere: for-
tasse etiā maiorē: quis enī postq̄ a te abii unas tantū dederim ad te lras: de-
di tñ uel unas cū nullas acceperī: sed dabit ueniā si supplicabis adiciet: et multa nō gra-
uis ut dūtaxat refarcias qd̄ uisus es lōgi silētiū tractu dissuisse: supra multā etiā aliqd̄ aut
aū multā potius: ut secundū habeas multatorē id aliqd̄ accipe. Cōmissa tibi & Baccio
nō agi apud te Florentinorū duorū causa. Scio te magnū esse iudicem delegatū: sed nō
minus rugosum & sauerū q̄ magnū: res agi inter externos & agi magna cōtētiōe: nec
quantū audio minore æquitate. Cōmendo tibi in ea causa Angelum actorem amicorū
meorū longe amicissimum: Multa p̄nt p̄stari a iudice seruata integritate ea ut ei Angelo
p̄stes uehementer rogo: nā maiora tā est iniquū p̄stare q̄ petere. Et ego quod pro eximia
& singulari probitate tua facturū te scio: mea etiā causa id ut facias cupio. Vale.

*amatoria**exprobato-
ria**Comedatitia*

Campanus Gaspari Teramano suo. S.



ROMAM rediī pridie nō. Ianuar. Statuerā q̄ p̄gre p̄fecti solēt cogitatus
aliqd̄ & uberius ad te scribere: & scribere de oī successu meo æstiuo: sed tan-
ta ē de nra beniuolētia & tā uulgata opinio ut accelerare oportuerit qd̄ ma-
turius faciendū decreuerā: uix Romā puenerā cū adoriunt me Cardinales
duo Papien̄ & Seneñ. rogāt scribā ad te cām. F. B. de. S. Geminiano qui est
utriq̄ eorū deditissimus: cōmēdē. Vide quē fructū amoris tui: quā gloriā cœperī: uenisse
ad me duos Cardinales: petiisse operā apud te: plus gratiā meā tecū ualiturā q̄ suā aucto-
ritatē arbitratos: recepi facturū cū q̄ recusare eis quicq̄ putabā indignū: tū ut tāti amoris
opinionē diffidētia nō iminuerē qd̄ postulēt nō ignoras. Eiectus ē is uir ex æde diui An-
dree quæ est ad uicū Florentinū: & quantū ex ipso itelligo eiectus i iuria: patronū habet
istie q̄ suā causam honorēq̄ tutaō oīno neminē: nisi qd̄ obster qd̄ me lateat & sit occultū
dignus est ope & patrociniō tuo: iurare possum me neq̄ uidisse alias unq̄ hominē: neq̄
plane audiuisse ut suspicari non possis tractum studio mei eius apud te causam suscepisse
Cardinaliū duorū p̄cibus motus suscepi: iā si detrahi quicq̄ nolis de tāta opinione: qd̄ fas-
turū te oporteat intelligis: In manu habes. quid de amore nostro sentire hoīes uelis at
qui hoīes: q̄ cū sint Cardinales & tibi amicissimi: quandā esse eximiā & excellentē amici-
ciam nostrā ac propriā Gentilis & Campani existimarūt ut nihil tā postulatu magnū sit
quod ipetrari nō debeat. Vale. Campanus Falconi suo. S.

*Comedatitia**amatoria**Expostulatio-
foria*

VEREO ne immanitatis obdlexeris callum: qui me toties ad te scribentem
tantis p̄cibus tuas literas postulante nō exaudias: ita cū summa uoluptate me
fraudas: nō nihil officio detrahit tuo Gētilis ille tātus amiciciarū assertor: tātus
beniuolētiarū p̄dicator: addo exhibitor tātus: clamāti mihi: & tuas pollicitatiōes
repetenti nō rīdes: an ex amnis hic ut sæpe fugis calamitatē: ita nūc amicorū iacturā intus
lit. Intercedūt mihi & qd̄ capitales inimiciarū cū Papien̄ tuo: nā meū dicere quo minus

possim grauiſſima res facti: pollicitus operam amico non præstitit: q̄ si inimico inſtantiam postulaſſem: in ſuffragium ſic iuit ut nō contentus ſecedere aduerſam in partem cæteros ut ſecederent ut amicum meum proderent hortatus nunq̄ conquierit quo ad me inſigni nota repudiandum curauerit: nam ego in amici repulſa nō minus repudiatus ſum: q̄ qui repudiatus. Papienſi an dices id facere potuiſſe: fecit: & quod eſt longe moleſtius ultro fecit: nullus error: nulla obliuio: nihil umbræ aut calliginis affuit. Campanum ſuum aperta fraude uolens uidensq̄ deſcepit: en tibi hominē in quo ſperes: in quo fortunaſ colloces tuas: operæ pretium eſt audire q̄ impudenter ſe excuſet: negat ſe pollicitum aperte: interriſum iocumq̄ dediſſe ait uerba: & neq̄ certam feciſſe ſpem: neq̄ deſperationem manifeſtam adhibere uoluiſſe: uide frontem cum ſuapte ingenio audacem tum fortuna licentioſam: iam ſi is eram apud hominē qui & eſſe debueram & ipſe ſemp fuiſſe me dixerat: facile potui amico operam impetrare: quam ei erat negare nō facile: aut ſi res tulerat ut negaret: quanto modetiſtius erat id afferre præſtare non poſſe: ſcribe tu ad illum ſi uideatur: obiurga tu quoq̄: uincat nos quantum libet fortunaſ: uincat faſtu: officium & dignitatem tam nos poſſumus tueri q̄ ampliſſimus quiſq̄: nec excuſat fortuna eum qui cum amicitia creuerit ſummoḡ hominū illam erga inſimos uiolauerit. Vale.

Campanus Cardinali Seneſi. S.

POST diſceſſum tuū hæc acta ſunt: libelli cū plures contra Pilolum graues querelas intulerunt: quadraginta extitiſſe referunt: cum tamen aliquot negligentia eoz qui ſero iudicium poſtularunt nō ſint recepti. Piloluſ per religioſoz cœnobia latitabūduſ diffugit. Primū ad moniē Oliuetum ſecceſſit metu ne tuo uiſu dum hic adeſſeſ capereſ: Inde media nocte clam omnibus ad monaſterium Iuſtinæ ſe recepit: haud tamen plus biduo commoratus. Poſtremo ſuaſu Complicum ad Oliuetum reuerſuſ fugam ut audio ſubornat: hodie illi dictuſ eſt dies: Iudiceſ ante triduum nihil uidentur facturi: nam iſ datus eſt terminuſ quo ſe tueaſ: ſi nō parebit & dabitur facultaſ in uincula totum quantuſ eſt togatū manticatūq̄ coniciemus: ſed neq̄ ad diem uenturum arbitror: neq̄ iudiciū expectaturum hoc triduo. Iudiceſ reum eſſe iubent. Borgeliuſ præter expectationē honori noſtro plurimū ſtudet: hoc ueſperi uenit ad me: ocreaſ & pileum Piloli poſtulauit: neſcio an ex Vicario caduceatorē facturūſ: reſponſi fieri non poſſe: nec in mea eſſe poteſtate quid illi reſtituerem quo ad omnibus ſatiſfecieſſet: ſubnuit Borgeliuſ Pilolum omni alia deſtitutum ſpe refugiturū ad te & ueniam errati petiturū tu apud te ut ſiſ uideo: eſt enī miſericordia longe indigniſſimuſ: oblocuſ eſt de te cum monachiſ: de patre tuo: de Vintimilienſi & Lucentino noſtris: fortaſſis etiam de me: ſed me monachi nōdum nominarūt mihi quæ dixerit atq̄ cōſinxiſt audieſ cum erimur una: totuſ illi populuſ ſic eſt inſenſuſ: ut ſolliciti omneſ de illiſ damnatione uideant. Sacerdoſ adhuc detinetur: nihil noui confeſſuſ eſt: niſi q̄ ſe miniſtro Piloluſ Monialeſ uictuſ: alioſ ex reiſ: quoldam iſuſ expilauit: montem piloluſ pilioſiorem ex tuoꝝ pilis facturūſ. Graſtiſſimuſ fuit decem uiriſ acceſſuſ meuſ: multa de tua humanitate prædicarunt: Sartianenſem quanq̄ cōmendauit diligenter tuo nomine: nōdum reduxerunt: nec quantū conſcere poſſum ſunt reducturi q̄ factioſuſ & nimis ſtudentem rebus arbitrent nūq̄ niſi confeſta arce quieturum: benigne tamē reſponderūt decem uiriſ: ſi eoz eſſet arbitrii ſtatim tunc tuæ poſtulationi fuiſſe obtemperaturoſ: ſed ſtatim eiſ rei totiuſ populū ſuffragiſ pendere: ad quem ſtatim referre de reductiōe decreuerunt reſ: neſcio quam ob cauſam protracta in longū æque pendet ut antea. Sacerdotē illum quem minoz ſacriſ iniiciandū demandauerat: notarii affirmant eximi uinculiſ in iuſſu Pont. ſummi nō poſſe: damnatum enim eſſe ad carcerem quoad ſedeſ Romana aliter decerneret: atq̄ ita extare ſententiā. Reſ Cartuſienſiuū odioſa eſt: agemus tamen cōſilio: & mel in felle cōmiſcebuſ. Ego exploſo Pilolo cæteriſq̄ pactiſ rebus itineri me cōmittam niſi quid imorari me iuſſeris: Quis exituſ exceperit Ioannē Thomā: neſcio ſi fortaſſe deceſſit: caue Romam ita ſtatim cōtendas. Cōtemnere enim pericula nunq̄ bonū eſt niſi cum neceſſarium. Vale.

Campanuſ eidem. S.

PRIORIBVſ litteriſ ſignificauerā Pilolo noſtro dictū eſſe diē & cætera quæ ad cauſam ptinebāt: a iudicibuſ eſſe pacta omnia nūc quod futurū pdixeram: audio Pilolum ipſum tacita manu ſuſpiſſe calcaneum: & relictis omnibuſ occulta fuga e monte Oliueti reſceſſiſſe: decreueram mittere qui aſſequerentur: fugientemq̄ comprehenderent: ſed neq̄ iudicibuſ uiſuſ eſt: neq̄ quo ſe receperit:

g iiii

narratio & negotio

pro adre. Vela
uenire. Vena
mare p. ſitionem
matruſe au. ſi
decadem matruſe. re

aut quorsum profugerit compertum est: expectabimus quatrīdū elabatur: statim deinde hominē aut damnabimus: aut si quod nequaquam arbitror in ius uenerit coniciemus in uincula. Venit hoc uesperī nouis Vicarius uirum præ se fert grauem atque integrū: exceptus est a nobis omnibus porrecta fronte incidimus in sermonē de piloso: exemplum illi uel taciti proposuimus qualem se sit exhibiturus in obeundo magistratu si uelit: & tuam gratiam & suam gloriam important. Pilosus cum querelæ libellus esset oblatu: & uenire in causam iubere cōuersus ad monachos tot inquit mihi obiiciunt: ut ubi sim nesciam: re furabo tamen conuincamque omnia: ne multo post postica egressus: Ianitore ualere iussu discessit: audio equum ad uecturam comparasse: atque aureum dedisse adulterinū pro uectura ne honestius fugeret quam mansisset: accesserunt ad eum duo fratres quos nuper offenderat: Augustinus & Simon: ii cum digytum in oculos conicerent & furem expilatorē: prædonem appellarēt: nihil motus pilosus: en inquit uindictam aspexistis operæ pretiū Pilosi fabulas audire: quotidie noui afferunt libelli: & nisi reiecissemus tardius allatos iam ad centum peruenissent: quæ sequentur mox intelliges. Roma paulisper abstineas uehementer rogo. Vale.

Campanus eidem. S.



SCRIPSERAM significatum mihi de fuga Pilosi: nec dum tamen cōpertum fuisse quorsum effugisset: res ita habet tertio iam hinc die qui fuit. vi. kal. Nouemb̄. Cum responsurum se in iudicio & obiecta confutaturum iactasset extēplo clam monachis egressus fores ad Iustinenses ubi nocte priorē delituerat reuersus suam illis salutem cōmendauit: ducemque itineris: & præterea qui comitarentur & in tuta deducerent: exorauit rogatus quo uellet proficisci: respondit ad te: ultimum conatum facturum ad te mitigandū: atque ita media nocte duobus comitibus cum ad meridiem simulasset iter: in septentrionē conuersus: relicto Senensi agro in Florentinū se recepit: Ita & iudicium frustratus est: & ignominia ac miseria plenus: quæ turpiter inuoluerat turpius dimisit: tam nunc famæ negligens quam olim: nos quod reliquū est iudicii peragemus: condemnabimus: abiiciemus: & terminabimus: sententiam solenī more roborabimus: & si quando uelit relatrare paratā habeamus offam qua reprimatur. Ex litteris Lucentini nostri ad Ser. Lucā intellexi te plus æquo affligi. Io. Thomasi morte: grauem plagam accepisti: fidelem seruū amittere: tam est durum quam difficile inuenire: & fidem nihil magis probat quam obsequii diuturnitas: tum interurbatio rerum domesticarum: impedimentū profectiois nostræ suspecta habitatio tuorum non nihil possunt mouere: Sed obsecro te quid tibi Tusculanæ contulerunt: quod accepisti aduersis in rebus ex Cicerone præsidium: quam attulit tibi utilitatem: totiens a te laudata Philosophia: quo pacto didicisti tuam ferre mortem: qui ita perturbaris aliena: an nondum satis es persuasus: nihil illi accidere mali aut miseria: qui moritur præsertim si & honesta uita: & cōposita morte moriatur: noli te mihi amplius neque fortem neque sapientem appellare: & neque uirum si ita pseueres: persolue iusta morientis supstitis amici ne desere: amorem & beniuolentiā refunde in posteros: hæc cum præstiteris nihil est aliud angere cuiuspiam interitu quam insanire: nam si lugenda mors est: cur aut non semper luges tuos qui uita excesserunt: aut te ipsū non deploras quem sis excessurum: sed hæc satis ad mollitiem castigandā agam aliquādo uehementius: nunc Hadrianus instat ad ianuam: quem intelligo ad illustrem germanum tuū uelle proficisci: si fiet scribito ad illum manu tua: res meas tueatur imo suas: nam quod mihi quod ex uobis non fuerit acceptum. Vale.

Campanus eidem. S.



DLVRIBVS iam litteris quo in statu esset Pilosi causa ad te scripsi hoc alitero elapso triduo damnabitur repetundarum adiciemus & multam: quantum exposcere illius errata uidebunt. Venit superiore nocte Cardinalis minorum: quem iam pridem expectari nuntiaueram: progressi obuiam cum ad multam noctem tenderet reuersi domum non occurrimus: mane primo profectus ad eum congratulatus sum tuo nomine: congratulatus etiam ex meo: prima fuere uerba nulla me alia de causa iussum remorari Senis nisi ut eum exciperem: & iam cepisse domum apparere: sed concursu fratrum & obiurgatione retardatum quod nusquam alibi eum excipi in ipsorum claustro paterent: uictum a fratribus me esse: nec dubitare quin tu ubi id intelligeres mihi esses succensurus: uentum est inde ad supplantationem amicitia: durum est uincere: in stadio ueteris olympionē: infleximus & ipsi non nihil ceruicē collipendulam: & si uincere non potuimus: non tamen passi sumus longo interuallo superari: uidetur optime de te sentire: quod ad me attinuit commemorauit ueterem disciplinam & nunquam dis-

de morte. Serui Conso-
lato

Consolatoria



simulatam necessitudinem amoris: te illi pollicitus sum amicissimū: nec ipse inficiatus ē & dum fuisse & sperare futurum te sibi propensissimum. Ego quod iam sæpius scripsi dā nato Piloso ad te: sed per Perusinū ueniam. Fœlix uale: & si fas est Sipontino & Madrusiensi tuo me cōmenda quoq; iocundissimā consuetudinem nō possem nō tibi inuidere nisi spes esset ad paucos dies me una affuturū. Vale. Campanus Gentili suo. S.



MINISTER minoz salutem mihi dixit tuo noie: gratum id: gratius si scripsisses: delectat me quicquid est tuū: cum quia elegans: tum quia tuū est: minus illud a te missum sic habebō: ut neq; te misisse: neq; ipsum missum esse pœniteat: nec me etiam accepisse. Cum datur occasio scribo aliquid: si nihil aliud hoc ipsum Gentiles ualet fœlicitatis in te magnam partem meæ constitui: placet hac tempestate me natum qua tu es: gregem hominū cōtempsi semp: nec ita contempsi ut despexerim. Superbū id quidem: sed ut nihil in eis locauerim spei: quos nō ignorem statim mox defecturos: te mihi nec posteritas quidē poterit auferre: sed hæc supuacua inter cōiunctissimos. Acepi litteras a Papien̄ nostro: iuber si quando ad te scribam: iubeam saluere: amat me mirum imodum: nec posset nō te amare: uel ab hoc unū cum me amet: scribe ad illum frequenter de rebus nō iocosis: sordet quicquid est nimīū p̄sertim in tanta fortuna: indue iam Gentilem & scribe ad Papien̄ potam & Iacobū: aut mille oīno aut intermitte potius. Ego post tridū Romā: sed per Persiam contendam recensurus ueteres amicicias: si quid fieri a me uelis: fac sciam. Vale. Campanus Cardinali Papien̄. S.



LONGVM esset perscribere ad te omnia: sum occupatissimus: rem diuinā uenditurus: paro nuptias: utinā & tu sponso posses adesse. Inuitati sunt finitimi: omnes ciues magnos apparatus: nec minorem pompā moliturus esset humanitatis tuæ nō fraudare me tanto desyderio: iter est omnīū quæ unq̄ feceris longe iocundissimum: flumina ubiq; biserā ubiq; fontes ubiq; per Reatinū maxime: nā illæ continent: dextra atq; leua bussus occurrit tanq̄ tonfa & applausata: porro bussus: fonticuli mille intermurmurant: saluuntq; inter prætereuntium pedes: quoq; glara uel Margaritæ uidetur exprimere: tam sunt minutuli: tam candiduli q̄ Margaritæ Reatinum egressæ occurrunt furcantiæ fauces ad x. milia passuum findentes Appenini iugum ad fauces usq; Melini amnis: qui Narem influit: imo incidit potius ex summo præcipitatus monte perpetuo itinere comes a dextra est prope fauces dūtaxat ad leuam post fauces Campi lati fœlicesq; æstate: quoq; gratiam auies nō capiunt: oculi perfundunt: natantq; uolupratibus cū per Furconia prata uagantur a leua occurrunt: iacetq; ueteres Amiternii fornices & breue nec tam rotundū q̄ oblongum amphitheatrū: A dextra Aquila urbs quinque milibus passuū procul surgit: prospiciturq; post Furconios præcutinor saltus: & nemora diei unius iter impediūt: nec tamen ita impediūt ut careant gratia: iacent & in montibus aprici passim campi cōuallesq; amœnissimā refertæ ferarum uario genere: occurrunt ob iter cervi & pro oculis mira luxuria uagant. Interlabūtur & parua flumina gāmaris & pisculis plena: quos manu possis intercipere & prendere si uelis. Inter itinerandum piscari quod & ipsi proximo fecimus reditu interiore ueste cōsuta & duabus perticis alligata pro ratibus usi: in agrum deinde nostrum mox in urbem descensus nō grauis: uerum si quid caperis molestiæ per saltus i urbe recreaberis: atq; agro cœlo omnīū quos oculi suspiciunt latissimo & uiuo. Sed de urbe atq; agro qm̄ alias descripsi: & te pro studio rerum meaz legisse nō dubito: nihil dicam si ueneris: ingenium contempseris meum qui tam præclaras res tam ieiūne descripserim: Catellæ tuæ calum imo nostræ potius: nam æque mihi blaudiebat: molestius uideris ferre q̄ deceat: sed danda est uenia Cardinali: sic enī consuesti: acerbius Catellæ aut Cardueli iacturā q̄ hominis interitū doletis: quod quanq̄ ita est in præmiū statuere reperoribus nō solebatis. Cōdidi Epigramma quod postulas arcam uel cornicibus rostricrocis implebimus: Cū nidus faciēt qd̄ prope est nō pennā agitabūt hoc anno quā reiiciamus: tanta est præbita diligentia nidis explorandis. Sed accipe Epigramma.

Nō ego p̄stantis lambebam crura puellæ

Ne Cocodrillei marcida philtre pedis

Nec facere excubias nocturnaq; furta notare

Nō lepus est cursu captus: nec nare Coturnix

Nec mea phasiacū cauda retexit irim

Chara tñ dño cum quo cōmunia semp

Hæc fuerant: sedes: fercula: lectus: iter

Læticia placui nulli nō grata Catella

Accurri pedibus sæpe duobus hero

amatoria

laus ept. Contin
nislum.

Comedatela

amatoria

offesa

Consolatio



Campanus Sephano suo. S.
VELLEM initium hoc litterarum ad te mearum iocundis rebus tuis: non tristibus factum esset: Verum & beniuolentia postulat ratio & natura mihi peculiare fuit: semper accurre aduersis amicorum casibus: successibus non praesultare: quorum alterum leuamento eget: alterum etiam si silentio transeas nihil accipere solet detrimenti. Ego mortem filii tui sic fero ut par est eum qui te sibi quoque patrem existimet: ne tuum amorem erga te meum his quottidianis obstantiis metiare: sic te animo complexus sum semper ut quantum externis non apparuerit studium illud mecum tantum mente auctum sit & propagatum: quare necesse est quicquid tibi acciderit aduersi me quoque ut prope dicam tantumdem promoueri. Sed casus hi cum omnibus accidant mortalibus: ut aut amittant suos: aut destituant: data est omnibus ad remedium patientia ut cuncta aequo ferenda sint animo: quae aut sunt aut certe uidentur facta diuinitus data & prudentia: ut neque ea re affligamur quam effugere potest nemo & leuiorem affert molestiam si praeferant. Erat filius omnino moriturus: si te praecessit illud cogites & mox affecuturum: & illum iam extra miseras esse: quippe uita haec nostra omnis miseria est: nihil habet pacati aut tranquillitatis: fluctuamus quod diu sumus in uita: & per mille procellas rerum tempestatesque iactamur: nec quicquam habet boni uita ipsa nisi quod alibi parat. hic quicquid dilabitur: nec quisquam foelicius uixit quam qui recte moritur: stultumque est senectutem desiderare iis qui iuuenes occiderunt: anni ad perniciem addere aliquid semper: ad foelicitatem raro consueuerunt: cogita filium eo minus peccasse quo minus fuerit in uita: accessisseque ad eum locum ubi & plurimos amicorum: sodalium: propinquoque offederit: & ceteros expectet: in rota mortales deuoluimur continenti omnes impetu correpti nunquam coquiescimus quo ad desinimus uiuereque: est plane foelicitas quaedam morbo non ferro aut ueneno Domi non inter Barbaros mori: & in complexu propinquoque expirare: non inter ignotas gentes destitutum: Hic uelim cogites mi Anthoni nihil aduersi accidisse filio nisi quod natura statuerat. Vale.

Consolatio



Cammpus Cardinali Papien. S.

ironica & pectona



LST ne imperium ullum iocundius quam cum seruis domino imperat: filius patri: & imperare est quicquid ita postules ut uelis impetrare. Duas ego tibi prouincias demando: sed ita duas ut uix diuersae uideantur. Alteram ut. M. Herculano Perusino impetitionis Generalatus quantum in eo est dignetur adesse. Alteram ut. M. Dominico Scarparien in prouincialatu Pisano consequendo: nec mireris haec in eo ordine tam insignia: tam magna me petere. Et enim prorogatiua quaedam mihi est in Augustinenses quod cum eo Cardinali apud quem laborare pro iis: & uariam & multiplicem impendere operam oportuerit: auctaque post illius mortem gratia est: auctoritas non iminuta: dum ii retinent memoriam beneficii: & ego accumulare quottidie magis: non imputare conatus sum. Herculani res per se ipsa facillima est. Vir est doctrina: moribus: experientia rerum aequae insignis: est ex Perusinis nostris: qui tibi quam alteri qui uiuat nemini afficiuntur: uixit cum duobus generalibus: & ita uixit ut res ordinis magna ex parte ipse transagerit: illorum honores ipsius onera extiterunt: educauit hunc a pueris Cardinalis sanctae Susannae uir sanctus: & cuius memoria Herculano prodesse apud te plurimum debet: & quod uelim efficacissimum ac potentissimum esse Herculano Campanum erudiuit: Philosophiae libros qui leguntur: & dyalectices ab eo audiui: nec magis tum praecceptorem se mihi exhibuit quam postea in rebus meis adiutorem. Est etiam in ordine uniuerso gratosus: non potest tibi magnam assequi gloriam: quicquid Herculano praestiteris adiumenti: Dominico autem ut assis & meo nomine & amicorum depostulo: est enim ab iis commendatus quibus plurimum cum debeam: uelim quando per me non potest per te satisfieri: haec serui tui iussa: hoc imperium. Vale.

s. presert. rect.

Comedatika
 culanus, pcepto
 rpani.

Finis quinti libri.

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI
 EPISCOPI: INTER AMNIE N. APRVTINI.
 EPISTOLARVM LIBER SEXTVS.

Campanus in Germania Gentili suo. S.

Deabsētia



AM plene uentum ad stomachum est: nō ad mores modo: Sed ad nomen quoq; Germaniæ subnauseo. Nihil hic quod oculos: nihil quod manus: nihil quod sensum aliquem humanitatis delectet. Nā cœlum illud patens & agri latissima facies iam autūno primo inhorruerunt: & tollerari per æstatem potuere: ferri iam homini tam delicato nō poterunt: fastidium auget recordatio meorū: & absentes delicias cum præsentibus & quotidianis sordibus comparo. Te iprimis habeo ante oculos:

Cui nō satis est uitrea lauissē tumētes Flore: rosas inter cōtinuante manu.
 Mane oculos: primo cum pede surgis aqua: Nec satis appositā uario cōspargere cœnā
 Quid nobis accidat prope stomachor dicere: dicam tñ q̄ parcissime.
 Hic fœda & pingui digytis hærentia tabe Tantaliā possent Gausapa ferre famem
 Quæris fortasse quo feram aīo: aut quibus oculis potius: equidē iuitis & refugientibus.
 Durandum tñ est: uincit q̄ durat in armis Omnis in abiecto est: & sine laude fuga.
 Nec unam cibarioꝝ censeas esse molestiam: Adde sitim atq; oculos lachrymātes inter
 acerba pocula: Nam ad cyathū q̄ bibo tam lachrymo: Trahor incredibili uoluptate in
 ueteres lusus nostros: Musas repetens ex interuallo tam longo: Nec putes habitare hic
 musarum aliquam.

Nec faciles hæderas: nec opacas frigida lauros Terra gerit: Musis credis an esse locū.
 Ego uero egregie comparo me ad reditū: aut fugam potius: & si nulla re alia quā adhuc
 habeam exploratam: spe: studio: cupiditate me comparo: Vereor ne si diutius hæreā: aut
 eripiar a Barbaris aut immuter.

Barbara me tellus: ut te quoq; Naso recōdet Ni Tuscos repetā dum noua luna meos.
 Vix fieri quidē id potest: Vix sed ut possit.
 Flecte deos precibus: Votis insiste p aras Fac uidear saltem careus ante deos.
 Quid enī impetrari facilius potest q̄ hoīs salus a superis: Verū cogita ubi me sis excep-
 turus. Amicus amicū. Vates uatē: tam procul: tā pegre redeuntē plenū tui desyderii.
 Phangius expectet pleno crathere sacerdos

Nec bibite e media dicat ut ante uia Srangulet eiectos: & rauco gutture gallos
 Fac uocet in plenas nō uua & ficubus ædes Aduentu fument: undiq; tecta meo
 Nec malo aut dentes excutiente nuce: Phāgia tūc nobis celebrabere phāgia dicā
 Verū ubi iā cœpit plumescere clunibus Anser Digna tui es uatis: carmine digna meo.

Ouaq; ubi Veneri menstrua sætat auis
 Perliberaliter quoq; tui alii me exceperūt: & ita passim: ut idem ostendere uelle uiderentur:
 tur: quod nec ipse ignorabam: esse te Hetruriæ regulum sacrificulum.

Octo flaua tuus Tabernularum
 Nobis: poma dedit negotiator Atq; adiecit: uterq; amica uerba
 Tot ruris quoq; poma Cassiani Neuter diripuit togam rogato.
 Et uini cyathos decem uenusti

Nusquā neglectius a te habitus sum q̄ Florentiæ: nemo me salutauit tuo noīe: suo mult.
 Sed recte me admonuit Tuscia nostra: est ne eodē statu & tam pacata q̄ solet!
 Quid nrī Medices Tuscū decus: aurea Læde Pignora: fraterna nū bene mente ualent!
 Tum Marsilii nostri: quæ ualitudo obsecro te rediit ne dū in gratiā cum Perypatheticis:
 an adhuc cōtinet se intra Achademiā: & cū uno uersat Platone quē transtulit.

Marsilii cytharā crispus si tentet Apollo
 Et dextra & Cantu uictus Apollo cadit Tūc ardēt oculi: tūc planta exurgit utraq;
 Et furor est cū cantat amās cantāte puella Et quos nō didicit cōperit ille modos.

Ad flexum: ad nurum percutit ille lyram.
 Delicias Arretinas nō uideo cur exprobres: nam gallos istos ne uidi quidem: & si maxi-
 me cupiebam: quod audieram ad te pertinere. Sed de Arretinis meis ne recusa quicquid
 homines sentiant: dignis qui utitur: nihil indignum fecit.

Arretina duas uno sub tempore musas Vrbs tulit: Accedit tertia: nunquid ames?
 Mi Gentiles de me sic habe.
 Sola placet: quæ sunt rarissima: sacula uatē Te colo: Tu lōge potior mihi diceris oī
 Cum mea te tulerint: totq̄ inter milia solus Ripheis seruāt qd̄ Griphes montibus auro.
 Cū libeat: suauī ferias caua sydēra cantu:
 Sed de te dixi: Quid de nō numine?
 Multos Roma uidet diuersa fronte galeros Frana auro: aut pedibus palmis plus octo
 Vnū mirat̄ Campanus: adorat & unum: Pallia: tellurē largo uerrētia tractu silitis
 Qui latiū quantū fontit te consule Cæsar Sed musæ faciles: & nō moritura pennis
 Aut Cicerone forū: nūc īplet: & ītonat illis Ingeniū monūta: ruat licet iclyta Roma
 Altior: huic ut sim totus modo deditus uni Priscorūq̄ ferat uestigia puluis & curus.
 Nō candētis equi faciunt fulgētia multo
 Sed hæc de Italia: quid de Græcia putas?
 Nōne uides quātus mihi sit deus alter: & oī Quē tulit ut fieret prisets celebrator atas
 Tēpore cūq̄ suo pariter uicturus Homero Nra: nec a magno uicamur ut añ Platone
 Bessario: cuius sub pectore totus Apollo ē
 Sed feror altius q̄ licere in Germania putabā: & habet hæc natio grande: nescio qd̄: &
 sonorū cū loquit̄. Quid alterius ordinis sūmos uiros quo studio: q̄ obseruātia psequor:
 Quā mihi Piceni Syponia musa Perocti
 Hetrusci colitur: tam mihi musa Dathi
 Adiunxit Latio Picena bilinguis achiuam Tusca aut̄ patrios cantus & nata sub Arno
 Et celeri: & penso: cum libet acta pede Miscuit ausoniis: & populo apra legi est
 Nec solos eos putes a me obseruari: qui biberint ex Helicone: obseruo: & qui cupiunt bi
 bere: Qui si nōdum canunt ipsi aliquid: nos tamen attendunt dum canimus. Et quos uo
 ce adhuc nō audiunt: adiuuant uotis.
 Verū hæc prima meo debet gloria Cosmæ Nominis Vrsini: nec te deterreat index:
 Qui gremio Vatum carmina semp̄ habet Pectore: ne dubita: nil habet ille feri
 Cui nūc Quarqualius cātat: Cātamus & ipsi Mitior ē teneris: & adhuc sine dētibus ag
 Dignus erit cantu nec minus ille tuo Dignus quos tāto sanguīe ducit auos: nis
 Sed & hæc quoq̄ altiora q̄ conuenit humiliora tentemus.
 Baccius sumpta cythara per Vrberem Est ne Campani memor ut solebat
 Nocte sopitas canit ad fenestras An simul Roma Latioq̄ pulsi
 Ut prius: Cantus Amasina Bacchi Cessimus: nulli sumus: & soporū
 Laudat ut olim Ebibit amnem:
 Sed uix arbitror: noui q̄ sit officiosus: nisi fortasse quod euenit: ex amāte factus sit amens.
 Sed parū quicquid faciat laboro Fidis: & causas iuuet occupati
 Sit Comes nostri modo Saluiati Semper amici.
 Sed pono tam Iyram: ad officia transeo:
 An dum noster ab arce Saluatus Qui nō læsit: ubiq̄ cumu ocatu
 Obscura exit: impiisq̄ tectis Aures: Iuppiter arrigit: Saucra
 O q̄ sæpe habuit deos secundos Expendens trutina bonos malosq̄.
 Sed de meo Saluato diu sum misere cruciatus: quod uidebatur ex corporis morbo tam
 diuturno concidisse & in animi angustias. Quare pedem referens a tristibus ad lætiora
 reuertor: De Quarqualio meo quid subodoras: meo inquam: neq̄ enim fortunas admī
 ror hominū: amplector ingenia:
 Quarqualiū uultu fusco: sed mente serena Nā Cyrrhā Nisæ dū p̄fert: motus hyacus
 Phœbus amat: phœbi pectore numē hēt Irata cyathū fragit in ora manu
 Læta canit: dulciq̄ uocat Lebetrides ore Eripere at cytharā nequit: iuere puellæ
 Pro quibus & dentes pdidit ille duos Has canit in Bachū: qua licet ille furit.
 Multa fiunt Romæ: quorum nuntium a te expecto: locundissimum erit quicquid a Kal̄.
 Sextilibus scripseris: aut quatrīduo prius.
 Scire etiā cupio quantū nūc Platina sæuit Sin defossa cauo disiecerit ossa sepulchro
 Manibus an parcat: abstineatq̄ pyra Sparserit inuentos: presserit an pedibus.
 Et Platina quidem: qui nō ignoscat si sit iratus: Sed parcendū est mortuis: quibus qui mā
 le dicit facile ostendit nō audere se certare cum repugnantibus.
 De grege Pyerio sanctos mēoremus amicos Arceat a nobis nulla querela deas.

notatio

vinciam congratulor quibus est praefuturus.

Delicias veteres: Umbros Tuscosq; uidebit Moribus hos sancte quos hēt ipse reget.
Nihil dicam de Sena: Cypria ad Martem rediit: Sed est facilis excursatio iter finitimos
Ego interea consolor me non nihil cum aequalibus meis: qui & ipsi ad Italiam suspirant
mecum semper: Nā de legato superuacanea est querela: Germanus est: linguam: nasum:
ingenia callet.

Nos miseri extremos pipere inroceauimus ungues Iā me si tudeas psytacon eē putes
Est quoq; illud graue uno prandio per farcula in cœna decurrere.

Et solem lunæ longa cōiungere mensa Et nocti ad cœnam cōtinnare diē:
Quare magnum atq; ardens est desyderium nostrum: ad omnē nuntium suspendimur:
Ne Montanus in hoc cedit mihi Cassia uotis poscit: & meū somniat lapices.

Vsq; adeo extremū malit fugere ille Tarentū Quā glatiæ: & niuibus fumo ue pire diur
Atq; ubi flegræo pxima Leuca mari est. Et Thermas inter sordiciēq; mori. (no
Nec mediocris erit iactura uirum talem noticia praeditum rerum plurimaz: & quē nihil
in historia lateat: atq; annis & studiis in philosophia tritum: ac iam plane philosophum
nobiscum periisse.

Quid de Patricio sentis: qua nare madentes Inter Germanos ulnere posse putas.
Nec est Patricius contemnēdus: Symiam dicas Ciceronis: adeo scribit ornatulæ: ritus &
cærimonias tenet: Recreant me & domestici quidem mei: Sed remissius efferror propter
auctoritatem retinendam.

Spellanū inuitat dulci Syrenula cantu Cōcurrūtq; simul diuersis uocibus ambo
Aemulus in carmen surgit uterq; meum Tris uates una dixeris esse domo:
Eos quoq; negligi per iniquum est: & negligimur omnes nisi reuocemur: hoc tuum: hoc
amicorū omniū est: precari reditum.

Porrige mane preces supis: & uespere clama Nil aliud q̄: dii reddite: templa sonent.
Implora & Staccoli nostri preces collipendulas.

Staccolus in mensa Iouis est: epulisq; deorū Præripit: & magno pocula sæpe Ioui.
Nihil nō impetrabit Staccolus: si uota nūcupet.

Exorare data potuit si numina prole In reditum potuit flectere & illa meum.
Videor mihi esse inter meos dum de uobis: & cogito & scribo.

Nostra uides quali pcurrā gaudia lingua Dum uideor musas: Italiamq; loqui.
De Germanicis oīno idem nō possum.

Accitus quis precibusq; rogatus Apollo Inuertit nares: olfaciensq; fugit.

Volui nunc tentare an & de Italia possē: Gaudeo nondum istic mortuū me esse: & ita
uiuere ut si feteam in Germania adhuc: tñ in Italia spirem. Vale.

De ab
sentia

Campanus Cardinali Papien. S.



D. xiiii. kal. Iunias. Rosam primā legi Ratisponæ: adeo serum est in Ger-
mania florere: iam si maturari putas nostrum reditum precox inditium ha-
bes. Casarem tam nunc expectamus: q̄ cum uenimus: Aquilæ ad Gruem
redierunt. profectionem nostram perscripsi tibi omnē. Idem faciā de mo-
ribus gentis: At quid inquires in Germania ingenio dignum modo: multa
quidem: Sed illud iprimis: q̄ hic mortui uiuūt: nec putes cœli clamētia fieri. fit moribus:
Ego qui miracula nostri temporis non odi modo: sed horreo: nusquā uersatus sum omni
mea uita fastidiosus. Sed dices perpulchrum est mortuos uiuere: perpulchrū: sed malim
hic ego & uiuus mori: Nam cum feteant qui ambulant: si feterent mortui nō ambularēt
Anceps fortuna mea est: Quanta calamitas naso: tanta auribus fœlicitas inest: Dū om-
nes sentio: intelligo neminem. O Epigrāmata:

Tu fortem miserare meā: fugere repulsæ Arce sedet Bacchus: cessit neglectus Apollo
Pierides: hystriū Flora Venusq; bibūt Nil hic est aliud uiuere q̄ bibere.

Ne accuses breuitatē: mox resarciēnt omnia: nunc comparo me in aduentū Cæsaris: ha-
biturus orationem qualem Italia legat: Germania nō capiat. Incredibilis est hic ingenio-
rum barbaries: rarissimi norunt litteras: nulli elegantiam. Vale. Cāpanus eidem. S.



LITTERAS tuas quæ scriptæ fuerūt Eugubii ad. iiii. kal. April. pridie kal.
Iunias accepi Ratisponæ. Longissimū iter: nō mirum si tardiuscule cōfeci-
runt. Legit eas nō minus iocunde legatus: cuius mentionē faciebas q̄ ego
cui dirigebant. Memoria tui apud me ita residet ut tñ sæpe inter tot nego-
tia subdormiat: nunq̄ moriatur: accelerabimus reditum: ut quantū i nobis

anatomia pueri
ratiōnis sed longi
tineris

erit breui absoluemur: discessum ex Vrbe duo de uigesima Martii ingressi sumus Ratisponam Klās Maii tribus & .xj. diebus in itinere consumptis: substituius diem unū Viterbii: triduū Senæ: Florentiæ: Bononiæ: Mantuæ singulos: Veronæ: Tridenti: Bolsani biduo: Ad pontem Herii cum Sigismundo duce Austriæ triduū. Ad Lansutū cum Ludouico duce Bauariorum biduum: ubiq; supra usitatam magnificentiam excepti. Ratisponæ solos inuenimus Oratores Allobrogum: qui hodie Sabaudienfes appellantur. Conuenērunt post diem tertium Maguntinus & Marchio Brandeburgē. Vterq; maximus in Germania princeps: Et quibusuis sit cū quattuor Cæsaris eligendi: Magūtinus uir īgeniū māsuēt: & q ne p aspectu neq; māsuētudine Germanū p̄se ferat. Marchio uir acer eloquens uaser: & quem uulpem Germaniæ uocāt: bellicosissimus & pugnatissimus omnīū qui in Germania laudent: Pius Achillē appellauit: Cicatricibus totus manibus: pedibus: uultu: collo excauatus: sape singulari certamine dimicauit: quo genere pugne nunq; uictus est: proelio semel a Ludouico Bauaro eius cōsobrino. Oratores Burgundoz cū eo uenere ad uiros triginta. ciuitates Germanoz fere omnes: & Duces multi misere legatos Imperatorem citra Pentecostē expectamus: Si uenerit aderit & Principū magna frequentia: etiam eoz qui legatos prēmiserē. in aduentu illius tota spes est: absente eo referri de multis: deliberari nihil: aut exiguum poterit. Scribam tibi ordinem quæcūq; in cōuentu peragent. Vale. Campanus eidem. S.

VIVIMVS si modo uita est aliqua esse cum Barbaris. Cæsarem iam prope mensem expectamus: moram hoc leuat: quod scribit se uenturum Maguntinus Antistes & Marchio Brandeburgē & alii quidam nobiscum sunt: at Cæsare præstolant. Treuerensis & Spirensis sunt in itinere. Res omnis in Cæsare sita est: nisi uenerit nequicq; laborabit: eum Principes omnes inueniēt. Conuenientq; omnes si ipse aderit: dico ego tecum quod sentio fieri omnia posse in salutem christianam si Cæsar uolet: nihil si tergiuersabit: factiosa Germania est: Amici eum facillime consequunt ceteri. Quod magnū est in hac gente Cæsaris nomen & multa potest præstare: cupiūt recōciliari & rei cōmuni adesse: Boemica dissident. Utis nam nō ad ceteram fœlicitatem Turci hæc quoq; accedat: q̄ est Boemica uires & Hungaras & Germanas ad se cōtractura omnes: quod si acciderit: peritimus funditus. Vale.

Campanus Cardinali Papien. S.

MIRARIS q̄ pauca de rebus Germanicis scribam: p̄sertim quæ in cōuentu nostro agunt. Sed p̄uide tibi: aut exiguum: aut nihil esse quod agi: multa & magna quæ cogitant: omnia pendēt in aduentu Cæsaris: frequentia Principum atq; Oratorū indies fit maior: sed pars maxima: aut domi adhuc manent: aut cognita mora Cæsaris in itinere substiterunt. Omnes tamen ubi de Cæsare intellexerint uenturi existimant. Ego legatum nō desero: dignitatem uestrā idest apostolicæ sedis inter surdos eloquentia tueor: Fama increbruit Cæsarem iam soluisse: & per Dannubium annauigare: hoc exploratum ad uerum nōdum est: & multi terra cum equitatu uenturū arbitrant. Magna est eius auctoritas in prouincia undiq; factiosa: uerum ita magna ut multum umbræ: non tantū corporis habeat. Si qua ris sententiā meam: illud sentio magnam spem propositam esse nobis: si Cæsar instabit: exigua si lenescet: nullam si tergiuersabit. Boemia tripartita est omnis: alii cupiunt Poloniū magna pollicentem præsidia: ad hunc diem nulla præstant. Ii sunt hæretici quidam: sperant impunes se uicturos sub eo rege: in cuius regno infinitæ prope sunt hæreses. Catholici Hungarum cui iusiurandum præstiterunt: magna ex parte sequunt: promiscue utriq; multi & Catholici & hæretici Albertum Saxonem amplectunt: Germani ad hunc inclinant omnes: & metu Hungari: & quod uere omnes intima affinitate iungunt: quanq; hærenus multum consilii: nihil auxilii misere: nec dubium si conicere de mente Pōtificis possent quin auxilia undiq; subministrarent. Vale. Campanus eidem. S.

CVM scribat legatus ad te quotidie: superuacuu esset aliquid pro me significari tibi de rebus Germanicis: & litteræ ad casum cōmittunt. Hoc unum uelim scias: legatū nihil facere: nihil cogitare aliud q̄ quo pacto: & honorem sedis apostolicæ & gratiā inter hos Principes augeat. Ego quoq; & si idem facere cupio: tamen eo sum in loco: ut neq; intelligam quicq;: neq; intelligar. Si Cæsar ueniet quæadmodum speramus fortassis utilis fuerit opera nostra: alioquin & operam perdidimus & impensam: nam nisi is uenerit exigua erit hæc dicta. Prin

elipes ægre & pauci cōuenient. Omnes Cæsarem intuent. Et quia periculum factum est sæpe: nō uident se moturi: nisi prius ille se mouerit. Qui iam uenerūt & paucissimi sunt: & ad solam spem Cæsaris detinent: quæ si euanesceret: statim reuolarent: tædia Germanica infinita sunt. Verum omnia ferenda sunt seruis pro domino: filiis pro patre: mēbris pro capite. Oratores Veneti adhuc Patauia: quæ est ad ripā Danubii: metu latronum se continent: ibiq; Cæsarem præstolant: distant a nobis minus q̄ trium dierum itinere. Scribunt insidias undiq; sibi structas esse: Nam ut uno dicam uerbo: potentissima Germania est: potentissima: nobilissima: Sed ea tota tñum latrocinium est: & ille inter nobiles gloriosior qui rapacior. Apud principes solos securitas est: sed dūtaxat cū promittunt. Nam nisi publica fide accepta: eorū quoq; fines infesti sunt omnibus. Sed hæc querela in Italia erit iocundior. Vale.

Campanus Cardinali Papien. S.

QVOTIENS de te cogitamus & loquimur: q̄ sæpe ueniant in mentē Romanæ delitiæ: medio nunc Iunio frigemus: quid futurum ad Decembrem existimes in Germania: & an resistere uiros posse in Italia natos: Vbi flumina plerunq; uniuersa gelent: Sed durabimus: & quo celerius defugamur tot incōmodis maiore instabimus animo q̄ si in delitiis Italiae uersaremur. Tu fac saluum & ualentē te serues aspectu iocundissimo tuo: laborū simul & periculorū oblitus: memoriā omnem pfectionis Germanicæ deponam: uideborūq; semp in Italia fuisse cum tecū fuero. Vale.

Campanus eidem. S.

QUÏPIMVS ambo: & tu scire: & ego significare quid ī Germania faciam: dicā: meditator: facio nihil: dico parum: meditator unum: Italia: Italia est: resonat mihi dulcis in ore Italia: Italia fixa mihi est animo. Amplissimum conuentū speramus: ut fere semp altius crescunt arbores quæ tardius. Habemus Treuerensem: Spirensē: Eystatensem: Nam de Maguntino iam pridem audieras. Unus sed nostram cunctando destituit rem: & quantū perspicio grus illa nō præstat: transit tā in cornicem: scribit Cæsar heu: heu q̄ nō Cæsar: ad triduum se uenturum: sed hoc triduum iam centiduum est. In mora fuit Pancherit insignis latronis & conspiratorū quorundā supplicium: aut supplicia potius. Nam Pancherius auctor coniurationis securi percussus est: & cum eo qui proxime sequebant: tertius flumīe nescio an Danubio demersus: magna res & minime oportuna consiliis nostris: Sed tñ magna: Cæsarem tam mitem principē aliquid quando incaluisse: nā increduisse tam iusta causa nō dixerim. Principes qui assunt eo uidentur animo: ut aspirante Cæsare: sperare nō pauca possimus: Sed quid dicam: tarditas & cunctatio ipsa desperatio quædam est: ut raro acriter insurgunt: quæ lente se moueant. De Boemicis iam puto ad te esse perlatum: filium Poloni ex Ladislao qui ueneno adulescens periit: natum sorore: regem appellatum: Sed ab iis dūtaxat qui & religioni & Hungaro aduersant: & cum Georgico sentiebant: nec refert Georgicum dum habuerint regem: an nūc habeant Polonum: tam se impunes futuros sub hoc rege uidēt: q̄ sub illo iā fuerant: & periculum est ne contagio serpat: & augeant uiribus qui destituti uidebantur. Cæsar cui faueat incertum est: nisi q̄ Hungaro propter ueterem contentionē & Pancherii causa putatur insensus. Nō possum de omnibus certa pseribere: & multa sic pendente ut minent potius q̄ cadant: quædam contra casura existiment: quæ nōdum inclinauerunt. Sed de alienis hæcenus mi Papien musæ dormiunt: nec unq̄ excitant: nisi cum per stomauchum: non ficta res est: ad uerum narratur: Sacerdos sella obuiam puellam amplexat deosculatusq;: nam fit id in Germania uulgo: ac passim: dū acrius instat: & puincere blanditiis ac nequicia perstat: Linguam lasciuuiscule infert: puella cui minus & res & aras hominis arrideret: linguā dentibus ita pstringit ut execret: res in forū pducta est: neuter negat factum: de iure lis est. Lege Epigrāma: Legatus puellam nōdum expiauit: Nec satis habet constitutū an sit piaculo opus: mihi nulla subest dubitatio: nō opus esse piaculo: Sed audaciam potius esse impudici hominis reprimendā: qui quod impetratu quoq; turpissimum sit uelit per uim extorquere. Vale.

Campanus compatri suo. S.

PENDEMVS in aduentū Imperatoris quem cū prope dicam manibus teneamus: tñ quæ uerba nobis adhuc dantur: inter spem desperationemq; suspendimur. Cōuentus autem crescit indies magis. Habemus iam tres Imperii Electores. Quāobrem cessare Imperator sine summa sua infamia: & illorū pari confusione nō poterit. Compater mi si scires q̄ cupio te uidere: cruciarere mecū. Italiā omnes noctu somniamus interdium loquimur: agimus gratias deo

quæ nos in Italia naset & educari: ac uiuere in Italia concesserit: hæc terra crede mihi res
rum omniū: quas terra pariat inopia: damnata est: Cælo aspera: solo sterilis: agrestis cul-
tur: infesta latrociniis: uncta: fœda: spurca: tam est a nobis natura diuersa q̄ uerbis: Sed tu
to dicitur quod uere: tuū est curare q̄ diu cruciemur. Felicitas nostra omnis in eo sita est
ut q̄ primum Germaniam relinquamus: q̄ si æstas nos Germana tam uexet: quid facturā
hyemem? quid recta nos impetentem: aquilonem existimemus? aut gelari frigore opor-
tebit: aut fetore intra estuaria mori. Et ut itelligas qd hic mali æstas habeat: si nihil aliud
durissimum illud est nō posse sine lachrymis bibere: Nam aquam quoq; si bibas: uentris
tormenta patiere: proinde miserere nostri. Vale.

Campanus Domitio suo. S.

DOMITIO meo sal. In tanta multitudine eorū q̄ ad me scribūnt: Solus Do-
mitius q̄ est omniū diligentissimus cessat. Cupio de Bessariōe nostro: de tē
de nostris: de tuis quoq; urbanis delitiis itelligere. Si haberem quæ nostro
Bessartoni scriberem: digna tantis & oculis & auribus facerem perlibēter.
Sed omnia pendent in aduentum Cæsaris: quem ad singulas horas uentus-
rum iam totum mensem nō uenientem expectamus. Ego si meam sententiam rogas: cū
salus nostra nō magis in auxilio q̄ in auxilii celeritate cōsistat: uix sperare aliquid possim
a tanta tarditate. Res christiana eo in statu est: ut cum uelocissime currendum sit a coclea
testudineq; curratur: Sed uana querela omnis est: quæ nō profutura. Vale.

Campanus Saluiato suo. S.

HOMINŪ qui uiuant charissime saluus sis mi Saluiate: post discessum ab Hes-
truria meum: neq; an cōualueris an Romam redieris: an decretum in causa
tua secundū te fuerit: potui itelligere: neq; tibi de me quibus sim in locis si-
gnificare. O quantū inter Danubium & Tyberī est internalli: q̄ diuersi mo-
res: q̄ cœli: q̄ soli diuersa fœlicitas: Inuideo nō equidem tibi: quem semper
omnibus dignū & muneribus & cōmodis existimaui: Sed ceteris omnibus qui Romæ
aut in cætera Italia agant: Nihil hic delitiarū: nihil urbani: & si quid sit diuersa lingua ne
percipiam facit. Pane uescimur ex siligine confecto: atq; ideo atro: infulso: putrido uinos:
importato acerbissimo: tamē quod in Germania superiore nascitur: ex Italia raro: sed ue-
nit etiam pretio nō minore tanto itinere constat. Poma nōdum gustauimus sero matu-
rescunt: quædam nunq̄. Oleam ficum amigdala & surrentina: aut Caietana nostra non
colligunt. Lactis ingens copia: carnum quoq;: sed minor q̄ putabamus: q̄ prædicabatur.
Edificia foris ornatiores q̄ intus. Tabulatis magna pars tegitur: & ad excludendam hye-
mem: & ad pulchritudinem. Piscium assiduus est usus: gammarorū præcipua magnitudo
Tyberinos lupos & mulos & syluros meo iuditio: mea gula non æquant. Facimus nunc
periculum æstatis: multo duriora ad hyemē expectamus: sed hæc in reditu narrabuntur.
Nunc uero uale mi Saluiate.

Campanus Cardinali Papien. S.

PERSCRIPSERAM tibi de aduentu Cæsaris: & apparatu eorum qui Cæ-
sarem sequebantur: & quæ spes esset proposita nobis de amplissimo Con-
uentu: & quantum nec ætas nostra uidit: nec grandissimi natu Germanorū
recordantur. Deinceps hæc acta sunt ad octauū kl̄as Iulias post peractam
rem diuinam: in Prætorium secuti Cæsarem conscendimus: quem in locū
conuenire Principes cōsueuerunt: de rebus Germanicis acturi: hic Antistes Tridentinus
nomine Cæsaris prodiit in medium oratione Germanica: quā e uestigio ut externi quorū
q; Oratores itelligerent: latine est interpretatus. Primum Cæsaris moram excusauit q̄
ad diem nō uenisset: & capita contentionum quæ domi post indictum Conuentū exor-
ta eum detinuisent: enarrauit: ægitq; gratias & Principibus & Oratoribus q̄ nō sine ias-
tura rei familiaris & sumptibus grauissimis alterum prope mensem expectassent. Caus-
sam deinde aperuit quæ ad indicendum hoc in loco: & hoc tempore Conuentum impu-
lisset. Præteritas calamitates Christianorum & recentem Carniolæ cladē deplorauit: po-
tentiā crudelitatisq; immanissimi hostis: q̄ breui tpe quantum occupauerit finiu nostrorū: quā
tū christiani sanguis fuderit: & in Europa & in Asia ostēdit: repetitaq; elegāter ueterū nō
una historia: clarissimas ac ppe innumerabiles Germanorū expeditiōes & p religōe chris-
tiana & p iperio Germanico susceptas cōmēorauit: hortatusq; ē Pricipes oēs: oratoresq;

Ciuitatum Germaniæ partem a maioribus gloriam conseruarent: occurrerent iminentibus periculis. Et religionem in qua patres eorum uixissent: & ipsi essent nati atq; educati tuerentur. Addidit & postremo Cæsaris preces auxilium & cõmuni libertati omnium & & priuato suo periculo implorantis: Post Tridentinũ Legatus graui & ipse oratione: propositum Cæsaris & Principum aduentum cõmendauit. Egitq; gratias Pontificis nomine uniuersis: hortatus ut quam spem christianis ex Cõuentu porrexissent: eam sumendis armis exhiberent: nec se carpi singulos paterent: qui uniuersi nõ modo resistere: sed proficere hostem q̄ facillime possent. Conuentus multos repetiit nequicq; in Germania habitos: ubi si obtemperatum fuisset consiliis eorum qui futura pericula præuidisset: nõ eo discriminis uentum fuisset: ut quem facile tũc potuissent ex omni depellere Europa: nũc ipsa in Germania perferrent: dum extrema essent neglecta: ad Intima hostem penetrasset. Adiecit & preces ac uerba: uultum: animũ Legato & tantis necessitatibus dignum ac cõmodauit. Principes Germanico more paulum segressi: atq; inter se locuti: gratias Cæsari egerunt: q; aliquãdo Germanicæ libertatis & publicæ salutis curã suscepisset. Se paratos per omnia uitæ fortunarumq; discrimina illius imperti sequi. Ituros in expeditionem si ipse: aut eat: aut iubeat iri: missuros si iubent mitti. Lætus eo responso Cæsar laudatis Principibus conuenire sequentem in diem iustos dimisit. Postridie pari frequẽtia reditum in Prætorium est. Sed initium consultandi ab controuersia ortum: omen belli futuri: an impedimẽti potius fuerit suspensum me habet. Oratores Burgundi cum post legatos Electorum collocati: atq; ideo sprete priore confessu uiderent: redire in subsellia recusabant. Electores qui erant absentibus collegis quanq̄ summa cum modestia dignitatem tamẽ cõmunem tuebant: Burgundi potentiã sui Principis & in Gallia & in Germania maximam. Electores parem nobilitatem ac uenustum honorem obiciebant seq; e corpore Cæsaris cum essent: ne regibus quidem si qui adessent cedere oportere contentabant. Quæ contentio cũ tres quippe horas consumpsisset: nõ antea est sublata q̄ Burgundi alteri subselliis ad frontem Cæsaris: inter Oratores regio locarentur: tum demũ & ipse auxisse Principis sui dignitatem: q; in ordine absentium Regum sederent: & Electores seruasse existimationem suam: q; exclusi a primis subselliis Burgundi essent: uidebantur: ubi omnes cõsedere. Primi Burgundi surrexerunt: quorum unus locutus est oratione ideo parum accõmodata: q; plus in criminando rege Gallorum: q̄ in proposito iuandis belli uisus est occupari: Regem rupisse fœdera: uiolasse publicam fidem: media pace oppida Burgundi expugnasse conquestus est: pauca quædam adiecit ad rationem belli: & quæ tunc ibi potius excogitata: q̄ domo adducta uiderentur. Altera fuit oratio Pauli Moricini Venetorum Oratoris breuis & collecta: certasse cum Turcis Venetos annos iam ducentos: eorumq; uires atq; impetus solos & in Thracia & in Illyrio sustinuisse. Enixius tamen proximis annis mari cũ iis ac terra gessisse bellum: propugnatoresq; nostros fuisse. Iam non tam defatigatos aut exhaustos q̄ a cæteris christianis destitutos esse Cõmuni ad eum diem periculo solos excubasse: creuisse nunc hostem factumq; ex aliena somnolentia magnum: & quantum iam proferre christiani utinam uigiles possint. Instare illum ab Illyrio: a Pannonia: a sinu Adriatico: nõ mari: nõ terra: quietos nostros sinere. Genus belli quale esset ipsos perspicere: senes occidi: strangulari infantes: cæteram multitudinem sine sexus atatisq; discrimine in seruitutem Asiaticam trahi. Conflamari templa: uiros dei intra templa concremari: igni & ferro ad excidiũ ultimum uastari omnia. Incipere iam Germanos intelligere q̄ durum fuerit Venetis tam diu bellum gessisse cum Turco: nec tamẽ desperandũ esse: modo eo sint animo Germani quo quisq; esse debeat ad uitam suam: libertatemq; suorum defendendam: habere se per magnam classem & præsidia per Illyrium: Græciamq; dispositam militare eorum stipendio ad hominum quinque & uiginti milia: Iuuari & a Ferdinãdo rege maritimo bello: si iuentur terrestri a Germanis: Breui & futuros ipsos in tuto & cæteros extra periculũ posituros. Misisse Ferdinandum tres & uiginti triremes: quattuorq; naues onerarias in augmentum classis: & alias prope diem esse missurũ: ipsos triremes sexaginta: nauisq; aliquot instruxisse: & putare iam esse deductas: Centum triremibus ac duo de .xx. rostratis nauibus bellũ maritimum aggressuros. Si terra quoq; detrahatur hostis utrobique laboraturum. Post eum Legatus magnificis uerbis & rem Venetam & Pontificis diligentiam: & Ferdinandi apparatus complexus parem Germanorum curam: quorũ nõ dispar esset periculum postulat: Secundum Legati uerba præsul Eystatensis iussu Cæsaris progressus in medium: hæc

postulauit. Primum ut decem milia ad præsentem necessitatem: quarta pars equites: cæteri pedites cogèrentur: qui per fines extremos Germaniæ dispositi: hostem ab incurſionibus prohiberent. Alteram deinde manū subsidiariam ac paratā in omnem belli euentum: & ad quāuis hostium impressionē compararent. Postremo ut de summa totius belli quantum geri uniuersis uiribus Germaniæ posset in annum sequentem constituerent. Ad hæc Principes q̄ digna consultatione res esset: spatium postularunt: responsurosq; in diem sequentem polliciti præsentibus quoq; uerbis spem Cæsari addiderunt. Magna uis est omnibus Cæsaris postulatio: nec minus necessaria q̄ magna. Sed & meo & multorum iudicio præpostera: nec Legatus ordinem approbavit postulatorum: Laudare se dixit consilium Cæsaris de auxilio præsentis: de subsidio parato: de expeditione futura: Sed eum ordinem nō placere primum: q̄ cum fama potissimum bella constent: nec minore in re bellica terrore q̄ prælio cōficiantur: Irrisuri essent hostes tam exiguam manum & uires Germanicas ex decem milibus militum extimatam ac tanq̄ omnē expressam Germaniā in tanto Conuentu nihil plus præbere uirium q̄ decem milia potuisse: aut si posset: agre reliquos in castra uenturos aliquando esse: qui nunc ut darent nomina compelli nō potuissent: Deinde spem omnem ereptam iri: Ciuitatibus nostris finitimis Turcos: concaſuros nimium animos: cum primum de numero audierint tam exiguo: & quicquid nunc præsentem Cæsare: astantibus omnis Germaniæ Principibus: tanto habito Conuentu in eorum salute factū nō sit: fieri posse amplius desperabunt. Postremoq; ubi decem milia contulerint Germani Principes: contulisse se quantum opus fuit existimabunt: ut fere semper grauius est quod additur ponderis: q̄ quod imponitur: & maxime imputatur quod primum exactum est: proinde suam esse sententiam: ut de summa uniuersi belli delibetur: Vires omnes Germanorum inspiciendas: nomina militum: quotquot & ubiubi sint conscribenda: habendum quantū habere maximum possent ex omni Germania dilectum: Ac tum demum ex ea summa primum decem milia educenda: præsidiumq; ad impressiones ex eadem submittendum: Cæteras copias destinatas conscripſasq; & primo quoq; tempore paratas habendas esse: ita futurū ut hostibus terror: spes nostris adiciatur: ut illi se contineant: nostri ad resistendum confirmentur: & cuiq; exploratū sit quo tēpore: quid facere: quorsum: aut qua manu ire tubeant. Magnā uim habere & animi & rerum apparatus. Laudata est magnope Legati sententia: nō tamen Cæsaris propositū immutatū: unde orta suspitio est nobis remissione eum futurum ad hanc expeditionem q̄ sperabamus: & consulere uelle præsentibus periculis: futura nō cogitare: quanq̄ Legato respondit bono esse animo: se nisi re ad summā uniuersi belli perducta: Ratispoua nō discessurum. Principes quod erant polliciti sequenti die responderunt: se ad omnia quæ Cæsar postulasset esse paratos: Vnum orare: similitates Principum: ciuitatūq; discordias: quod facile auctoritate sua posset: e Germania tolleret: magnam partem uirium Germanicarum occupari Principum seditionibus: quibus sublatis: uno robore: cōmuni manus: copiis uniuersis: inferri bellū posse. Cæsar studiosum se ait semper fuisse concordia Principum: & nūc quæ ad pacandam Germaniā pertinerēt omnia esse facturum. Nouissime designati sunt quinque uiri ex familia Cæsaris: ac totidem ex consiliaribus Principum: qui cū Magūtino: cui est primus inter Principes locus: de cogendis statim decem milibus & præsidio superando: & de numero copiarum Germaniæ in annum sequentem præficiendo: & de præficiendo Imperatore: ac de omni ratione: non mouendi solum belli: sed etiā continuandi inter se agant. Et ubi delibauerint ad Cæsarem & Principes referant: hoc in statu res sunt. Legatus nihil neq; de excitandis Principibus: neq; Cæsare incendendo prætermittit. Ego ea sum nunc sententia: qua nuper fueram: cum primum de Conuentu ad te scripsi: pendere omnia ex Cæsaris uoluntate: qui nisi omnia uelit: quæ ad ineundū bellum pertineant: Nihil dicam aliud q̄ fato malo perituram rem christianam. Depopulata Carniola: & igni ferroq; uastata: nisi excitetur: nō uideo quid sperare possimus ab eo auxilii calamitatibus nostris: qui suis nō moueatur. Auctus cōuentus est incredibili multitudine Principum. Nudius tertius uenit Langrauius Hassiæ cū equitibus quadringentis. Heri Antistes Colonienſis exiguo comitatu. Fratres Saxones quorum est magna inter Germanos auctoritas ad triduum expectantur. Conuenisse feruntur ad hunc diē paulo plus minus ue q̄ equitū decem milia: pulcherrimū spectaculū nobilitatis. Vrinā equæ profuturum. Fœliciter uale.

Campanus eidem.S.



POSTRIDIE non. Iul. quo die opinio fuerat: Quinq; uiros de Principum decretis relatores: Volgangus Bauarus frequentissimo confessu: quædam noui sceleris intulit de Christoforo fratre: qui ab Alberto & ipso quoq; eorum fratre in uinculis detinetur. Orauitq; Cæsarem tam immani & inaudito ante eum diem exemplo impietatis: clamentia sua & pro dignitate Imperii occurreret: ut quem naturæ charitas nō teneret: fæueritas iudicii a maleficio coherceret. Breuis accusatio ingens uulnus uisum est: preculitq; omniū animos: fratrem aduersus fratrem pro fratre contendere: nec causa modo: sed promissa barba & mutatio uestis: & lachrymarū immodica effusio certare pro duobus fratribus: altero captiuo: altero sponse sua exule uidebant: & habetur alioquin Albertus summa inter Germanos Principes gratia: dignitate corporis & faciētia quantam capere gens potest: nō nihil & litteris præditus. Altera fuit contentio Spirensis episcopi: qui primum nomine Coloniensis acceptus in Conuentu inter Oratores Electorū confederat: Sed ubi Coloniensis ipse aduenit iam Palatini loco se gerens: ueritus a Cæsare est: ne ubi prius: hoc est Electorium gradu locaretur: q̄ nec decreto suo Palatinum Electorem esse contenderet: nec oportere duos simul fratres potestatem habere Cæsaris eligendi. Iam uides quæ ab eo pacis tam necessariæ fundamenta iaciantur: & quantū de concilianda Germania cogitet: qui exortas cōtentiones nō comprimat: nouas exscitet. Vereor Papien̄ mi ne ad unguem diuinaueris. Memini quo die locutus sum tecum de profectioe Germanica: dixisse te nullam spem habere in Cæsaris mente: dubii & latebrosi consilii: hominē nihil ad cōmunem salutem: omnia ad suam utilitatem reuocare. Post hæc lectæ sunt litteræ Carniolanorum: plenæ efferatissimæ immanitatis: nullum relictum templum: nullam agrestem casam a Turcis in Carniola. Iacere passim cadauera occisorum: senum atq; infantium: & iam cælum fetore corrumpi. Abrepta prætea esse ad milia hominū ferme. xx. Cōmunisse Turcos loca quædam: unde excurrere q̄ latissime ac recipere se incolumes cum præda facillime possent: Implorare Cæsaris & Principum & omniū mortalium opem. Recitare etiam Strigoniēsis & optimantiū Hungariæ quibus significabatur diuisum esse bifariam Turcorū exercitum: partem Carniolam in fines Cæsaris contendere: partem ad ripam Sauri fluminis cōsedisse: eo consilio: ut exitu aliquo explorato & cōmunito excurrere: & depopulari Hungariam possint. Centum iam annis pugnatum ab Hungaris cum Turcis esse: exinanitū iam & uiris & uiribus regnum nisi ope quoq; iuuetur externa nō posse diutius tam assiduam tamq; potentem hostem sustinere. Cōmunem causam agi: se & si propinquiores sunt periculo: nō tamen solos perituros: Monere & orare Cæsarem: ut conuentu prope omniū Principum Germaniæ & quantū nunq̄ antea amplissimo remediū aliquod christianis uulneribus adhiberet: oportere eum præcipuū esse christianorum propugnatorē: qui idem christianorum sit Imperator: Idem quoq; a Principibus postulabant. Cæsar & ad contentionem Volgangi & ad utraq; litteras egregie dormiit. Respondit Maguntinus nomine Principum: hoc unū agi prætea nihil: ut ea Carniolanis & Hungaris succuratur: hoc in statu res ē. Ex Boemia crebri nuntii afferunt Saxonē qui præsidio Pragā cōmunierat post electum Poloni filium ad Hungarum inclinare. Ego mi Papien̄ scripsi scribamq; tibi omnia diligenter ut plenos a te annales habeamus rerū ætate nostra gestarum. Vale.

Campanus eidem.S.



Quæ ante nonas Iulias acta sunt in Conuentu binis simul litteris: iisq; longissimis: quas tabellario Mantuano deferendas ad te dederam: accuratissime scripseram. Ad decimā Iulii Principes Saxones quos prope diē expectari dixeram aduenerant: cum equitibus paulominus septingentis armatis fere omnibus: magnificentiorem ingressum eorum Cæsaris occursum fecit. Postridie qui uenerunt uocati Principes: non quidem amplius in Prætorium: sed in domum Cæsaris: Quæcunq; acta essent ordine Saxonibus enarrarunt: Saxones cōtra quæ in Boemia ægissent & moram excusarunt. Continuis deinde multis diebus acta est causa Palatini: graues: diuersaq; accusationes æque magnis defensionibus auditæ. Albertus Saxonum: alter Otto Bauarus: Antistes Eystetensis missi a Cæsare pro educendo uinculis Christoforo Bauaro: nihil profecerunt: & opinio est ex contentione Palatini pendere: quam breui sublaturū iri speramus. Designati ad eam tollendam Legatus Herneſtus Saxonum fratrum maior: Ludouicus Bauarus cognomento Diues: & Sigismundus

dux Austria. Interea Cæsar mutata ut uidebatur in deterius sententiâ: ex .x. milibus quos ad præsentem necessitatem postulauerat: Sex milia detraxit: affirmans: satis nunc futura milia quattuor: magna undiq; murmuratio exorta: & consiliares designati ad rationem cogendi exercitus: ne quicquam dies multos in prætorium consumpserant: quod grauari multi uidebantur: Heri .xvii. Julii a quinta hora diei ad multam noctem consultatum est de summa expeditionis: & demum ita consensu omnium decretum est: ut in sumptus belli quisque prouentus annuos mille ducatorum habeatis equitem unum condecat. Peditem qui quingentos. Cæteri proportionem fortunarum ad eam summam. Cæterum ubi de prouentibus haberi ea ratio nequeat de capite habeatur: ut cui mille sint aureis: quinquaginta habere in prouentibus censeatur: atque ea computatione contribuatur. Fieri posse hoc modo ingentem exercitum aiunt: & facillime sustineri etiam longissimum bellum. Et sunt qui affirmant si ad unguem res exigeretur: ducenta prope hominum milia cogi posse: Nos erimus minus octoginta contenti. Principes miro assensu conditionem receperunt. Fœlix uale: Boemi hæretici filium Poloni accierunt: quem fama est cum .xxxii. armatorum ingressum Boemiam .viii. k. las Sextiles Coronam accepturum. Campanus eidem. S.



Solis: o cœli: o deorum domicilium Italia. Quando quoniam Papien mi hoc grauissimum est nobis: carere Italia: sed illud multo grauius in maximis negociis fieri nihil: ægre: lente: segniter procedunt omnia: hoc tamen non desperandum: quia procedunt: Significauit proximis litteris quæ .xvii. Julii acta in Conuentu fuerant: De ratione cogendæ pecuniæ: & exercitus comparandi.

Post id tempus dormitum egregie est. Conuentus Norimbergam propter rerum copiam transferretur. Hic cœlum paulo grauius est: egrotant multi: nec omnia ad Conuentum tam magnum tam longum suppeditant. Cæsar clausis oculis optimo est proposito: nihil tam sonorum: tam strepens quod illi excitentur: nihil tam magnū atque arduum: quod is se facturum non prædiceret. Si tam bene olim pugnabit quæ nunc stertit: uicimus. De Boemicis rebus nugæ fuerunt quæ scripseram: Iam & si minantur Poloni se quæ primū uenturos ingenti manu ad regnum capescendum: & sunt qui consingant adolescentem illum ueste dissimulata in Boemia uisum: graua sunt odia in nos: sed hæc litteris non plane committenda: & astu Legati qui omnia subodorat facile opprimunt. Causa palatini ad hunc diem nequicquam diu multumque acta interturbat omnia: & rumor est coegisse eum: quantum nunquam antea exercitum: Is multa petit: Cæsar paucissima uidetur concessurus. Spes tamen est in necessitate Cæsaris aliqua: habet qui auribus instillent: & plane referta est hæc natio malis pulmentariis. Data sunt regalia nudius tertius Langrauius Hassiæ. Fuit operæ pretium aspicere Cæsarem coronatum: pulcherrima est illi thyra: sed nihil ad nostram: aut multum fortasse: Gœmæ sunt magnæ: diuersi coloris: perlucidæ & multæ: Sed quantum ego hac in re sapio: Germania uincit: nec dissimulatur omnino contentio. O tempora: o imperium: o lumina: o beatos qui succedunt: miseros qui gloriantur: stultos qui conquirunt: an te quoque non miseret conditionis humanæ: Sed properat tabellarius. Vale. Campanus eidem. S.



SCRIPSI ad omnem nuntium: inquietos dies: insomnes noctes ducimus: patrietes nostri te somniant: mensæ tecum uigilant: unus ubique es nobis: Redunt tibus Balthasare & Luca deditissimis clientulis tuis: nihil est quod scribam de rebus Germanicis omnibus interfuerunt. Ego misere crucior: expecto ut tu aut eripias me hinc: aut eripiendum ab alio cures: Non possum amplius esse Germanus: nolo diutius uiuens inter mortuos uersari: sed omnia cum dignitate. Aspiciant cœli rem nostram: habemus hic Oratores Hugaros: Boemos: Polonos magnis uerbis: maioribus uentis res agit: sed Cæsar imotus ad omnia. Rediisse Turci ferunt in agrum Carniolanum: & rediisse manu maiore quam antea: & tamen possumus etiam interdum querelis mediis indormire. Vale. Campanus eidem. S.



NON scripsi ad te antea: nec ad me tu: credebam non esse Romam: Quæ secuta sint indies: redibunt fortasse tempora tua: utinam exercitum ut olim: sed maiore cum premio ducas. Ego crucior: Mutinensem nostrum noctes somnio: dies alloquor: creuit ex aduentu eius desiderium: nescio an fortasse redierit ad claustra: durissimum esset: quod si esset: reuoca tu eum statim: tempora ita deposcunt. Ego inter Barbaros & solus uiuo: amicis omnibus sodalibusque destitutus: Malim perire quam sic diutius agere. Vale etiam tempori te accommoda.

Congratulatoria

de absentia

Campanus Cosmæ de Vrsinis. S.

VISTI hactenus in me tu quidē longe officiosissimus: sed alieno tempore: & in quo nec tu poteras aliud præstare quā animum: nec ego aliud sperare quā tempus: Nunc ut uno explicem uerbo: cura ut reuocer. Scio quantum & auctoritate & consilio ualeas. Vide quantum mihi de te pollicear: nihil scribo ad Numen nostrū: ex te accepimus quicquid mihi ex illius clamentia prouenerit. Redde nunc in reuocando me tam propitiū quā in delegēdo hactenus reddidisti. Cura ut reuocer: Satis iam grati animi significationem ut mihi uideor feci. Consciscere inter Barbaros tam latinū hominē: nec tibi pulchrū est nec numē nostrū patiet: cura ut reuocer. I. adi. circuni: ābi. uexa: ifesta: dissiice oīa. Cura ut reuocer: cura ut reuocer Italiam post hac si linquere forte uidebis Iratos in me dixeris esse deos. Vale.

Campanus Domitio suo. S.

VID tu de me: quo in loco ut sim curas: Ego ex numine nro totus quantus sum pēdeo: Nec est mihi numē in terris aliud quā Bessario: Nā ceteris quicquid exhibetur obseruantia ex fortuna est: huic uni ex magnitudine incredibili meritorū: quæ in eo sunt tanta: ut enarrari de ceteris sine adulatione aperta non possint: referri de illo sine detractioe aliqua nequeant. Nihil enim tam amplum de magno. B. dici: quod nō lōge diuinis ipsius meritis nō superet. Redde eum tu mihi nunc quoque beneficium: qui hactenus propitium liberalemque reddidisti. Ego multorum quidem: sed nullius æque ac magni. B. beneficiū expecto: Habet hoc quicquid ille hominibus præstat: ut non modo utilitatem accipientis: sed eximiam quoque gloriam afferat: Quāobrem & si iocundum mihi erit quoquo modo redire in Italiā: multo tamen erit iocundissimum magni. B. opera reductum uideri: Iamque tuæ sint partes quid ex tanta beniuolentia expectā optime intelligis: Sunt munera publica Romæ: Sunt prouinciæ: sunt arces: sunt ānua præsidia. Si impetrare mihi maxima nō poteris: poteris meo diocria: quanquā propitio numine nostro: nec maxima quidem despero. Vale.

Campanus eidem. S.

RVCIAS me cum scribis: cum nō scribis enecas: adeo & peteo desyderio tui & litteris incendor: Seriem omnium rerum gestarum Romæ iam pridem acceperamus: & rumore aliquanto deteriore quā res: aduersis uiuimus factis mi Domiti: atque ideo uiuere diu salui nō poterimus: Existimo proximas litteras meas cum tuis quæ ad magnum. B. scriptæ sunt de reditu meo: iam ad te esse perlatas. Quæ spes mihi sit in tua amicitia uides: Fœlicem te si rediero: nam galli iam exacti uocē nō habent: & tu euigilare sine cantu nō consueisti. Ego lyram affecto: & lyristam e Germania uocalissimum: annis natus sexaginta: Sed adhuc ita sonorum ut nec Tracalium desyderes si hunc audias: Gallos oīno fastidies: nisi quod horam cantāt. Vale.

Campanus Andrea Lucentino. S.

SI meum consiliū ualisset: neque tu præsentia nostram: neque nos Italiam desyderaremus: Fuisset enim iam pridem e Germania decessum: uerum siue ratio est aliqua manendi: siue libenter sumus: imperio adhuc hæremus: & litteræ tuæ suadent reditum: nō iubent: Existimamus proximas litteras nostras quibus missionē petebamus nodum ad te peruenisse: cum nouissime rescripsisti nunc perlatas esse: & datam per te operā nō dubitamus. Quæ gesta sunt Romæ & si uariis modis referunt: eo tamen perinent omnia: ut minime pœniteat nos abfuisse. Labimur mi Lucentine: nec clam labimur: undique res corrui: & ad eam Licentiam uentum est: ut iam peccare nō pudeat. Vale.

Campanus Cardinali Rauenati. S.

NISI & litteris Ferrariē statum rerum Germanicarū tibi cognitum esse putarem. Scriberē ad te ordine: scripsissemque hactenus omnia: sed inculcatio laboris esset: nō officium obseruantia: aures occupatissimi Principis sepe iisdem de rebus obtrudere: Cōuentū habemus omnium: qui unquam memoria patrum nostrorum habiti sunt: & præsentia Cæsaris & Principum multitudiue maximū: agitur grauissimis de rebus: nec ignoramus expectationem omnium nihil minorē esse conueutu: Sed spes ea proponitur nobis quæ haberi ex mente Cæsaris possit. Utinam is sit qui debeat esse: nō qui cōsueuit: nihil lenti calamitates nostrorum patiuntur. Carniola una ex puinciis auitis eius superiore mensē direpta: depopulata: incensa est. Nūc maiore manu redire hostes ferunt & ulteriorem facturi impressionem: & oppida quibus

nuper uastato agro abstinerunt oppugnaturi: magno in discrimine ut simus: non tam hostium uires quam nostrorum tarditas: nec dicam ignauia facit & contatio Caesaris: Nunc quoque in tanto conuentu Principum nihil aequae displicet quam lentitudo. Principes ea sunt mente ad expeditionem suscipiendam: ut qui periculi intelligant magnitudinem: occurrere nisi uniuersi non possint. Pacem Germaniae Caesar omnibus pronunciauit: nulli dedit & quantum licet prospicere: nec deponit inimicitias: nec exercet: Legatus ad omnia defudat: non mensa illi: non nox libera est: omni fomite: omni materia Caesarem conatur accedere: sed nescio an nunquam accendi possit is qui nunquam incalcescit. Decretum est proximis diebus de stipendio militum: ut qui mille habent in prouentibus: equitem unum conducant. Peditem qui quingentos. Qui prouentus non habent ex capite computatio sic fiat: ut quibus mille sint ex capite: & iis quadraginta esse ex prouentu censcantur. Agrestes duos de uiginti denarios uiritim soluant: Summam fieri permagna hoc modo: & ingentem posse confici exercitum putant: Sed facile est Caesari decernere: exequi Federico difficile: ut uno dicam uetere boni: nisi pacem Germaniae uniuersae confecerimus: oino nihil fecimus: huic uni intendit. Capita sunt discordiarum. Palatinus & Caesar: hic uerbis: ille armis rem interturbant: cum alter maxima petat: alter nec minima quidem uidetur concessurus. Hos Germani omnes & propinquitatibus & studio partium sequuntur. Multum Caesari auctoritatis & uirium est Palatino plus animi: quam nec uires habet: quae sic habet ut non habeat: etiam auctoritas exigua est: etiam quae magna: si ministerum desideret. Traducemus conuentum Norimbergam si perstabit in proposito Caesar: Ibi autem absoluemus quod erit reliquum: aut arrumpemus. Vale.

Campanus Grifo suo S.

SVM tibi proximis litteris congratulatus: non est cur iterum faciam: quod esset uel semel fecisse suspectum. Habet enim fortuna eam conditionem: ut ne laudari quidem sine adulationis suspicionem etiam tunc possit: cum laudari maxime debeat. Quod admonendum te putavi altissimo in fastigio positum hoc praecipuum fuit: ne altius quam sis spectes: quia nihil a casu periculo tutius: quam quod in plano est. Summa uero quantum spectacula: tantum & periculi habent. Sed de philosophia hactenus. Io. Comensi cubiculario Senem mei nosti quid eripueris: neque enim refert precibus: an ui extorqueas: quod alter fuerat habiturus: si per te licuisset. Nunc eo loco es ut tuto agere uel chyromonia possis: hoc est a leua in dextram: a dextra in leuam traiecit: reddereque pro cyatho cantharum: pro coclea laternam: proinde cogita quam sit praclarum homini beneficii magnitudine uincere. Dabitur non una occasio commutandi: locus ille neque dignitati tuae conuenit: neque fortunae. Comensem patria iuuat: uetus ratio commendat: & quicquid est: ad manum prope dicam: nostrum est mihi Grife si res feret: Comensis negotium foue: ut ille potissimum habeat quod tu sis relicturus: qui olim reliquit ut tu haberes: hoc nihil neque Senem meo neque mihi gratius efficere poteris. Vale.

Exhortatoria

Campanus Cardinali Papiensi Legato Perusiae.

DESEO Perusinis omnibus multum: nam & ciuitate me donauerunt: & repugnante nemine publicis muneribus profecerunt: & redeunte aliquando sedentemque per aetatem: aut in praecutianos meos: ex Tuscia transeunte omnini profecuti sunt munificentia: quae praestari & priuatim & publice possent: atque ita ut certare singuli: concurrere uniuersi in me ornando uiderent: sed fuit peculiaris quaedam beniuolentia cum Valerianis meis: quoque primus copaternitate mihi coniunctus est: alter familiaritate non mediocri. Postremus tot tantisque officiis: ut satisfacere nisi te adiutore nullo modo possim. Venit aliquando Romam ad me iacentem in lecto pecuniae uim magnam non obtulit modo: sed coniecit: dimisitque in sinu recusantis. Eunti paulo post ad balnea maiorem submisit: perpetua egritudine mea ita sollicitus: ut ex Luciniano usque medicum magni nominis Romam ad me perduxerit: & tamen ex plurimis paucissima numerauit: Vides quo studio cupiam commendari tibi eum: cui tanta ex me debeant: ueniet ad te: & teniet ea fiducia: qua ad me solet. Quae postulabit intelliges: praestabis Campano tuo: quicquid Valerianis meis praestari huic iuniori praestiteris. Vale. Romae. xiiii. Iulij. M. cccclxxii.

Narrat beneficium perusinoz & Valerianoz elui & in calce eple mediat cor Car

Comitatoria

Campanus Cardinali Papiensi Legato Perusiae. S.

LAETICIA incredibili efferor: cum quicquam audio: audio autem quam saepissime: quod te in opinione hominum confirmet. Nulli Prouincialium Romam ueniunt: qui non ea de praclarissimis tuis uirtutibus praedicent: quoque non minor sit nunc admiratio apud ceteros: quam fuerit semper expectatio mea. Per

monitoria e huc ep & laudatoria

magni refert primam legationem q̄ præclare in ciuitatibus: & populosis & factiosis
 simis geras: domesticam moderationem: & familiaria officia tua intelligebamus iam pri-
 dem omnes: Industria & consilii publicis in rebus nõdum periculũ feceramus. Prouin-
 ciam accepisti tanto gloriosissimam tibi: quanto fuit iis qui ante te gesserant difficillima.
 Quo circa eo maior est apud homines tua gloria: quo fuit cæterorum tui ordinis in tan-
 ta expectatione multoꝝ discessus remissior. Ego uero nomino neminẽ. Quippe quorũ
 fuerit exitus nõ diuersus: de te autem hoc eximie dixerim: inter factiosos & turbulentos
 ea fuisse constantia: grauitate: patientia: ut omniũ de te idem sit testimonium: & ab utrisq̄
 pari iudicio lauderis. Cõmunis mihi hæc gloria tecum: nisi q̄ maiorem ego capio uolup-
 tatem q̄ tu: quicquid enĩ de te audio: & efferor licentius: & adulationis suspicionibus careo
 sed Fortiguerra instat. Tu uale. Romæ pridie nõn. Februa. M. cccc. lxxii.

Campanus eidem Papien Legato Perusiæ.

ME Casariano quidem illi amicorũ studio concesserim: nec solum ualde uolo:
 sed oĩno uolo: quæ uolo. Modo ad amici uel dignitatem uel utilitatem perti-
 neant. Vetera sũt beneficia Valerianoꝝ: sed ideo apud me recentiora: quia
 uetera: amicorũ enĩ illi minime debemus: cui nouissime. Tu uero ne p̄scribas
 mihi oro: q̄ multos tibi Perusinoꝝ aut quantũ commendem: Parietes mediussidius illius
 Urbis uelim tibi mea gratia esse charissimos. Sunt Valeriani inter paucissimos mei: sed
 ita ut centum sint Perusiæ quos paulominus amem q̄ illos: decem quos comparẽ: nõnul-
 li quos antepoñam. Reuolue fasciculos litterarũ mearũ quas proximis decem mensibus
 e Germania dedi: Videbis quanto studio quantis precibus Perinellos meos tibi cõmen-
 dauerim. Censes ne parua esse beniuolentiæ pignora: quæ tam procul in tantis occupa-
 tionibus rerum ualere mecum potuerunt. Tum Marianũ Balionium ueterem uicinum
 & prope æqualem meũ: cuius uxorem ut olim uirgunculã modestissimã: ita nũc probissi-
 mam fœminam: his prope manibus educaui: Mariani quoq̄ auunculum uirum Surianæ
 meæ putas ne posse fieri ut nõ omni tibi studio cõmendem. Philippo Perinello Præfe-
 cturam eam postulauĩ q̄ maiores sui nunq̄ habuerunt: ipsi magna fieri iniuria uideatur: si
 nõ consequatur. Vir est grauis: integer: domi quietus: foris industrius: familiæ nõ minus
 modestæ q̄ magnæ: & cui si cætera desint: hoc satis esse apud te poterit q̄ meus est. Sed
 quid hos nomino? compara ad fastidium aures nisi prouincia decedas. Iam quem mor-
 tuum Perusini tibi nunciauerũt: quotidianis Perusinoꝝ cõmendationibus intelliges uere.
 Cupio te uidere: ut omnia uideam. Vale. M. cccc. lxxii. Romæ.

Campanus Cardinali Papien. S.

VOD proximis quoq̄ litteris scripseram: ex Ratispona uenimus Nortm-
 bergam: Inde mox ad Bambergam secuti Casarem. Cras eodẽ redibimus
 haud amplius q̄ triduum imoraturi: ex eo loco dimisso Casare Herbipol-
 lim contendemus expectaturi quid de nobis per nouũ Pont. statuatur. De
 expeditione & summa belli nihil habeo ulterius quod scribam: nisi Casar-
 rem omnia quæ ad rem faciant eximie pinxisse: sculpsisse nulla: pacem Germaniæ omni-
 bus prouinciã: nemini dedit: inditã ubiq̄ constituit: nusquã peragit: deniq̄ in maximis
 pulcherrimisq̄ negotiis omnia cum faciat: facit mea sententiã nihil: nec tamen eius uo-
 luntatem accuso: desydero operam: quã fortasse minus illius animus: q̄ tempore difficul-
 tas eripit nobis. Conditionem Germaniæ nõ est q̄ nũc per me intelligas: quã diu olim
 maximis ex rebus per te gestis intellexisti. Nos nihil aliud q̄ Italiam cupimus. Intellego
 Umbriæ te & præterea Perusiæ legatũ designatũ. Dignitas placet: tempus maxime dis-
 plicet. Vereor ne illa tua singularis & diuina integritas aliqd ex ea legatione accipiat de-
 trimenti: ut non obtinuisse prouinciã: sed uendidisse suffragium existimeris: quod & si
 scio cadere in te talem ac tantũ uirum: & tam moribus in rebus probatũ nõ potuisse: ta-
 men multũ refert qd cæteri suspicient. Proinde te obtestor. Scribe ad me ordine omnia:
 ut possim libera fronte quod hætenus feci: nõ modo patronũ me habere maximum: sed
 etiã optimũ gloriari. Tantũ enĩ accrescere mihi existimo fœlicitatis: quantũ tibi accesserit
 gloriæ. Vale. Campanus Domitio Secretario Bessarionis Cardinalis Niceni.

QUOSA beniuolentia: nihil odiosus: nec tu hætenus scripsisti ad me quicq̄:
 nec ego ad te: & tamen scio me tibi: te mihi mutuo esse charissimũ: officia uero
 si ex me nõ aliqua intercessere: ex te multa parata fuere intercedere: nec minus
 est præstare beneficia cum possis: q̄ cum non possis cupere. Sed mitto phiam

Laudatorũ e ep̄ta

natura Verba.

offuosa ep̄ta

Vides quod procul ab Italia: quas inter gentes: quibuscumque moribus: quo sub cælo Campanus tuus confisteretur: quod indigne latinum hominem Barbari occupent. Fer auxilium obsecro tu quoque: instat apud numen nostrum: Nam quo alio appellem nomine eum qui pro mortalitatem nihil habet quo non homines excedat: superis aquetur. Instat inquam ut reuocari me curet: nec prescribo quo modo aut conditione me reuocet: qui pro magnitudine & clementia sua non posset sine dignitate reuocare. Vale.

Caudatoria

Campanus magno Bessarioni Car. Patriarchæ Nicenæ.



Illam incredibilem ac diuinam magnitudinem laudum tuarum hæc quoque accedit: quod neminem eorum quos uel semel fueris amplexus in abiecto esse pariteris: gloriamque eximiam censet communicare fortunam: & tantum prestare hominibus auxilii: quantum es assecutus: conferreque aliis ingenita beneficentia: quicquid uirtute tua diuina atque eminentissima peperisti: dignus profecto in quem tot fuerint diuinitus cumulata ornamenta: qui ornare ceteros nunquam desieris: & cum sis ipse muneribus tuis quæ parere sibi quisquam uirtute atque industria possit: mortalium omnium maximus: in eo tuam repositam magnitudinem arbitraris: ut maxime prosis ceteris: quæ spes si communis est omnibus: quid ipse mihi de te persuadeam facile intelligis: quem mihi uel fortuna mea uel incredibilis humanitas tua potius conciliauit. Quid autem nunc expectam unum est precipuum & solum? Cupio tua opera in Italiam reuocari: sed eo modo ut accitus ad locum aliquem dignitatis: non tanquam reductus ab exilio uidear. Id mihi prestare solus & pro magnitudine tua potes: & pro natura debes: Quobrem oro te per numen illud genitricis: quod ideo te protulit ut esses in quem unum ornamenta omnia: quæ uniuersi capere mortales possent: cumularent. Tua ut opera quæ primū in Italiam reuocet: accessurus quæcumque mihi obtigerint in reliquam uitam fortuna & beneficentia tua. Vale.

Petitoria
Caudatoria. & Petitoria
Capitula bene
ad

Petitoria

Campanus domino Gaspari Teramen Auditore Rotæ. S.



Am gratæ fuerunt mihi litteræ tuæ Ratisponæ: quæ unum Tridenti: & ne censeas parum esse in pretio Tridentinum: inuentus est hic qui iuret Pontificatum si habeat maximū: libenter illud cum tua prepositura permutaturum: in qua omnis generis uina producant. Nos etsi sumus in amplissimo Conuentu Principum: tardiuscule agimus omnia: uerba magnifica & potentia: an aliquid facti habitura sint nescio. Spei multum proponitur: certi nihil. Ibimus ad quadriduum Norimbergam commodiorem locum tantæ multitudini Principum habituri: quæ sicut perscribam postea ordine omnia. Interea Lelium nostrum saluum cupio: non gustauimus hoc anno Muschatellam Terramanam. Securus a furibus es: nisi quid Marianus struat insidiarum. Vale.

Campanus Bessarioni Cardinali. S.



Cæcè sperabamus uitam, & mors uenit: nihil cuiquam ut uideo certum sub cælo est nisi quod moriemur. Agunt fata pedem: non sistunt: nec unquam quietos nos sinunt donec sustulerunt. Anxium me apprime habet Pontificis mors tam subita: tam insperata. Erat status ecclesiastici propugnator statarius & firmus & a quo eripi aliquid citra dignitatem poterat: impetrari non poterat. Eius mors tum mihi omnibus de causis grauis: tum ex hoc grauior quod omnis mutatio rerum perturbatio quædam est. Magnus mihi quoque proponitur labor Principum animis contentis: existimant extinctam cum Pontificum curam fidei: aut omnino interpellatam. Ego modis omnibus eam existimationem refello: Sed eo potissimum quod Collegii non Pontificis esse dico de rebus tantis decernere. Agimus nunc de pace Germaniæ cõficienda: & ut corpus habeamus ualidum: membra curare cõtendimus. Palatinus & Monacenses adhuc me exercet: spe tamen sum indies meliore: presertim adiutore Cæsare: cuius quantum oderam negligentiam: tantum uincit diligentiam laudo. Mirum est quo tenore cõsultationibus presertim: & agitur plane sua causa: nec ipse agi inficiat. Principes Pontificem cupiunt huius tantæ expeditiõis studiosum: te omnes uenerant: in eorum spem postremam reponunt: Sperant ipsi: spero ego: aut auxilium a te: aut si id fata negabunt nostra auxilii operam. Valete.

Lamentatoria

Campanus Domitio Secretario Bessarioni. S.



ENSES ausum me quicquam scribere Diuo nostro: non sum ausus: tanta illius maiestas: tanta mea obseruantia ut etiam in Germania agentem me terreat & plane nihil habeo quod scribam: omnia illi per Legatum significant: in gerere me tantis rebus: tam arcanis nec pulchrum ne tutum est. O utinam o utinam: o utinam: sed mi Domiti operæ pretium erit uidere: quæ cura superis

simus christiani salua res est: Si Bessarionem ut est omnibus in rebus: quas capere huma-
num ingenium possit longe maximus: Ita & titulo quoq; maximum faciemus. Alioquin
dubio uento inter fluctus nauigamus. Tu uero te erige: Vtinā adessem: quid inques: cla-
marem: insurgerem: uociferarem: ne se perderent: ne religionē unico quod superest præ-
sidio fraudarent. Illum Græci: illum Latini: illum Pānonia: illum uoce una tota Germa-
nia postulat. Qua læticia affectum me censes cū nudius tertius clarus uir Narcisus ora-
tor regis Ferdinandi apud Cæsarem inter orandū quater Bessarionē nominaret: tanta
cum laude: quanta aut nullus mortalium: aut solus Bessario meretur. Tu de gallis ne cogi-
ta. Vale: & si quid curare absenti honoris aut cōmodi potes ne negliges.

laudis peritio

de absentia

Campanus Ia. Minutulo eſo Nucerinō. S.

TA ne absentes mortui: an nusquā alibi terrarū homini uita q̄ Romæ: tum
quæ īmanitas extorqueri uicturo hæreditatem nō captari a morturo. Agā
tecum uindictarū: aut damni illati potius: nam e fenestra ianuam fieri non
damnū illatum modo: sed furtum est. Sero in accusationem Fauentīnā des-
cendis: in qua tamen nihil tibi perscriptum a me censeas: paratus sum rem
integram restituere: nisi q̄ prædium accepi aliquanto q̄ nunc est cultius: neglectius red-
dam: Sed tamen audio rem rusticam exerceri diligenter: quanq̄ ut cætera sic & agri sen-
tiant an nos: & in Fauentino quidem pax est. Bellum ad Salinariam transit. Verum pug-
na omnis in gallinaria latrocinium est: sed fortasse nōdum itum in syluam est: Campa-
niam caue: quicquid extra syluam patet agri: Campani arant: suū esse contendunt: graue
teuiditium manet: triplo multaberis: quinimo quadruplo. peculator qui nec sacris quia-
dem abstinuisti: sed forum est. Dat fortuna manus quibus est nocitura secūdas: Ridet ut
alliciat: porrigit ut capiat. Sed quantum p̄spicere fuit in libris elephanticis: negociatores
publici breui decocturi uidebant. Venimus ad Histriū: quid tum: careo delitiis Romanis
Cāpanis: Hettuscis: duriusculū est hōī p̄sertim delicatulo: Sed ubiq; sol est cū sol elucet.

Romæ si nō sum fiat Germania Roma

Quodq; mihi fuerat Tybris & Hyster erit

Gratius est cuius longū intetmisimus usum

Nō eadem cœli facies nō gratia terræ

Nauseat ad dulces copia multa dapes

At placet æstiuam tangere posse niuem.

Sed scribendum est multis: & tabellarius uel momentū exprobrat Vale. Ratisponæ. viii.
Augusti. M. cccc. lxxi.

Campanus Nicolao eſo Mutineſi. S.

DVRVM quidem semp: sed hoc tempore longe durissimū est mihi abesse
Roma: tu ades: Ego multos habeo quos cupiā uidere: Sed te ardeo: æstuo:
depereo: an nō satis est septēniū iam torum ita fuisse diuulsos: ut nec semel
contingere dextram poruerimus. Sed est cœlum: sunt superi: Nos uiuamus
lati: nō tam q̄ sit cur lætemur: sed quo uiuere diutius: & peruenire ad læta
possimus. Ferrici nostri postulata proposui Legato: aut nullam faciet reseruationem: aut
hanc primā faciet. Tu si potes ad Casinates ne redi: Nam quid illic nisi nebulo. Hære: si-
mula: dole: & tamen citra dolorem aliquanto ad meridiē iace. Dum alium quēpiam Pa-
pa destiner: ualidissimus esto: infirmissimū fingito. Vale.

Campanus Nicolao Luceſi eſo Mutineſi. S.

SCRIPSI tibi proximis diebus: nescio an redditæ litteræ fideliter fuerūt. Con-
uentus noster prope est ut ad finem respiciat: quid de nobis futurū sit: nōdum
habemus exploratum. C. nostro excusabis silentiū: refarcies epistola Lephan-
tina. Vale.

Campanus Lucentino. S.

LVCENTINE insta: quid facis? neq; tibi neq; nobis iā expedit ut diutius
hic herceamus: pendemus ad omnē nuntiū de suffecto Pōrifice. Quicunq;
is sit crede mihi in rem cōmunem erit: Italiam reperi. Fecimus in Germa-
nia quod facturi in Germaniā uenimus: gratia mira comparata. Legato est
auctoritas quoq; & quod difficillimum est: omnibus sine cuiusquā inuidia
colitur: fieri id perdifficile & magni ingenii fuit: seruari in longū inter factiosissimos pos-
se nō arbitrō: præsertim sine opiniōe quadam ignauitæ: Ita quod hætenus grauitati atq;
integritati datum est: rarditati atq; ignauitæ dabitur. Sed quid plura cum uiro sagacissimo
Vale & tu omnia consilia: dicta: facta nostra: foelciter nos reuoca.

*excusatio deno
p̄p̄og subiecto*

Campanus Fabio Lucentino. S.

L

itteræ tuæ hoc mecum effecerunt: ut qui antea modestiam amabam tuam nunc & ingenium admirer: quod tenearis studio mei habeo gratias. Cæterum ut multis rebus me uincas: nunquam beniuolentia nec tu: nec alius quisquam superabit: persuade tibi me tuum sic esse & fore: ac si te genuissem: excole modo ingenium ut facis: exhibe te non modo compote amicitia clarorum hominum Sed etiam dignum: Ornamenta uitæ omnis faciunt a pueritia: ab adolescentia confirmantur: reliquus cursus ætatis pinde est: ut ab illis incepit: nec unquam non recte crescit quod apte & comode ab initio fuerit: & resistere adolescentiæ stimulis non minus habet gloria quam laboris: pinde gaudeo uehementer ita nunc & his annis te institui: ut fructus beniuolentiæ crescere cum ætate & augeri doctrina atque ingenium cum annis uideat. Vale.

*laudatorum**Monitoria*

Campanus Cardinali Papien. S.

S

VMVS iam numide: qui ausones fueramus. Venimus Norimbergam urbem Germaniæ totius opulentissimam & pulcherrimam: sed essimus etiam Bambergam: nunc Herbipolim contendemus. Ego sape & te & tuum lectulum somnio: sed mutato statu rerum: quæ spes nobis proponatur incertum est nisi quod meliora non desperamus. Redit nunc. A. noster uir doctrinæ & integritatis eximia: utinam & nos subsequamur. Tu cæram pro reditu simulacro matris uirginis appende: plenus sum fastidii: nausæ: fetoris: Senties ophytim si tabellas olfeceris. Vale.

Campanus Hieronymo Teratiano. S.

N

HIIL mihi iocundius: nihil tristius tuis litteris: Nam qua me effecisti laticia: dum tuam ac tuorum nuncias ualitudinē: qua rursus tristitia cum nescio quas nebulas aut tenebras potius domi meæ exortas addidisti: Sed excutiam mihi Hieronymo: excutiam quicquid fuerit tenebrarum. Tu ad paucos dies me expecta: & ignosce breuitati cum multa instent. Vale.

excusatio breuitatis

Campanus Gentili suo. S.

D

DIOMEDEM uestrum non potui tam benigne amplecti quam debebam & cupiebam. Papien noster egregie me perdidit in tot uoragines: in præcipitia me coniecit: ut emergere & confirmari non possim: quam si occupatissimus ex Diomedem tu intelliges: quem deus incolumem galliæ tradat: Italiæ reddat. Vale.

Campanus Cherubino suo. S.

A

NIMAE mi millies saluus sis: nihil otii dabis uentiam: Diomedes quibus in turbinibus sim referet: nusquam quisquam implicator: uolutior: occupator. Vale.

Campanus Gentili suo. S.

ALTER ego: & nescio quid plus ultra quam ego salue: & si manus tam longas habemus: dicerent me amplectere. Sed o ubi ego: ubi tu: quot motibus: quot fluctibus: quanto cæli spatio distinguimur: quanto terrarum: uicinior multo Scythiis dicor esse quam tibi: Vicinior Pontho quam Tyberi: Vicinior Meotidi quam Thrasimeno: quas censes que relas ad Danubii ripam: quæ suspiria nasci dum arnum cogitamus!

O trebiana tua: o aurum: uincencia poma

Dum memini sitio: uideor mihi plena uidere

O mugellanae fangya iuncta uia

Pocula: uindelica frigidiora niue

Quoniam erit illa dies: quoniam tua rura uidebo:

Quid deus ille facit nostris: qua fronte uidere

Quando quæ dederit rustica dextra bibam

Te solet: est ne memor quam solet ille meis

Papien dico: nam si deus ullus in terris est: ille mihi est: Sed nescio an dum repetieris Tuscos tuos: Si est gratulor tibi. Inuideo si cum Papien nostro. Credo illum aut cogitare iam Senam aut agitare. Si per Pontificem licuit: uellem tibi non modo: sed omnia scribere: Verum in discessu Anthonii nostri tot fuit scribendum: ut cogar breuior tecum quam uellem. Si Florentiam rediisti Laurentio & Iuliano nostris me commenda. Miraberis nisi addam aliquid de Syrenula: & eum & patrem tibi commendo. Cæsarem non uidimus: expectamus Imperatorem. Cæsar an uiuat nescio. Bene uale mi Gentiles: & cura ut saluum inueniam.

Campanus Cardinali Papien. S.

V

IVO: sed inter Barbaros: procul a te: procul a musis: quid scribam aliud: an non est satis multum mali est inter Barbaros esse: & ita esse ut mutus & surdus sim: nec intelligam quemquam: neque intelligar. Cupio: ardeo: exanhelos: excandescio: incendor: a stuo: & te & Italiam reuisere. Vale.

Campanus Leonello suo. S.

LEONELLE mi salue: Campanus uester adhuc spirat: Nam uiuere inter Bar-
 baros: aliquanto minus est q̄ uita: & cœlū haurio: sensum humanitatis amissi:
 O uos fœllices: qbus est pia mœnia Romæ Aspiceret: & media uiuere ī Italia
 Consolamini me obsecro litteris: facite fœlicitatis uestræ participem quē prae-
 sentia nō potestis. Vale.

Campanus Balderto suo. S.

QUAE gyraut aliquando sudent necesse est: quod in nobis erit: in mata perstabi-
 mus: Auxilia imploramus a Germanis nō Italiae pollicemur: alterius in arbi-
 trio est praeſtare quod petimus: in nostro petere: quod praeſtare cupiamus. Vale

Campanus Moroni suo. S.

CUM ad te rediero: nisi quater: quinquies: septies iusseris me lauari: narē eris
 ges. Nihil tam fœtidum q̄ Germania: aspectu sunt omnia iucūda: tactu re-
 fuga: olfatu grauiora. Moro mi amplectere me: porrige dextram: iuro tibi
 per numen illud sanctissimum beniuolentiae nostrae in ipsis faucibus Italiae
 Italiam reliquisse. Comparo me ad Barbaros mores peregre: Sed corā
 intelliges omnia. Ago gratias q̄ Blancae cōmaternitati affueris meo nomine. Vale.

Campanus Sinolpho suo. S.

SINOPHE quantū uideo uicisti: eram subiratus: sed ubi intellexi laborasse te
 leuifabricula: Ira in misericordiam uersa: Quare do tibi ueniam: sed conditio-
 ne ut cum per ualitudinem licebit tres simul aut plures litteras ad me conscri-
 bas. Vale.

Campanus Staccolo suo. S.

TACCULO meo sal. Litteris illis Comitum per tabellariū Senenē respōdi: Cu-
 pio scire an prolem & quam qualemq̄ substuleris: & oporteat te post hac
 tanq̄ patrem familias paulo reuerentius q̄ consueueram: an prisco more
 salutare: tum quae sacro sanctio intercesserit meo nomine. Iocari enī par-
 tius uolo cum Compatrie q̄ cum. P. & ita lex iubet. Vale.

Campanus Fabio Mathatoste. S.

FABI. cum scribant ad me ceteri: de te nō possum nō mirari: cur idem non
 facias: qui ceteros apud me & studio & beniuolentia nō æquas modo: sed
 largissime uincis. Quare ne praterat quin semp habeas paratas ad me lit-
 teras: quas possis primo: cuiq̄ occurrenti tabellario cōmittere: multum me
 recreabis: & tu & alii qui hoc nostrū prope dicam, exilium litteris linetis:
 abs te uero peculiariter id postulo quem cupio excolere ingentum. Et quod hactenus do-
 mi intra parietes didicisti: in apertū aut certe inter eos qbus sis charissimus efferre. Pom-
 ponii nostrum ne desere: nihil potuit habere aetas tua fœlicius q̄ Pomponii praecepto-
 rem: in quo tantū inest latinae puritatis atq̄ elegantiae: ut nō possit qui illum sequatur nisi
 q̄ eloquentissimus fieri: Doctrina illius uera: cognitio rerum reconditae maxima: diligē-
 tia in te summa: ingenium tuum ad omnia facile: uirū te mihi breui eruditissimū pollicent
 Vale.

Campanus Domitio suo. S.

SCRIPSI ad te iam ter: facis recte si nō exules in memoriā habeas: durum
 est exilium nostrū. Interdictū est nobis sicibus: una pane frumentario: ui-
 no prouinciali: faba: ozimo: lauro: pomis aureis: rebus mille: quibus tunc
 carere nos intelligimus cum postulamus: nec inueniunt: & nec intelligun-
 tur quidem & miraculi loco habent si fuerint importata. Vale.

Campanus Siluestro suo. S.

SILUESTE quereris: scripseram ad te iam bis: uerū longa est uia: multe am-
 bages itineris: prophetas quos scribis: ueros fuisse non admiror modo: sed
 stupeo: ab astris est uita nostra: quod si est quid laboramus: quid solliciti su-
 mus de uita: de fortunis: de morte ipsa! Sed hae deo & cœlis relinquenda:
 nos inter homines cum uersetur humana sapiamus. Conuentus hic breui
 finietur: nec spero sine fructu cōmuni: & priuata laude Cardinalis mei: cuius prudentiam
 ego noui: ceteri admirantur: Sed quem obsecro Papam facietis! Utinam fors in tuū: uir
 est solus: quē ego uirum censeam: fronte libera: uerbis apertis: animo praesenti: amicitia
 multoꝝ fretus: nulli ambiguus: nusquā duplex: & ut uno dicam uerbo: qualis Campano
 placeat: Imperio cōueniat: dissimulatio omnis aut simulatio: fomes ē fraudis. Inuigila mi
 Siluester: magna res uerū: unius horae spatio uitae omnis fortuna disponit: Sed nō mul-
 ta tecum: & iam alioquin occupatissimus. Vale.

Campanus Sixto. iiii. Pont. maximo. S.



VM nonnullas Germaniæ bibliothecas nuper euoluërem: libellum inueni litteris quidem scriptum peruectis: uerum situ atq; puluere ita consumptum: ut iam legi uix nisi magna cum diligentia posset: Quem cum Candidi ad Victorinum: & Victorini ad Candidum esse perspicerem: Alterius oppugnantis diuinam generationem: alterius defendentis: uisus est: quem ipse statim exscriberem: cum dignitate ac magnitudine rei: tum etiã doctrina atq; auctoritate eorum qui contenderent. Inter exscribendum uero tantum mihi acumentata subtilitas argumentor: tanta uis in utroq; est uisa: ut admiri utrũq; possem iudicium: nisi ex maiorum sententia ferre nõ possem. Et Victorini quidem ea est auctoritas: ut Hieronymus suum fuisse præceptorem gloriatur: & Romæ primum fateatur eloquentiæ locum tenuisse. Candidus uero & si in obscuro antea fuit: ut uix nominetur: tamen & improbando acerrimus est uisus: & in exornando grauissimus: quanq̃ hoc in libello nihil prope sibi uendicat eloquentia: omnia ad altissimam philosophiam: & ad diuinæ scientiæ reconditissima arcana referuntur. Mitto eum nunc ad sanctitatem tuam: quæ & altissima rerũ diuinarum scientia quanta in nemine temporum nostrorum fuit cognoscere: & suprema quæ inter mortales est auctoritate iudicare poterit: nõ de re ipsa quæ iam pridem cognita & recepta est omnibus: Sed dũtaxat de doctrina atq; ingenio cõtendentium: Iam sanctitatis tuæ erit uel suprimere uictorem erroris si quid scriptum sit a Candido: quod minus per Victorinũ confutetur: uel si plene dissoluta atq; eneuata sint omnia: ueritatis defensorẽ publicare: ne aut occultetur aliquid quod prodesse: aut edatur quod nocere meo dacio possit. Felicitissime uale.

Campanus Narciso Meliteñ. S.



EDIIMVS tandem in Italiam nostram: itinere diuerso q̃ profecti fueramus multoq; asperiore. Sed cupientibus patriam facilia omnia & plana ut debãtur. Ego ad paucos dies repetam episcopium meum: ubi mensẽ demoratus Neapolim ad te contendam: exhibiturus regi nostro quod annis iam multis debui: præstare ob temporum difficultatem nõ potui. Sed hæc tecum latius locutus sum Ratisponæ. Spero idem cum Rege facturũ interprete te cuius mihi ea uisa est probitas: ut cedere: nec doctrinæ tuæ tantæ uideatur. De Rege ipso nihil dicam amplius q̃ studium in maiestatem eius meũ simul cum ipsius gloria creuisse. Negligentiam annorum superiorum tecum excusauit. Multa cupimus in uita: quæ aut præstare temporibus prohibemur: aut consilio differimus: aut casibus intercipiunt. Quæ oĩa mihi quo minus officio erga Regem meo satisfacerem obfuerit: Initio cum adire illum destinassem: & morte Pii & morbo meo grauissimo sum demoratus. Vixit Paulo uestigia mea quoq; sic obseruabantur: ut ne Romæ quidem carere suspitione uiderentur. Eodem mortuo aliquãdiu Germania detinuit. Iam expedita & plana atq; aperta & tuta sunt omnia. Tu igitur ad exitũ alterius mensis Neapoli me expecta: fuit & illa quoq; perturbatio nõ mediocris: q̃ Regium natum uidere minime licuit quattiduo prius q̃ ipsi rediissemus Roma profectum: quam molestiam illud nescio leuauerit: an & auxerit potius: q̃ ita cõmendatur: extollitur: admiratione habetur ab omnibus: ut illius cõmendatio ad patrem omneq; regnum nostrum redundarit: quare ut tanta gloria maxime tangor: Ita nõ aspexisse illum: non interfuisse eius legationi grauissime fero. Sed quæ fieri non possunt nec optari debent. Vale.

Campanus Cardinali Papien. S.



VM ad Ratisponam peruenero: quod ad biduũ spero: perscribam: imo mitam potius quã perscripsi profectiõem meam omnẽ inter saxa: montes: feras: nam homines nusquã: fortissimus duro. Noli hunc tabellariũ: sine hac una quid dicam nescio: nam instat: & ego ordiri nisi grandia: & nisi spacio nõ possum. Italia & dulces Latii (diuũ omnia) campi: quando erit illa dies: quando erit illa dies. Ista bestia tabellarius: Ex Lanxut ultimo Aprilis. Mittas pro dño Iuliano Canonico sancti Eustachii: quæras ab eo quid opus sit: & cõmendatum habeas. Volui etiã absens imperiosus esse. Vale feliciter

Gentili nostro scribam ociosior: saluta tu eum.

Finit sexti libri.

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI
EPISCOPI: INTER AMNIE NAPVTINI.
EPISTOLARVM LIBER SEPTIMVS.

Campanus Cardinali Papien. S.



Ruimus ruimus mi Papien. Nō sumus amplius nobis curæ: nō deos
Volumus conficere Turcarū bellum: & tam diu Tudertinas clades
in oculis sustinemus: Vndecimū iam mensem uexatus ager: incens
se uillæ: direpta atq; exusta oppida: interfecti oppidani: factæ i agro
factæ intra urbem cædes nihil nos mouent: aut dormitis istic oēs
aut omnē exuistis humanitatis sensum: aut deum: & homīes & flā
mam floccificatis: Vbi maiestas illa pristina istius amplissimi Cole
legii: quod nō modo exortas in Italia contentiones opprimere: sed
in ultimo terrarum orbe inter potentissimos reges: atq; imperia mota bella submoueres
pacem ubiq; ueluti manu quadam conciliatrici serere consueuit: Ita ne ab omni pristino
more: ne dicā uirtute decidimus! Illi quicquid in Asia atq; in Aphrica fieret: in Italia mo
derabant: Nos quæ in Umbria atq; i ipsis ppe suburbiis gerunt negligimus. Si peccauer
rint ciues cur nō statim plectebant: si nō peccauerūt cur uexant tam diu: Et si pauci fue
re in culpa cur omnes dant in prædam! Qui modus: quæ ratio huius belli: aut quæ late
bræ potius consilioꝝ uestroꝝ: Si reducendi erant exules: & dignitas istius sedis ita depo
scebatur: nullius iniuriam aut calamitatem perferre cur nō statim reduxistis! Si ex re nō ut
debatur futurum reducere: quid tam diu illorum spem aluistis! quid aut non reddidistis
tunc illis ius: aut nunc compressistis iniuriam! Quid expectatis! quem exitum tantis cla
dibus dari statuistis! Quæ mens & sententiā uestra: uultis reduci exules: reducantur: arma
atq; arcem habebitis in potestate: uultis excludi pellantur agro: liberam metu ciuitatem
relinquant. Capita factionū Romæ cum habeatis: quid restat amplius: cur una aut nō cō
cilientur: aut nō opprimantur! ardent hic bella subditorum uestrorum & auctores belli
apud uos noui modo sine pœna aliqua: sed etiam cum spe premii retinetis! & plus a uob
bis sperant qui fecerunt atrocius: atq; eo impietatis apud uos iam uentum est: ut animos
ad misericordiam eorum qui hæc patiunt: aures ad clamores eorum qui hæc scribāt oca
clusisse uideamini. Quæ tanta est audita negligentia! ut neq; iacturam fisci: neq; calami
tatem prouinciæ: neq; factionum grauissimarum perfinitimas ciuitates: motus periculo
sissimos: neq; quid de uobis homines passim & sentiant & obloquentur: attendatis obli
officii dignitatis uestræ: & loci in quo positi estis: mala eorum qui uestræ cōmissi sunt cur
ræ: per caliginem inspicitis: per somnium cogitatis: aut si qua subit harum rerum cogita
tio plus uobiscum ualent priuatæ similitates q̄ consilia publica: nemini ratio habetur: qd
imperio conueniat uestro: & ad maiestatem istius sedis pertineat. Omnes priuatis studiis
ad odiū gratiam ue distracti: uitam & fortunas prouincialiu non animi iuditiū: sed ad suā
quisq; libidinem refertis: ut etiā de me ipso reddenda sit ratio: qui ea gessi nō quæ place
rent omnibus: sed quæ ad placandam primum ciuitatem: deinde prouinciam sedandam:
Postremo ad retinendam dignitatem uestram factura uidebantur: quid enim aliud attu
lerunt initia aduentus mei: nisi omnia pacata atq; tranquilla: non inducias statim indixi:
de reuocandis exulibus primo quoq; tempore mentionem intuli: non eorum numerum
redigere ad paucissimos uolui: mox ad nullum redactus si cōditionem accepissent quā
nō uoluntas dabat mea: sed tempoz necessitas proponebat: non decretum Pontificis de
restituendis oppidis exhibui: nō prius q̄ arma inferrem: cum decreto nō paruissent sep
ties admonui parendum esse Pontifici: nihil mea sententia gessi indignum officio meo: i
eo q̄ exules erant complectēdos humanitate: confouēdos monitis: erigendos spe: oī uia
leniendos: nec calamitatem calamitati adiiciendam æstimauī: q̄ intelligebam eorum sa
lutem æque ac Ciuium aliorum ad me pertinere: Sed cum iussis maiorum nō paruissent
nec uiderentur parituri: cum me meaq; patientia abuterentur: Cum prædæ in oculis age
rentur: incenia Urbis quotidie inuaderentur: contemnerentur mea iussa: monita: litteræ
nuntii: irriderentur. Collegi animū: cogitauit personam me Principis gerere: & huic pro
uinciæ ea demum conditione esse præfectum: ut parere omnes meo imperio cogerem.
Itaq; inuitus conuersus ad arma: finitimaz ciuitatū auxilia: nō ausu temerario: aut licētia

mea: sed Pontificis nomine & decreto contocauit: Perusini: Meuantates: Spoletini: Ispelani: & Vmbrii alii: Narnienses: Amerini: Vrbevetani: Quibus cum nulla mihi fuerat cōsuetudo: an mihi priuata auctoritate paruissent: praesertim plarique partium diuersarū. Nam Bracchiani equites nullo a me accepto stipendio ita properassent: Si mea hęc fuit gratia mirum est hominē externum tantum his in locis potuisse: quantū me ne qui hic nati sūt Quid potuerunt: Si Pontificis auctoritas cur ipse tandem accusor: nō accusaris inquis equidem nondum in iudicium uocor: Sed mihi improbari a factionis quæ gessi accusatio est: quod si liceat percunctari calumniatores meos: uelim cum fide non seruata: cum ruptis induciis: omnibus diebus: omnibus horis oppugnarer: Cum contempnerent litteræ meæ nuntii ludibrio haberent: quid facere me uoluissent: Custodem Vrbi datum: Praefectum prouinciæ: & quod eorū pace ac uenta dictum uelim: his in locis Pontificis personam sustinentem: Percontari hoc etiam uelim: quid ipsi: quo animo tulissent tam insignē temeritatem: an quod ipsi quanquā imersi factionibus fuissent facturi: me qui semp factiōes sum detestatus: facere idem prohiberēt: Itaque Matthæum magno & delecto peditatu mœnia urbis oppugnantem: diripientem agrum: uillas incendente: Oppida igni ferroque uastantem: Captiuos omni genere suppliciorum excruciantem: me litteras nuntiosque meos: auctoritatem Pontificis decreta uestra mirifice contempnentē atque eludentem: opera consilioque meo: auxilio finitimorum quos dixi Mōticula exiit: Soprano depulsi: Rosario fugere coegi: Quadrellis eieci: compescui hominis audaciam: incursiones: praedationesque cohibui: hęc cur fecerim: quis nō uidet: modo factiones illis oculos nō eripuerint. Intelligebam & perspiciebam debere exulibus patriam: eiectis domum: exclusis reditum. Verum neque per ignem neque per ferrum: neque per ullum genus iniuriæ debere: & illos reconciliandos esse ciuitati ad quietem: nō ciuitatem illis perdendam ad cædem. Intelligebam nisi depositis armis reconciliationi locum esse oīno nullum: & nisi prius foris arma deponerent: deponi arma intra urbem non posse. Intelligebam exules nisi spe aliqua iniecta non facile abducti posse ut arma deponerent: Hęc spem quantū in me fuit: quibus nō pollicitationibus porrexi atque auxili: An & hoc quoque nō adiecimus si parerēt Pontifici curam illi & Collegio fore necessariam: ut aut eos reduceret: aut aliquē in quo agere possent locū assignaret: hęc opera: hęc consilia mea. Quæ si ex mente Pontificis fuere: nullus est calumniæ locus: si illo inuito gesta sunt: cur tot illius breuibus: tot collegarum tuorum litteris decepti sumus: uerum de me satis. Caput omne discordiarum ex uobis est. Vos optimo Pontifice per factiones abutimini: Vos seditiones & sustinetis & alitis: Vos in eos qui ciues suos uestigales uestros depulerunt nō aduertistis: Vos eos qui bellum patriæ per ignem & per ferrum: & omne genus cædis intulerūt nō cohercetis: Complectimini diuersis studiis utraq; factionem. Me qui mederi huic morbo: pro dignitate mea: pro maiestate uestra: pro quiete urbis: pro beneficio prouinciæ cupere: neque armis: neque consiliis adiuuatis: Muliereculæ more de lana & fuso: gallina & ouo dissidentium inter uos contenditis. Metimini quisque quod libeat: nemo quod liceat cogitatis: nec est mea hęc querela. Clamant prouinciales uociferant: stupent finitimi: & officium uestrum curamque requirunt: Iam audent in uitam: moresque uestris prorumpere. Nihil sit a nobis quod in hac tanta negligentia nō exprobre: Una est omnium uox & tanquam exprobratio. Crescat fiscus: pereant prouinciales: etiā hoc bello ne ignoretis: ita excusata sunt partium studia: ut nullū ne minimū quidem oppidulū nō sit erectum in ueterem factionem. Cunctatione uestra leuis plaga breui in profundissimū ulcus dilatabitur: Video cladem quam nobis uaticina minant. Mihi satis est ad cōscientiam iudicii mei testatum esse quod ruimus: aut si qua spes est his in rebus ita censeo pellenda esse ex agro Tudertino exulum capita: recipienda oppida: amouenda exulū deprimenda Ciuium arma: magistratus reformandos: adhibendum praesidium ut improbi compriment. His pactis omni studio reuocandis exulibus incubendum: eamque reuocationem: quo sit res futura diuturnior: nō ut: aut metu: sed gratia & consilio quarendam. Vale. Cāpanus eidem. S.

DVRA mihi decreta prouincia Quid enim Tudertinis rebus hoc tpe fluctuosus: recreauit me nō nihil singularis bonitas tua: quæ prædā huius miseræ ciuitatis detineri ad balneum ragium iusserit: erit reliquū tantæ clamorū idē & in posterū & tota prouincia facere: debet tibi hęc ciuitas perpetuo se totā per tanta pietate ne dicā beneficium: res ex ciuili bello ad turpissimū latrocinium trāsit: exules aspernati breue Pontificis: nec oppida restituunt: nec armis abstinēt: & ne quod desit immanitatis: agrestes ciuium casas & oppidula passim incendunt: captiōes agunt: & nec

offosa

templis quidē parcunt: Indixeram quindecim dierū inducias: se scripserunt Canaleses seruatuos: nec seruauerunt. Ego ita iussus a Pont. nostro arma armis conabor extrudere. Interea te oro ut nō solum in eo pseueret: ut prædatores impediatur: sed etiā ut prædā quo restitui dñs possit integram seruet. Tum ut auxilia Mathæo priuatim per clientelas uestræ prouinciæ missa reuocent: nec alia deinceps mittant. Erit hoc terrori & prædonum insolentiā cohibebit. Vale. Campanus Io. Francisco Protonotario Vrbinati.

QUOD mihi gratissimū fuit: in discessu meo nō potui te uidere. hic in ciuitate post aduentum meū ita uiuitur: ut quanq̄ in labore ciues sunt: nulla tamen intra urbem scelera audiant: utinam ita & exules paruissent: aut iam composita res esset: aut prope ut componeret. Sed cædes & incendia & prædæ ī medijs inducijs factæ: rem difficilem & prope intractabilem reddiderūt: sed nolo tecū querelas agere: cū quo n̄ nisi iocūdissimis de rebus agere cōsueui: o q̄ uita diuersa: utinā Domitius tuus adesset: qui laboratē sudantēq; demulceret: excitaret aliqñ musas & curas cōsopiret: Cantu adeo musæ gaudēt: & gaudet Apollo Dulce mori ī cantu ē: uerū pulsante ingra. Ut uidear quotiens: audito pleetra mori Thracia quæ possit flectere saxa manu. In summis negotiis tñ insanio: sed tecū. Vale. Campanus Saluiato suo. S.

NIL datur mihi ocii ad scribendū: tantis curis premor rerum grauius: ut nō solum de ueceri consuetudine detraxerim multum: sed etiam a pristinis studiis rotum me extraxerim: reuocabunt fortasse litteræ tuæ: cum gratia ipsa scribentis: tum etiam rerum quæ Romæ gerant nouitate. Vale. Campanus Iacobo Volaterrano. S.

AN nōdum intelligis q̄ misere me perdidit Papien noster? Si modo perdes re eum quisq̄ semel potuit qui semp seruauit: nihil est in campano tuo pristina libertatis aut ocii: nihil iocundum: aut oculi uident: aut aures audiūt: aut mens cogitat: ut uno dicam uerbo: meditor arma: ex Campano Hercules futurus. Vale. Campanus Cardinali Papien. S.

DIGNA & præstantissima uirtus tua non expectauit: ut a quoq̄ tanta in remoneret: secuta est iuditiū aī magni sui: qui talli nō cōsueuit. Habeo ateras gratias tibi: quæ nō solum uidit quid agendū esset in calamitatibus Iudertinog: Sed etiam præstitit magnū hoc beneficium clæmentia tuæ non eos solos deuinxit qui acceperūt: sed etiā qui audire potuerūt sum longe occupatissimus: gratias tanti beneficii posteri reddent: nec ullū est premiū certius & maius q̄ gloria p̄tibus: memoria posteris. Bene uale. Campanus eidem. S.

VIDE q̄ misere affligar: neq; Michael angelo: neq; Pascuino tuis: imo nr̄is potui prodesse. Quoq; alteri direpta domus ab altera factione: ab altera incenia est: Pascuinū multi antecēdunt: ues possessionē inierunt: alter cōmuni procella perit: alter negligentia sua uel potius aduersarioꝝ diligentia uictus est. Vale. Tuderti. vi. Maii. M. cccc. lxxii.

SENEM illum Rosaricn̄ quem tantoꝝ cōmendas: si est quē existimo nō modo reum & fontem esse scito: sed cladis & exitii caput. Quippe qui per fenestras Mathæū introduxerit: oppidumq; prodiderit: puestigabo an is sit: proderit etiā in tanto scelere: cōmendatio tua nō parum: & Amerinog meoꝝ ratio habebitur: quibus gratum futurū intelligo: quæ ad prouinciā spectant: libenter audirem consiliū tuū. Scio quos fasces rerum maximæ q̄ foeliciter semp euolueris: rem ancipitem facit ignauia Principis. Ego animis nō deero modo: perstet in sentētia Pontifex: Alioquin tam cedere animo pottem instanti aduersario q̄ profecti fugientē: hoc tantū de me tibi psuade: neq; Mathæo obesse meo studio: neq; ciuibus adesse. Nosti q̄ sim fuerimq; semp a factionibus abhorrens. Vale. Campanus Cardinali de Vrsinis. S.

RES eodē est in statu quo nup: Mathæus cliētelis adiutus maxie Reatina & Interanēsī & peditatū ūdīq; cogit: sed destitutus auctoritate: quā illi īperio auspicijs: ductuq; suo Prīceps ademit: nusq̄ pficit: ubiq; tenat. Expectamus & nos copias nr̄as: q̄s crede mihi nō nihil grā Prīcipis augebit. Cras habebimus Comitē Pitilianē cū thoracatis. xxv. peditibus. c. & aliquot Cetauris. i. eq̄stribus sagittariis. Istic quoq; auxiliū aliqd speramus: res ea de eā celeritatē desiderat: qm̄ messis

Dignitaszatione

instat: & nisi prius res componantur q̄ adueniant: periculū est magnōz motuū: & i agro & intra urbem. *Quare & tu quoq; calcaria addas: pungasq;. Vale. noua locutio.*

Campanus Cardinali Seneñ. S.

DVSANCTVM quod oppidum milia passuū tria distat ab urbe: iam biduū obsidemus: Machinæ hodie admouebuntur: equites habemus haud amplius quinquaginta: sagittarios paulominus q̄ trecentos: omnibus copiis Pitilianē sem præfecimus. Cōstituēdis primis Castris erūpentibus qui aderant p̄sidio militibus præmentibus nostris: atrox præliū cōmissum est: uulnerati ex nostris aliquor: ex hostibus quattuor cæsi: cōplures a sagittariis (quod necesse fuit ex multitudine) cōfos si. Obsidio ad frontem magis: magisq; procedit. Oppidum cōmunitum est ualido p̄sidio: peditum septuaginta. Ego tragulam edificari q̄ firmissimā iussi: loco angustissimo & conferto militibus: magnum ut arbitror detrimentum: ac porro stragem allaturam: Excitat me honor ip̄imis: ac dignitas istius sedis: cuius gloriam augere sic cupio: ut si uita exponenda sit: paratus sim omnibus periculis exponere: deinde crudelitas hostium quæ tanta est: ut superare ingenia tormentoz uel uideantur: Crura execant: frontis ossa denudant: euellunt ungues: dentes alligatos: balistæ ictu miseris discutiūt. Vidi ipse iam tres: audito complures etiam primæ ætatis pueros ita misere edentatos: ut senes facti esse uideantur: tanto cum cruciatu: ut Turcos domi habeamus: & aliquanto imaniorez q̄ Turcos. Hæc si mentes prælatoz nō tangant: quid amplius religionē profitemur? aut a quo satellite humanitate nō uincimur. Tragulam meo cōmento: meo impendio curauī faciendam: quod ad me attinet nihil neq; operæ: neq; consilii prætermittam: quod ad uestram dignitatem tuendam & seruandam eius maiestatem pertineat. Vale.

Campanus Epo Pisaren̄ Thesaurario. S.

EGO nulla ex parte sum tibi cōparandus: Agrēstis & ultimæ plebis homō principi Nobilitatis illustri: moribus p̄robatissimo: experientia rerum grauissimarum admirabili: Apud me autem tantæ auctoritatis quantæ alius q̄ uiuat fortasse aliquis: maioris nemo. Andream Laurentiū annis iam quindecim amo: nō eum apud illam gloriosissimā memoriā Prosperi nostri cōtinentis. Et aliquādo mihi illius in mensa ministravit. Sciebam nō posse nō esse tuos qui illius fuissent. Itaq; Andream cum adhuc Mathæum sequeret: & dextram porrexi: & omnia facturum quæ ad salutem eius pertinerēt: sum pollicitus: deinde inclinantibus rebus Mathæi: misi ad eum qui & ipsum & arcem tuerent: nec plures: nec alios q̄ ipse postulauit: hæc si feci non admonitus: quid monitus sim facturum cogita? accedente p̄sertim hæreditate. Intelliges me nō alium esse q̄ semp fuerim: Vtinam Mathæus consilia secutus fuisset Campani tui. Iam aut non esset in exilio: aut cum paucissimis esset: Verum aut secutus libidinem eoz qui eum comitabant: aut quod potius arbitror coactus sequi: oia ægit præpostere: q̄ si aliquando breuibz summi Pontificis: quanq̄ omnibus modis sum habitus ludibrio: intelliget neminem futurum sibi fuisse sanctiorem si paruisset: semp enī illud cogitabo: Nō illum mihi & dignitati meæ detrahere: sed rei suæ & suoz consulere noluisse. Vale.

Campanus Cardinali Papeñ. S.

REDIT Thesaurarius: & redit ipse quoq;: re tā infecta q̄ alii: O deum: o homines: o tempora: & adhuc Campanus accusatur. O gladiū: o laqueum bis elusus est questor Perusinus: qui bis uenit semp Campanus: semel Thesaurarius: & tot breuia spera. Quid dicā aliud q̄ mori cupio: uix spero de præfecto meliora: q̄ si ipse quoq; iudificabit. Pont. expectamus: nisi fortasse Collegium prius: & tñ interea belli auctor uobiscum est: Quid dicam aliud q̄ o fecem temporum: o amurcam: o merdam. Vale.

Campanus Cardinali Seneñ. S.

QVANTVM licet conicere præsidatu abdicabor: si mea culpa queri non possum: Si aliena temeritate nō moueor. Præfectus quadriduo postq̄ ingressus est urbem opera mea omni & reuerentia & beneficentia exceptus a ciuibz: diuertit ad arcē: in qua siue dolo suo: siue negligentia aliena: siue iussu Pontificis suum præsidium imposuit: habetq; arcem in potestate: nudius tertius interprete Christoforo Foroliuē instāissime cōtendit: a ciuibz ut se urbis Gubernatorē postulatē: Oratoremq; ea de causa ad Pontificē mitterēt: Ciues lachrymabundi me adeunt: Consilium atq; auxilium postulant: auxiliū negauī me posse offerre. Consiliū quod uisum est dedi: Ostenderent se paratissimos: oia in rē eius facere. Nam si ex mente

Pontificis sit & Collegii præficere eum huic urbi: nõ posse: nec tutum esse recusare. Sin
recens eius consilium: aut aliena impulsio hæc sit: eorum postulationem moderatã & cõ
sultam nihil momenti habiturã: & utcuq; futurum esset tergiuersationem in tanta licen
tia periculosissimã fore. Mittunt itaq; Oratorem: hæc quæ scribimus postulatum: quo eas
sura sit res nõ intelligo: nisi me si amouear obstructum ære alieno: destitutum spe omni
nisi tua ad extrema uenturum: qui & si omnia possum perferre: debeo tñ tibi curæ esse ne
peream. Sunt alii præsidatas: nam Amerinum quoq; quanq; adhuc nulla est mentio hæc
eadem labes inuoluet: mihi insignis fiet iniuria: cõmunis tecum. Insta apud Principẽ ne
me in desperationẽ adducat ultimam. Ego ex te pendeo: fortunam habiturus quam mihi
tu dabis. Vale.

Campanus Ep̃o Pisaurẽñ Thesaurario. S.

HABES iam mitram: habes auriculas: sed nõ quales Quisquiculus noster: qui
omnia i leuitate & insolentia uersat: Nã inter hominis & asini auriculas mul
tum interest: gratulor dignitati: Cupio ualitudinem tuam. Esse te Romæ hoc
temporis moleste fero. Si potes & est tibi liberum secede hunc mensẽ totũ
uel I ybur uel Viterbium: dicerẽ ad nos: sed nõ opus est cõmissario: nõ auriculato Q d i
re mea fauens diligẽsq; noui ægisti nihil: & contra rationem beniuolentiæ nostræ nihil
Reliquũ est ut huic nouo thesaurario Perusino cõmendes expeditiones meas: duobus iã
mensibus nihil accepi & prope mendico: quod tibi turpe est. Campanũ enim mendica
re mercedem laborũ suorũ: te in loco constituto an non tibi turpe est? De Pandolfo no
stro diu sum misere ex cruciatus. Cupio scire an cõualuerit: significa oro: ualde me recrea
bis. Falcons nostri caulatã ad oleum referuo. M. & totam familiã saluam cupio. Vale.

Campanus Saluato suo. S.

LVSq; dimidiũ Campani tui salue: Nulla quies: nullum ocium: nulla tran
quillitas mi Saluare. Ego natus ad pacem inter arma diuersor: hoc perti
nacia eorũ facit: qui summũ ius summa iniuria quærunt. Nam proprios la
res poscere iustissimũ: ferro atq; incendio poscere iniustissimum. Vide tu
quæ mea difficultas in rebus tantis: qui neq; hoc summũ ius reddere: neq;
iniuriam summã repellere potuerim. Iuua tu obsecro consilia mea: quod unã ratione fieri
potest: si quis efficiat ut possim utruq; uerbis ago quicquid ago: ago autem uisum: ago
multum. Nam si uincere nõ possim externam factionem: hoc curo ne eadem intra urbẽ
opprimatur: & labor est hic tantus: ut prope bellicum superet nisi q; ille armis: hic consi
lio constat. Cogita quid sit iram: odia: contumelias: cædes quoq; sic comprimere: ut admi
renẽ alteri nõ inferre manum atq; uim: alteri nõ sustinere. Vale.

Campanus Natinbeñ suo. S.

VOD ægisti in rem pauperis Assellarii gratum est mihi: officiosum tibi
Exules Tudertinoꝝ qui oppida inuaserũt: prædas ægerunt: iussis. S. D. N.
nõ paruerũt: an rebelles sint quæris: Num Natinbeñ credo cognitum esse
tibi Campanũ tuũ ab omni oĩno factione abhorrentem: Matthæũ nisi res
bellis esset nõ insectareẽ. Tribus breuibus iussus est restituere oppida. Vlt
timo quod nudius tertius thesaurarius Perusinus attulit. Iussus nõ hoc solum: idest oppi
da restituere: sed copias ultra quadragesimum miliarium ab agro Tudertino amouere: &
ipse Romam proficisci: Quod & Gabrieli quoq; iniunctum est: & iam Romæ est. Mat
thæus cum nec oppida restituerit: nec amouerit copias: nec ipse Romam concesserit: &
in breui ita contineatur: ut nisi pareat subito rebellis ipse: confiscata sua bona habeantur:
& bona eorũ qui Matthæũ sequunt: aut potius qui oppida illi prodiderunt: sint nuperis
me per Thesauriũ ipsũ Cameræ adjudicati. Et ego litteris ex Roma decretum in Con
sistorio sciam prosequendũ esse eum armis. D. N. qui nõ pareat: & iam imparato sit exer
citus contra Matthæũ. Intelligere potes q; in aperto res sit: de præda sustinenda nõ hor
tor modo benignitatẽ tuã: sed pro iniuncto mihi officio demando. Nam heri quoq; xii
mensis magnam prædam ex monte Casturlo abduxit: & puto per agrum uestrũ transi
turam in Senensem. Nam in ditone ecclesiæ nõ potest retineri. Quod in argumentum
est eius quod quæris. Qua re te hortor mi Natimbene statim mittas: q; ad ultimos fines
Vrbeuetanoꝝ prædam adoriantur: eamq; detineant. Constituaturq; per te premii aliqd
ablatoꝝ: quod isti pauperes oppidani persoluent. Ego tuus sum: atq; adeo tuus ut nul
lius aut paucissimorum magis. Vale.

petitoria

in suã iustã iustã petere
et iustã

nota locutionem

Campanus Cardinali Senenſi. S.



GRAVISSIMA quæ hic ex aduentu Theſaurarii acciderunt intelliges ordine ex dño Juliano. Hic populus uidens se deludi inanibus breuibus & spe uentosa: cōtineri amplius non potest: cædes fiet generalis & direptio: nisi accurraur q̄ primū. Cum iam uere cernere se dicant Matthæū cōsensu. D.N. omnia fecisse quæ fecit: cum quattuor spretis breuibus: nec copias amouerit: nec oppida restituerit: nec captiuos liberauerit: & tamen eadem gratia & fauore sustineatur. Ego quod pridie scripsi Ameritam secedam: nisi subito mittat auxiliū: aut aliter prouideatur. Prouideri autem nō aliter poterit q̄ si oppida restituant. Inducias ciues iam nō recipiunt ea de causa q̄ suspecta ciuitate omne cōmerciū perniciosum est: & tam custodire assiduis uigiliis urbem oporteret inter inducias q̄ per bellū oporteret. Theſaurarius parum fœliciter inchoata re infra arcem se continet: nisi apud me diuertisset magno in discrimine sui fuisset: nec ipse a periculo tutus. Ego illum meo in cubiculo exceperam. Cætera ex Iuliano cognosces. Supplico &. S. D. N. Supplico & . D. T. & dño Camerario me excusatū habeāt: sin nisi fiat subita prouisio hinc discedam: quod potui facere uerbis id feci: ne quod post aduentum meum scandalum excitarēt. Iam uerbis fides est nulla: & ciues desperatione ultima adducti nō nisi atrocissima cogitant: ut tuti esse ab insidiis domesticis esse possint. Vale.

Campanus eidem. S.



RVMOR hic exortus est hodie Castellanū & me: illum arce: me gubernatione amoueri: magno in tumultu tota ciuitas statim fuit: exules ita iactitant: Nicolaus Vitellius quem taceri a te cupio Præfecto arcis ita esse scripsit. Scribe oro rem ad uerū: nihil te moueat Campani tui causa: tam hoc pati possem q̄ soleo cætera. Casus ciuitatis me moueret: quæ ad hunc nuntium statim nulla fieret: in fugam & cædem uerteret maxime propter arcem. Ego censuram nullius timeo: iudicio contentus & tuo: & eorum qui nihil extra iudicium quarunt. Oro scribas tua manu: quia frater Ser Valentis dixerat te Celanū concessisse. Epistolam querelæ in Papienē direxi: mendatium illius eam interuertit: postulabis eam si uoles ut libertatem meā etiam inter angustias & pericula uideas. Vale.

Campanus Cardinali Senenſi. S.



AN nōdū sentis quotquot sumus omnes esse mortales: Ita ne tibi uideri debet improuisum: quod cum semel ueniat semp necesse est euenire: dum intermoritur familia nostra: aut nō dolendum est nobis: q̄ erant oīno morituri: aut si quis est dolor ex morte gaudendū est: q̄ mortui ipsi non una luctus: qui una mori poteramus. Desine obsecro discedere a cogitatione infinita rerum futurarū: insiste præsentibus: quas qui attendit subitam habet ex hoc paratam pœnitentiā: q̄ statim deceptum se uidet: moriemur in here: nec refert aut quo modo: aut quando moriendū est nobis: qui oīno moriemur. Sed nō uacat in tantis laboribus philosophari tecum: patere æquo animo in aliis quod passurus in te es: nec repugnes fatorum necessitati in aliena uita: qui ne in tua quidem potes repugnare. Vale.

Campanus Sypontino suo. S.



AGAPITVS Tudertinus salutem mihi dixit tuo nomine: hoc ideo mihi gratissimum fuit q̄ nescio quæ titillario propinquitatis statim me pcurrit. Nam antea ubi ageres: ubi magnū Bessarionem dimisisses: quanto itinere secutus abeuntem fuisses: neq̄ eius: neq̄ aliorū literis intellexeram. Nūc & congratulari de reditu & cōmunicare consilia potero. Si modo consiliis locus sit ubi nihil iure: omnia iniuria quærunť: aut ubi potius summū ius summa eū iniuria quærit. Nam Mattheo deberi pariam quis neget. Per ferrū atq̄ ignem peti quis patiat. Ego tam ius reddere hoc summū nequeo q̄ propulsare iniuriā hanc summā nō possum. Conatus sum tñ utrūq̄. Rem ab initio quanta potui moderatiōe & consilio aggressus: deinde cū hæc nō ualere: armis persecutus. Matthæi uel temeritatem uel necessitatem diuissime pertuli. Cum primo colloquio nihil innouaturū promississet: eodē die ad portas usq̄ urbis uidens te me: & sonitum armorū sentiente delatus est: impetu q̄ nunq̄ antea maiore. Qua die & captiuos: tres ex aduentu meo securos periculi & pecora quadam ab agit militibus iis quibus comitatus mihi ad Rosariū occurrerat: hora diei. xv. cum. xxiii. incursionē postea fecerit: postredie cum ex consensu eius ac fratris. xv. dierum inducias fecissem: & ipsi ambo se syngrapho subscripsissent: continuis diebus pecora: agrestes clam palam ue corrip-

casolatoria

puerunt: oppida alia oppugnauerunt: alia noctu inuasa diripuerunt atq; incenderunt. hæc mihi prima exhibita reuerentia. Cum interea nihil quod ad reducendos exules pertinere spernisset. Cuius rei testem habere potes locupletissimū: dñm Iacobum Auditorem & uicarium tuū: & Xanctem Carasium Viterbiē dignitatis tuæ studiosissimum: Quoz alterum bis: alterum quinq; ad Matthæū misi: omnē conditionem proponens: quā & ratio tempoz posceret: & mihi fas esset offerre. Quæ cum agerent & Matthæus iusticiā reddi sibi uerbis exposceret: re nihil iniustissimū spermitteret. Breuia summi Pont: alter Matthæo: alter mihi supuener: Quibus Matthæus reddere oppida quæ occupasset oīa. Ego recipere iuebamur: & cū nuntiis ac litteris instarem præfigi mihi diē: quo die esset oppida redditurus. Ante primam auroram Rosarium oppidum egressurus muros duobus in locis perfodit: domibus duabus ignem coniecit: uix concursu accolaz compressum: familias oppidanorum prope omnes: alios uinctos: alios sponte secutos asportauit. Mox siue ad ortus ui oppidum Quadrellos: siue ab oppidanis intra mœnia uocatus: nā id mihi clare nō constat.

Finis septimi libri.

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI
EPISCOPICI: INTERAMNIE N. APRVTINI.
EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS.

Campanus Iordano Spoletino. S.



IN Myropolio unguentū quæras si ungi uelis: libros ī bibliotheca: si legere uitam Lylandri Lacedæmonii: ubi iuenire in Umbria possim nō habeo. Audiui iam pridem q̄ sis ueterū uoluminū diligens inuestigator. Et si Lylandri uita paucis ante annis e græco traducta est: a me quoq; paulo ante cæteris adiuncta ut unū esset uolumen in quo priscoz uitæ continerent: id opus Romæ relictum est. Oro si apud te sit: aut eos quoq; tu rebus uti possis: cura ut ad me statim mittatur: Satis mihi erit ad horā habere: nō minore & celeritate & diligentia remittetur: q̄ qua tu miseris. Scripseram de aliis duabus: sed ex Fulginei cū sint repertæ satis erit Lylandrum mittere: Ego cum tuus cupiā fieri ut cauti solent: prius accipere uolo beneficium q̄ præstare: Ob hoc tibi futurus obligator q̄ prior debebo. Vale & me ut tuo utere.

Campanus Remboto suo. S.



NON q̄ te aut litteras tuas cōtempserim: nihil hætenus respondi: contemno enī neminē. Rembotū etiam magnifacio: sed fuit ratio tempoz. Velim scias esse te mihi q̄ charissimum: esse etiam curæ. Senties aliqñ me nō minus factis prosequi quos amo q̄ uerbis: benefaceres si aliqñ ad nos decursitares. Tui sumus. Bene uale: Tudertinos omnes saluos esse iube.

Campanus Vicario Aprutino. S.



DE sacerdotibus Montanis uelim recte cōsulas. Agrestes mōtaniz sunt. Vitu uiuūt inculco atq; aspero. Proventus habēt modicos. Ser Iulianus si est adeo seditiosus ut & tu scribis: & ego alioz litteris itelligo. Aut abige procul a ciuitate: aut ita cogere: ut exire in cœtus & factiones non possit: multa pertulit. Sæpe monui hominē: perstat igitur in turbulēto genio suo. Istic es: uidet quæ uia comprimenda audacia sit. Vale.

Campanus Cardinali Senen. S.



HERE salue: mitto tibi sacerdotes Phrygios uiginti matri Deoz dedicatos: omnes ab intestato morituros: Caseos montanos & quos Sybilla demulit decem. Cossalia uisana cōduplicata sex. Conditorum fulginatiū scombros octo: partem quidem aliquam eoz: inter quæ ipse nato: sed exiguam. Nato enī ad supremū labrum. Vnus quæ tota sunt Umbria optima quæq; delibonulla est gula paulo deliciarior: quæ nō mihi decime. Bibo ex omniū quæ sunt in provincia optimo: comedo ex optimo. Importatoz omniū cursus rectus ad me est. Iuniperofocus ardet: lucerna balsamo. Rident tecta nisi q̄ in cubiculo tholus ingratus est: inuis susp̄ dormienti. Sed hoc me cōsolat q̄ tam insignē sculpturā stulticia fecit. Vale.

Campanus Hieronymo Eugubino. S.



NON est q̄ multis te obsecrem in meos: noui te: noui patrem: noui etiā auū tuū domū: supellectilem q; tuam totā prope dicam resupinaui. Proinde quantum de te sperem ī hos meos cogita. Quoz alter a me prima pœne ab infantia edu-

* petitoria
beneficij
in conciliatione
ex msa
tonia

remota
cōtinet.

peti
tua

carus institutusque non aliter mihi est charus quam si genuissem. Alter fratri germani filius is est: in quo non exiguam posteritatis spem reposuerim. Quod doctrinae quod operae illis impenderis. Campano tuo censeberis impendisse. Vale.

*Comedatitig pe
odus*

Campanus Vicario suo. S.

Quæ de Ser Mariotto nuper ad te scripsi: ea scripsi conditioe. Si nihil aliud quam quod & ipse fatebatur: & tu scripseras deliquisset: cuique enim fas est tueri dignitatem suam. Eodem tenore & in eos qui Ser Mariottum iniussu tuo cepissent animaduerti iuebam. Fateatur Prætor iussum a te hominem cepisse: Id si est nullus relinquat locus querelæ. Cobellio cum uolet: satisfiet: Anthonium remitto: habeo istic compatrietam charissimum Nardum Francisci: Is si quid a te petet liberaliter ut præstes uolo. Bene uale. Rem Ser Io. nostri studiosissime commendo.

Campanus Grifo suo. S.

MILIANO tuo: quem tu Apellem. Ego Polignatum uoco: quod præstarem præter oculos: & frontem non habui. Audiui enim lætissimum tua gratia. Cætera fors & tempus & illius merita: maxime omnium Grifi gratia dabit. Grifus hæc quædam Campano larga dederunt Numina: Campani pectora Grifus hæc. Sed o mi Grife nihil post hac mihi impetraueris præfecturæ? Arcem in aliquam me truderis potius ne punctum quidem temporis integrum est: Momenta etiam provinciales uocant: Musæ negotiosum otiosæ reliquerunt. Proh nescio qua inani gloria mihi ipsi miser intereo. Sed hæc querela non huius est temporis quo nec queri est liberum. Vale feliciter.

Campanus Archiepiscopo Spelateni. S.

FALCONENSES de quibus proxime scripseram ad te: audio nunc ex abrupto concurrere ad fines terminandos: Meuaniatibus nec accitis: nec monitis contra Meuaniates se ad arma parare: Oro te hanc scinillam prius uelis extinguere: quam mihi incendiū excandescat. Mitte aliquem ex tuis & iubeat ut ab omni inuouatione desistant: ne quod illi insanierint: nostra extimatio plectatur: hoc de gratia singulari a te depono. Poterimus postea ductu atque imperio tuo contentione definire: studiosissime commendo hanc rem tibi & me ipsum. Bene uale.

Campanus Iacobo Minutulo Episcopo Nucerinio. S.

SI quod aliud per numen me orasses: facile fuisses exauditus. Candidanum illud quam centies precatus sum: ne semel potui flectere quod itaque deum tuum: quem tantopere commendas: memor nimis tam inelamentis: Iratus infensusque reieci. Alia mihi numina intendas necesse est. Si exoratum cupis: Gallicana illa miracula tam celebria: cum Delpho & Phytio absoluerunt. O cæca hominum uota: Geminos illos tyndaridas coluisse: nunc tergeminos colere. Sed quia fluxa & manca sunt omnia: tanquam fluxis & mancis utendum est. Sed dum poma cadunt: nascuntur & altera poma: Succrescit mentis mentula: nixque niui. Thadeo spem feci: fructum quem alteri eram sollicitus: nondum dedi: dabitur alteris comitiis tua causa. Quid enim tuum quod idem non meum? Cura ualitudinem Reuerendissimo communi domino ut facis me commenda. Numina istec superba contemnit: mita & clementia colito. Mi Minutole uale.

Campanus Cardinali Papiensi. S.

VNICVM numen meum salue: Rediisse te Romam uehementer gaudeo: consultum & neruis & ocio: etiam & amicis est: Pro rebus uero in Hetruria gloriosissimum me a te gestis: partim congratulor: partim inuideo. Foianorum enim & Lucignanensium contentiones tot iam annis: tantis debachatae cadibus: tua unius opera oppressæ atque sublatae habent summam gloriam & dignam ingenio illo diuino Papiensi mei: per cætera uero est: unde digytis omnibus & caput & oculos defricem: sum nunc in provincia: minus quidem turbulenta: sed multo laboriosiore quam antea. Quippe factiones hic uarie: & si non ardent suffumant tamen: & nisi manu assidua compressæ teneant: ad omnem negligentiam facile possunt excandescere. Verum mi Papiensi tempore est hæc culpa non præfectorum Fontem qui turbat: riuos hic inficit omnes. Infirmo ramus nec fert sua pondera trunco: Sed accedit huc felicitatis: sum inter tuos: atque porro ipsa inter auspicia mea quæ sine te nulla mihi unquam esse consueuerunt. Mirifica sunt hic in te provincialium studia & quod rarissimi me euenit: itis qui suscipiunt provinciam sunt æque omnium: Itaque refunditur in me quoque gratia tuae aliquid: acceptus omnibus successisse tibi: non alieno iudicio: sed tuo uideor: quod si tuas uirtutes alias omnes ex me desiderant: integritatem tamen experiant. Vale.

*Corruptio unius e
genitatio alteri*

*Nota uigentem sem
ant. a ra efficien
cipali.*

Campanus eidem. S.

NON dubito futurum quod scribis: ut labe una prouinciā totam cōuoluat. Malo id quidem meo: quid enī paratius fuisses: rñ aliquanto diuinior. Si ad didisses & tuo: iam nūc mensruū supplementū mihi a te constituo. Aurea pientinos seu malis pisseos: quinq; mense singulo Romæ agenti. Nam ex tra urbem nihil debetur mortuis: utuo hæc dabunt præter cœnas & prandia: & quibus Epigrāmatata donabunt. Quorū libertati nec ego uolo: nec tu potes legē ullam præscribere. Iam intelligis: Calamitas hæc cuius agrum sit decussura. Nā ubi amotus prouincia fuero: ne attentabor quidem: aut si attentabor: mouebor: nō eiciar: & locū mutabo. Nō deponam dignitatem. Mihi uero idem est animus qui fuit semp: facile mihi erit: fortunā in qua creui: & perferre. Iniuria omnis uestra est. Qui tantū numen tot patroni sustinere clientem unum nequeatis in causa iustissima.

Ergo tuū numen facili placabile cæra An quocūq; pedes labent: ut omnia desine
Ad uota incipiet surdus esse mea? Qui me sustineat nō Papiensis erit:

Qua re ne putes in desperationem me uenturum non modo sine culpa mea aliqua: sed omni etiam culpæ suspitione electū prouincia: abdicatū magistratu: de Bardueli supercilio scribam als: Scio q̄ manifesta superbia: q̄ occulte sublabimur: & lucerna tunc prope est ut extinguat: cū ardet insolentius: sed hæc ut dixi als. Nunc Perinū meū audies: nihil nouum a te peto: esto qui soles. Vale fœliciter.

Campanus Cardinali. S. Sixti. S.

CVM proxime audierim dignationi tuæ Perusinorū prouinciam esse decretam: nō dubitauī & Umbroꝝ quoq; finitimorūq; aliorū legationem q̄ latā uelles accessuram. Quæ res si eueniet: si magnitudine illa diuini animi tui nō releuer: euersus sum: æstimationē hominū de me: spem futuri honoris: præsidia uiuendi: nisi clementia tua occurratur statim amittam. Tuderto ī biennū præfectus: discedere ante tempus: ne dum quinq; exactis mēsisibus coactus sum. Fulginensi præfectura in annū cōcessa mihi nō sine spe aliqua prorogandæ: nōdum sex mensibus gesta. Si nunc amouear: actum de omni æstimationē mea est: ut uidear āno uno bis repudiatus. Itaq; omnis fama opinioq; mea in manu uestra est. Fortuna omnis a clementia. D. V. pendet. Quem statum illa mihi nūc dabit: eum ī reliqua uita retinebo: ex ea pendebo quantus futurus sum totus: nō facerem tanti reuocationē hanc meā: nisi fuissem quinq; ante mensibus sine omni mea culpa Tuderto reuocatus. Quod. D. V. de me statuerit: id exequar. Scio magnum & præstantem ac liberalissimū eius animū: beneficio ad se confugientē releuare: nō iniuria afficere uelle. Quam ob rem: oro atq; obtestor p dextram illam tuā quam mihi aliquando porrexisti: recepistiq; me in tuū rationem aliquid quam habere uelis eius: qui toto animo se dignationi tuæ in omnē uitā dedicauit. Vale.

recepto
uia

Campanus. F. Saluiato. S.

SALVIATE mi si saluum me cupis: cura ne ante tēpus prouincia amoueat: ne magnitudo tui principis occupet me potius q̄ amplectatur. Scio maximum & præstantissimū illius animū: nō ad cōmodum suū aliquod quæsisse prouinciā: sed potius ad solam gloriam suscepisse: Quæ autem gloria maior q̄ Campanū tuum fortuna tenuem: fama nō obscurum conseruare: Bis si hoc anno insons fuerim duabus præfecturis Tudertina & Fulginensi electus. Censes me uicturum esse amplius: & nō potius me ī ultimam desperationem uitæ honorisq; uenturum? Quid proderit mihi prouinciæ huius administratio: & iustissime & continentissime: addo etiam & laboriosissime gesta. Si nec iudicatus: nec damnatus: nec ulla in re accusatus: imo passim a prouincialibus omnibus laudatus: postulatq; abiiciar: an nō homines iudicabunt tacitum esse aliquid in me: quod idignum prouincia faciat: trahitur in pelus quicquid nō exprimitur: & qui nulla ex certa causa accusatus: tamen damnat: omnibus accusari iudicatur. Ego cum honorem: dignitatem: æstimationem meam omnem in manu cōis heri uideam esse repositam: oro te apud illū sic agas: ut qui in cæteros conseruandos largissimus: beneficentissimūq; est: in me quoq; cōseruando: q̄ meritis aliis uinceret ab omnibus: studio erga. D. V. nemini cedo a sua beneficentia ne discedat. Et crede mihi mi Saluiate quia tecum nunc loquor: Illustris est & iniuria & beneficium: si Campano tuo conferatur. Cum ne unus sit in Italia uicus: prouinciæ externæ paucissimæ: ubi nomen meum nō fuerit auditum: aut scripta legantur. Vale.

Campanus Cardinali sancti Sixti. S.



Idignationi tuæ indies magis: magisque congratulor: nō mei studio id factio
 quo futurus sis rebus meis aliquādo propensior. Quid enim hac captatio
 ne beniuolentiæ turpius: uerum tacito quodam iudicio: amplissimarū lau
 dum meritorumque tuorum: & extimatione quadam incredibili hominū de te
 quotidie maiore. Quod enim antea fortunæ dabat tua: nūc uirtuti datur
 Casu te adeptum quod habes dignitates: non meritis consecutū existimabant. Vbi uero
 magnitudo illa diuini animi & cœlestis ingenii tui auxit & gloriosissima mens tua sese
 qualis quantaque esset ostēdit: Nemo est qui nō censeat: & longe antea promeruisse: quæ
 habes & nunquam tot tantaque habiturū: quæ tuorum magnitudine meritorum nō superent: & tan
 tum optimus quisque uidet sibi paratum præsidii: quantum potes tu præstare: ut cum pluri
 ma possis: omnes intelligunt multo plus benefacere bonis omnibus uelle quam potes. Nam
 quis in tanto fastigio præsentior & paratior omnibus: in tanta humanitate & mansuetu
 dine liberalior! Nihil agis aut dicis unquam ubi clarissimam & generis & animi tui nobilitate
tem non repræsentantes: animi nobilis excellentia premi aliquando potest: abscondi nunquam
potest. Scimus per quos labores: quibus in angustis creueris: nec tu pro magnitudine di
 uini animi tui dissimulas. Interdum etiam gloriaris: Habuisti a natura ut nobilissimus nasce
 rere: a fortuna uero ut primū humilius cresceres quam esses natus. Prouehere deinde altius
 quam creuisses. Virtute autem effecisti: ut neque te illic abiectum aut remissum: neque hic insolentem
 inflatumque præberes. Qui potuit omni fortunæ facere se parem: hic dignus est fortunam
 omnem superare: eam uero si quis cum superauit: sic utitur tamquam non dum adæquasset: diuinum nescio
 quid habeat necesse est. In maxima potestate & summis opibus iniuria, opprimere nemi
nem: leuare omnes beneficio: quid potest esse diuinius: uicisti ætatem quæ cum natura sit
insolens: & licentia quadam efferatur: atque omnia æstimet licere quæ appetat: eam tu ita
temperasti: ut nihil tibi existimes cōuenientius: quam in omnes beneficia dignitatesque cōferre.
Vicisti fortunam quæ cum difficilius aduersa possit fieri quam prospera: nihil tamen adhuc ægisti
unquam: in quo tuæ potestatis quæque pœnituerit: tum summam gloriam sic æstimas: ut omnis prin
cipis uita sit exposita calumniæ: quæ liberalitate & beneficentia uacet: nec aliter opes am
plas queri tenerique oportere: nisi ita quærās ut ad nullius iniuriam & contemptum: sed bono
rum omnium utilitatem & præsidium quærās & retentæ esse uideantur. Itaque uocem illam
 tuam gloriosissimam ita probo: ut existimem nihil dici potuisse præclarius: nihil dignius
 præcipere: non alia de causa cupere te posse benefacere hominibus quam ut benefaceres. Quid
 hac sententia & proposito sanctius! Qui autem ideo cupiunt posse plurimum ut iniurias in
 ferant: ut offendant: ut ulciscantur: Iam tamen indignos se faciunt posse aliquid cum ita cupiunt
 & reprimendi sunt ne audacia tantum noceant quantum fortuna potuerunt: quæ calamitas
 si quando accidit: ut quod pncipiosi cupiunt: idem assequantur: de uita & salute bonorum om
 niū actum est. Benefici autem cōsouendi sunt & cōiuuandi semper: ut quod affectant hoc &
 possint prodesse quam plurimis. Quāobrem ne defatigare: perge ut facis in hoc sanctissimo
 gloriosissimoque proposito: & semper & omnibus benefaciendi quæ tu etiam si uelis non potes re
 cusare quin ita facias: Natura cuique dux atque imperator est sua: Illa te sic genuit: cum tibi in
didit animū: ut nullo modo possis non esse beneficus. Quod autem in exitu litterarum subscri
 psisti: precarer deum pro tua salute: fore ut aliquando intelligam quo sis in me animo. Equi
 dem & precor precaborque semper & precatus sum ab eo die quo me in tuum accepistis
 quamquam hæc preces non solum mihi sunt porrigendæ: etiam si me nunquam accepisses. Idem precari
omnes debent. Vita enim benefici principis expetenda est omnibus: cum facile omnes ac
cipere beneficiū possint ab eo: qui semper paratus est benefacere. Mihi uero propria quæ
 dam est ratio precandi: tuæ utilitatis oblitus: honoris mei que tui cōmodi rationem habere
 maluisti: dimisisti mihi quod tui erat arbitrii an uelles eripere: qui ut alteri profit rem ne
 glexerit suam: is ueram adeptus est liberalitatis & beneficentiæ laudem. Dare enim alteri quod
 ipse non sis habiturus exiguum est. Quod autem est tuum & ad te attinet: alteri si conferas per
 magnificum. Sed mihi opus non est accendere te ad eam laudem: ad quam ita uideris nas
 tus: ut plus tu natus: hoc non dum exacto biennio præstiteris beneficiorum: pluresque adorna
 ueris dignitate: quam ceteri tui ordinis omnes annis multis effecerunt. Sum in scribendo for
 tassit apertior quam debeo: sed scribo quæ sentio. Initio dignitatis tuæ obtigisse tibi eam for
 tem quæ prope adolescenti extra dignitatem posito rerum gerendarum noticiam habenti
 nullam uideret esse collatam. Iam uero tanta est de probitate atque ingenio tuo: tanta &

Conidatita. Sui.
 Pro exordio
 Coniurationis

laudatoria

Periodus laudis,

omēdatitia sui

de liberalitate & beneficentia opinio: ut omnes existiment foelicissime cum aetate nostra
fuisse actum si aliquot prius annis ad eam dignitatem uenisses. Foelix uale: & Campanū
tuū cæteris facultatibus omnibus gratitudine animi nullis concedentē ne desere.

Campanus Saluato suo. S.



ALVIATE mi ne querere: præsum prouicia: sepiissime uagor: & tā men-
te q̄ corpore scribo ad herum nostrum: & uera scribo. Glorior de illius in
me gratia quotidie, magis: nō minus æstimatione hominū crescit & fama
probitatis q̄ statu. Scripsissem epigramatum aliquid: sed o curas: carmia nō
minus: ocium postulant q̄ animū: & ego nōdum eo securitatis cum. D. V.

Veni ut locari possim epigramate: Mordacia nisi sint uix sapiunt. Ego Senensi meo atq̄
illi uitam ingeniumq̄ dedicauit omne. Viuamus modo chare Saluate: & tardos senium
expilet capillos longum noster herus diuq̄ uiuat Campani muneris: sed ociosi hoc tecū
genus carminis est apertissimum: explicat nomen & capit: Cætera nō admittunt. Epistolæ
colligunt lentius fortasse q̄ cupis: Sed colligunt: de punctis uero magna spes. Ego cras
Aprutium contendam. x. dies in episcopio meo acturus: si ita cordi est hero nostro hæc
res: diuertam ad Aquilam intendam neruos: nō desperandum de Chylindro. Si contem-
dam scribe quid agere uelit me herus: imoriar prius q̄ negotium deseram: si ita uolet. Be-
ne uale mi Saluate: hero me humillime cōmenda: dabis litteras meas illi incitamento
tuo celeriter scripras.

Campanus Ep̄o Suessano. S.



GRAVI me dolore affectit germanus meus Neapoli per Suessam reuersus.
Ego ne ea fuisset audacia ne dicam negligentiam: ut binis litteris tuis nō
respondissem: p̄sertim quæ utiq̄ ad rem meorū pertinerent: respondi equi-
dem: & quantū in me fuit pro tāta pietate erga me: humanitate erga meos:
gratias egi. Sed uereor ne quod aliquando euenit: meam diligentia aliena
negligentia aut casus oppresserit. Eram Meuania cum delata ad me sunt priores litteræ
uestra: inuoluebar contentionibus oppidanorū de finibus. Tabellarius ad manū nō ada-
erat. Biduū Meuania cōmoratus: Fulginea rediit: postridie litteras coquo meo dedi: qui
aiebat cōponendæ litis causa: ut ipse postea deprendi: meretricis Illecebrs arreptus: Ro-
mam cum meretrice proficiscebatur. Nō putauit fideliori nūcio cōmitti litteras posse q̄ do-
mestico meo. Qui cum iam esset in itinere supuenerūt alteræ litteræ: quibus qm̄ de fide
mei nō desperabam: nō putauit aliter respondendū: cum idem quod priores cōtinerent.
Tantum rescripsi ad Senensem meū q̄ breuissime: adiecit his uerbis: nō opus esse pluri-
bus: cum ad te plenissime scriberē. Coquus postea secutus atq̄ addictus meretrici: ad me
minime rediit: litterarū rationem quantū uideo habuit nullam. Ita res se habet. Ego & si
sum alioquin negligentissimus cum. D. T. cuius infinita extant in me beniuolentia: uin-
cula nunq̄ fuisset: hæc ad excusationem animi mei. Cum dño Bonadeo longe dispar ē
ratio: dixerat se habere quædam beneficiola in diocesi mea: & ea sine omni controuersia
possidere: pactionem eā inuimus: ut ego illi nescio quas pecuniolas ānuas persoluerem:
extant sygrapha a me conscripta. Beneficiorū nomina hæc sunt. Rectoria sancti Laurē-
tii. Canonica sancti Siluestri. Rectoria item sancti Titii. Tertia sancti Stephani ad mare.
Existimaui diuitem me factum hac pactione. Reuersus in prutinos meos: muscas inuenio
nullum horū possidebat: præter sanctum Siluestrum: quod eo prætextu impetrauerat: q̄
conrector bello regio cum hoste sensisset. De hoc paulo post cum Romanen̄ ep̄o noua
conditione transigit: me quantū in se fuit deiecit & prodidit: ut nisi Reuerēdissimus dñs
de Ursinis interuenisset: magna uideret mihi cum. d. Romanen̄ orta contentio: oportue-
ritq̄ cum eodem graui cum detrimento meo transigere: nō tam utilitatis causa: quæ pro-
pe nulla erat: q̄ spe quadam honoris ne uiderer eiectus. Septem iam antea ānis hæc acta
sunt. Ego beneficia Suessana tenui & possedi semper. Prutina nunq̄ sum assecutus: nihil
mihi eū dño Bonadeo est rei: nisi q̄ me decepit. Scribo hæc. T. D. cui de me ipso & oī-
bus rebus meis p̄ ueteri pietate erga me sua reddere rationē debeo. Veni ad ep̄atū meū:
facta mihi per solos. xvi. dies potestate hic manendi: unde iam quinque annis abfuerā: redi-
bo ad quatuor dies ad guberniū meum: ubi si quid ualebit & uetus & dedicatus seruulus
uester Cāpanus ostendā me a seruitute ueteri nō discessisse. Vale. Cāpanus Papieñ. S.



QURCIANT me & excarnificant quæcunq̄ te angunt: beneficiis tuis imorta-
libus fecisti: secūda fecisti aduersa cōmunia: tu uero ne frangere: intra optinor-
nem stant omnia: fecit acerbiorē hunc casum religio: Sed abutimur iā pri-
dem eo clypeo nō tegimur. Quis neget iure casum eū q̄ tantū ausus flagitiū

ep̄o: Pro ep̄atu
di cur. sacerdotio

offesa

oblitus suæ sortis: uno scelere & uiolarit familiarem fidem: & perimere simul tot conatus
 sit magnam partem infontes: uerum tacenda sunt hic: quæ & si causam adiuuant: plus ta-
 men addunt ignominia aperta q̄ suppressa præsidii auferunt: fugiendam non minus la-
 bem domesticam quam culpam censeo: ad equitatem statim Assisium: consilii aliquid cap-
 turus ex loco: nisi Brunorus aliter censuisset: uix dimidium horæ ante aduentum ipsius ca-
 sum perceperam: & honestiore facie: quàm uos induistis. Culpa hic in toxicum refert om-
 nis: flagitium tacetur: iussum intercipi a Præfecto: inter capiendum casum ab his affirmat:
 qui toxicum acceperunt: libidinis ne parua quidem circumfertur suspitio. Bracchius plus
 habet utrium: estq; ad subitam manum paratior: si quid ille uiribus tergiuersabitur: ego au-
 thoritate præstabo. Brunorum admonui: si Bracchius liberam hanc curam in se recepe-
 rit: & fronte quæ nihil habeat rugarum se illi credat: Sin uerba nebulam: oculi uertiginem
 habeant: recta ad me redeat. Sunt mihi in prouincia fidæ & ueteres clientelæ: unde sint
 nostri. Sunt & amici nouis officiis comparati: præsens multa potero: quæ tu absens foras
 se non speras. Si res exiget ex Campano centurionem me faciam: equi & muli sunt in para-
 to pro familia deducenda. Expecto quid Bracchius respondeat: ut scire liceat quæ uia: qua
 industria capienda sit deducendis. Tu de his quæ hic agenda sunt ne dubita Capano ui-
 uo: & non omnino stulto. Tu istuc mentem Pont. primus occupa: primus facito sis a quo
 casum intelligat: obscenitate mea sententia reticueris. Cætera sic aperiatur tanq̄ de toxi-
 fico constet ob domesticam inuidiam parato: a sacerdote: & de cæde a toxicatis facta: in-
 uitro atq; adeo incio Præfecto non dubitatur. Sed quid argo inuigilet? Bene uale.

Campanus Cardinali Papien. S.



VM hæc scripsissem rediit Brunorus a Bracchio: ait perstare illum in offi-
 cio ueteris beniuolentia: & plus polliceri q̄ petebamus. Iudicio tamen esse
 quo & ego Brunoro dixeram me esse: non esse discessum hunc familiae ac-
 celerandum tantope: sed potius uelati de industria negligenda omnia: me-
 tumq; omnem dissimulandum: tanq̄ iure nostro factum. Id facinus: culpam
 aut nullam aut exiguam habeat. Interea prorogationem aliquam præfecturæ eius qua ren-
 dam uideri: quam rem maxime iuuare poterit: & petitioni suffragabitur aduersa ualitudo
 successoris: qui nunc Asculi egrotat. Insta oino ut habeatur: aut in annum: aut si ita nequeat in
 semestre. Magna uidentur semp quæ sunt recentia: dies ut cætera ita & opinionem dimi-
 nuit. Bene uale: & oino prorogationem: aut quantam scripsi: aut oino aliquam procura.

Campanus eidem. S.



ST Spoleti Iordanus Thomæ uir probitatis & litteraturæ æque singularis:
 mihi autem adeo deditus: ut si eius sortis amicos recenseam: omnibus statim
 Iordanum anteponom. Is in motu proximo Spoletinorum multa perpessus: cõ-
 fugereq; martem coactus refugit ad me. Quid ego possum p̄stare: nisi qd̄
 tu potes? Velim Campanum in Iordano defendas: illius calamitatem in mea
 fortuna tuearis: nec te ad odium & contentionem deuoco: Spoletinorum meorum gratia impe-
 trari cupio tua: quod mea obtineri auctoritate non potest. Sed quid te moror? Scribe ma-
 nu tua ad Spoletinos: roga Iordanum complectant: si fontem tua gratia: si infontem inuocetia
 sua: hoc maiore studio non possem petere. Exhibe mihi nunc in causa amici: quod semper
 antea meis temporibus consueuisti. Efficacissimæ sunt litteræ: quales prodire a te solent
 cum pro me scribuntur. Bene ualeat meum numen: & nunc cum imperatore esse tibi rem-
 puta. Et cui nisi pareas: pice numen infumem non thure in odorem.

Campanus Cardinali sancti Sixti. S.



LDOVICVS hic qui has defert ad tuam dignationem est unus ex nobi-
 libus Spoletinis: qui nunc exilio destinatur. Reuerendissimæ. d. seruulus
 sum: & iam semel omnis fors mea in manu uestra est: Itaq; aperte loquor:
 dissimulo cum illa nihil: magna infamia: maius periculum iminet statui eccles-
 iastico si hoc modo in uiros nobiles & affectos ecclesiæ: sine causa: sine iu-
 re sciat. Si ad plebis nutum uiuit: actum ubiq; de bonis uiris est: ad dedecus accedit: habe-
 mus illic arcem munitissimam & non timet. Est Spoletum in uisceribus ecclesiæ: & tamen im-
 pune debachatur: res mala effectus: peior exemplo est. Qui iam populi non incitabunt ad
 scelus! Si qui minus deberet posse peccare: impune iam peccat. Magna & incredibilis est
 gloria uirtutum diuinarum uestrarum: quæ indies magna: magnaq; perlucet. Sed hic
 parata est ea palma: qua nescio an ulla dignior illo diuino & coelesti animo tuo possit
 occurrere in uita unquam. Rem ecclesiasticam in hoc potest dignatio tua optime stabilire.

Quid turis habent ciues in ciues! Iam exilia & relegationes quæ solius sunt Principis: sibi plebeculæ arrogant: & plus audent qui sunt indigniores. Erigat. D. T. mentem illam suam ingenti & cõsili plenam: & ad suam ignominiam pertinere existimet quicquid hodie in ecclesia delinquitur. Ad suam laudem atq; gloriam quicquid plectitur & punit. Puniri autē ea scelera tam est facile hoc tempore q̄ necessarium. Quid in medijs facerent bellorū incendijs qui in tanta tranquillitate pacis tumultuantur. Italia pacata ecclesia cõcordi: arce cõmunita. D. T. prouinciæ præsidente. Ex impunitate paucorum: infinitorum crescit audacia: & ex supplicijs unius priuati hominis: tote interdum ciuitates deterrentur. Sed nolo pluribus fatigare. D. T. scio illam honorem atq; gloriam ceteris rebus omnibus habere potiore: oppressos hos Spoletinos: & ius summū & humanitas ipsa cõmēdat. Fœliciter uale.

Campanus Cardinali Papien̄. S.

De gratia

EGO si quid feci aut facio in rem tuorum: iure facio: quid enim a me præstari posset: in eos tantum qd tuorum in me beneficiorū magnitudini responderet. Sed ex Brunoro nostro omnia plenius. Is pro ea qua est diligentia scribet de omnibus ut arbitror diligenter: est honoris tui tuorumq; studiosissimus. Nos hic ea peragimus: nō solum quæ Brunorus exposcet: uerum quæcunq; ad fratris salutem factura uidebuntur. Nō est res tanti ut periculum timeamus. De secessu nō inuideo solum sed rumpor. Ego satis distractus: non equis. Regnum illud nobiscum forte quantum uideo iniquissima diuisi: Galli & gallinæ mensæ sunt uestre. Pientina & Turrina & subterraneæ cellæ me excruciant: delitia ueteres in memoriâ renouatæ repetitæq; in horas singulas exulcerant plagam. Epigrammata ex iudicio nascunt: ingenium nostri periculum uereor: aut odit uera dicturus: aut assentationis conficta. Nam quid libertate nostra licentiosius! Si permittat passurū animo: quo tu: tentabo fortasse aliquid. Sed refert ad quem scribas. Excitauit aliquando Platonem auditorium: & Roscius nō idem domi: quod in scena. Bene uale: & cœlo Senensi: & pientinis cellaris Campani sitim cõmenda.

Campanus dño Gregorio Spoletino. S.

SALVE mi frater. Ego in amicis conseruandis defatigari nō possum: & uetus prouerbiū sic habet: Amans qui nō amicus: proditor. Simulatione & dissimulatione & fūco omni carere amicitia debet. Porrexisti mihi proximo litteris spem aliquam: imo plurimam de Iordano. Ego uero sic illi cupio adesse: ut a Spoletinorū meorum uoluntate pedem nō moueat: pareat: parebitq; semper Iordanus dum mihi erit amicus ciuium suorū imperio quod & sponte sua facit: facturūq; pollicetur. Verum ubi Campanus: ubi mea cum Spoletinis meis gratia! Cõmendatus a me: tamen relegatus. Quæ relegatio si est in rem publicam nihil moueor. Vitam enī meam & dignitatem pro salute Spoletinorum meorū cum res exigeret indubitanter exponerem. Sed cum uideam exilium Iordani nō eo spectare ut ciuitas in tuto sit: ut comprimatur factio aduersariorum: ut pro sceleribus puniatur: sed ut ciuium decreto pareatur: nō possum desistere a defensione amici periclitantis. Cupio ueri eum: nō armis sed precibus: nō imperio aut auctoritate aliena: sed mera atq; sola gratia cum Spoletinis mea. Quæ si amicis meis proderit multum lucri Tudertino bello sum cõsecutus: si prodesse nō poterit: dicā quod dici solet: multis qui simul inseruit: inseruit nemini. Pesto igitur ut aut Iordano exilium remittatur: aut si nimitū id est: & merita superat in ciuitate mea: nam uoluntatem nunq̄ superabit: ut relegatio cõmutetur in locum mitiorem: & si fieri potest apud me: sin hoc quoq; plusculum est: dies saltem aliquot: quibus mecū esse possit concedantur: ad curam filii qui pede confracto moueri nix potest: quanq̄ hæc minima est gratia quā postremo poposci: & si necessaria q̄ si ad nihil horum exaudiat: nihil dicam aliud q̄ ualete mei Spoletini. Nō estis quibus cum gratia atq; officio certetur. Pesto enim quæ alijs concessa sunt: & quorum minima est ratio: si ad Campani erga Spoletinos animum conferantur. Cura igitur mi frater: fac uiuat cum Spoletinis meis Campanus: & sit istic aliquid inter eos: pro quibus si maximus esset: maxima præstare nunq̄ cessaret. Bene uale: & cura hanc rem diligentissime.

Campanus Dulci suo. S.

DULCI meo salutem: Dicant importuniū qui uelint. Ego officiosum me uosco: & tueri amicum aduersa fortuna inter amicos laborantem: nulla importunitas: summum officium est. Proximo nuntio scripsi ad te nihil q̄ existi-

amicicia

mabam semel admonendum esse amicum uoluntatis nostræ nō obrundendū quotidiis & sæpe idem postulare ab eodem diffidentia est. Itaq; satis mihi uidebatur semel Dulci meo cōmendasse Iordanū. Sed quando altiora sunt illius uulnera: q̄ quæ uno possint curari medicamento: scribendum iterum ad te duxi. Mi Dulcis amicus est mihi Iordanus: amicior tu: longe amicissima ciuitas. Itaq; amicū apud amicissimos conseruare nō potes: desperatio quadam est: possum dicere: Potui ego septem Spoletinos meos apud meum illorumq; hostem seruare. Spoletinū unū apud Spoletinos meos retinere & seruare non potero! Appello te mi Dulcis: est ne dignus animus in Spoletinos meus: quē tu aliquando deprendisti: est in quā dignus qui unius hominis casum possit apud nos subleuare: Iōge mihi maior est animus q̄ fortuna: fides q̄ animus. Non possum præclarum aliquid & magnū conferre Spoletinis. Cupio tñ aliquando posse: & quod maius est semp cupiam: nulla me diuertet ab obseruantia Spoletinoꝝ meoꝝ fortuna: nulla rerum pmutatio: est mihi amicorū quantum sortis meæ alteri fortasse nemini: neminē unq̄ sum complexus amicum: quē quantum in me fuerit deseruerim: neminē habui quē & nūc nō habeam: & semp sim habiturus. Hæc scribo ut intelligas tantā fidem non indignam esse: quæ & a te & Spoletinis nostris exaudiat. Ego tibi rem Iordanī cōmendo: absit: sed si aliquñ tibi idē accideret: uideres quibus neruis: quo conatu insurgerē ad te: tuosq; omnes protegendos: quid facturum me putares pro amico maximo: qui tantum cupiam pro mediocri: quanq̄ nemo mihi est amicus: mediocris qui est amicus. Quare defende mi Dulcis in Iordano Campanū tuū. Comple mihi hanc gloriā: adde hoc & uinculū & insigne Campano tuo ut prædicare possit tanti apud Spoletinos suos esse: ut unū potuerit apud eos hominē in causa ancipiti cōseruare: & dignos esse Spoletinos omniū amicitia: qui tantū posse amicos apud se uelint. Enitere mi Dulcis tua hæc palma: tuū opus est. Noui & animū & ingeniu & fidem tuā: noui & altissima consilia. Ego hoc beneficiū a multis peto: a te precipue expecto. Bene uale.

Campanus Cardinali Papien. S.

FRATRIS tui sic acta res est: ut nihil scrupuli sit reliquū. Ingressus arcem Legatus: mihi & expiationem & impunitatem iniunxit: & arcis præfecturam nō modo in semestre concessit: uerum & in annuū prorogauit. Præfectus & ego ægimus gratias tuo nomine: præfecto aliquid consolationis est adhibendum: aut leuitatis potius: nihil illi magis desperationē facit q̄ taciturnitas in eum tua. Scribe obsecro & hominē unum e uulgo te præbe: ignosce & cōparete quibus opus est. Calamitas etiam quæ minima est: maxima efficitur. Si adiutorē nō habet: unis tuis litteris & illius mœrori & meo: in eo desyderio satisfacies. Vale. p̄terea Legatus iā quātus ē: Cāpant est: accepit leges: & seruat. Multæ sunt: quæ quædā hæc sunt. Sit mihi fas socia cubitum flexisse fenestra. In faciem liceat dicere si qua uolo. Prorogatus est magistratus meus nō quantū illi expediat: uerum quantū ipse deposcam: adiuuerunt me prouincialiu mirifica uoca. Ego a te meo in regno nō ulncor. Iterū uale.

Campanus Cardinali Seneñ. S.

HERES salue: Spero ad paucos: sed oīno polliceri nō possum: fore ut te ducem germanos parenteq; tuos uideam. Legatus uero tam tibi Cardinali est deditissimus: q̄ mihi episcopulo effectus. Vidit me: audiuit: tetigit: deuulsi: amplectus est: præfecturam quantū in se est: in infinitum prorogauit: nihil illius animo diuinius & præstantius: plus præstat q̄ postulatur. Natus ad beneficentiā & gratiam mei: ita hominū nō fortunas amplectit. Sed hæc alias. Cupio omnē familiā bene ualere: Fæliciter uale.

Campanus Xancto Cerasio. S.

OERASI mi salue. Si putas me aut oblitum tui: aut remissioꝝ in beniuolentia factum ad te nō scribere: male de Campano tuo sentis: tanti enim te facio quāti tu soles lucernam: & eo pluris quo Cerasius clarius lucet: etiā si cœnent ad candelam. Sed nosti occupationes cū assiduas: tum fastidiosissimas: nec dubito te quo in loco: quibus in laboribus sim cogitare.

Deposcit uacuum thalia pectus

Et curas fugit ociosa Chio

Verum aures mihi centies flagellat

Hora qualibet ille postulator

Litteris Reuerendissimi cōis domini ualde sum recreatus: uideo in tanta bonitate & m̄a

Atq; illa una datur quies labori

Si quando uigilo ad tuam lucernam.

offesa cum cōcedatur

p̄citoria

Caus hominis nature

Sed hæc alid, Trajano lam nota.

suetudine fortunam nō tantū potuisse: ut memoriam ueteris contubernii extinxerit. Cōmendabis me studiosissime: agesq; D. S. ingentes gratias meo nomine: q̄ Campani seruuuli sui tam benigne recorderet. Ad Grifum meū quæ mittam nō habeo. Colligunt̄ in dies ineptiolæ nostræ: dabimus operā si modo quoq; ipse uolet ineptire: ut statim exscribantur. Bracchiana historia est Senæ: remittetur post alterum mensem cum fuerit exscripta: nam ita recepit se facturum qui nūc habet. Cura ualitudinem mi Carasi serua te Capano tuo incolumē. Io. nostrum aromatiariū seu magis Miropolam saluta & amplectere Reuerendissimo. d. Cardinali sancti Pe. ad Vincu. cum datur occasio studiosissime ut me cōmendes oro multum: ac prope dicam infinitæ illius beneficentiæ debeo: mansuetudinem & modestiam maxime colo. Bene uale: & ad me ut facis sæpissime scribe.

Campanus Gentili suo. S.



CAMPANVS Gentili meo dicam: ut Eudoxus Vlixī salutem. Quoz̄ alter Troiano bello: alter multis post sæculis Atlanticū pelagus inter gentes mutas elinguesq; oberrarunt. Quid enim hac nostra taciturnitate molestius? Quid lotio & synphonibus dignius? Loquebatur Italia beniuolentiam nostram. Affectus nostros Anguli omnes audiebant: nec deerat in uia multoz̄ qui partim dolebant atq; angebantur: partim eiusdem sortis esse cupiebant. Nunc Gentilis agit nil: Tusca præsul in æde Pristinā: nō illi est una relicta dies Fraudauit musas: caput & esse miser Audire agrestes: raucas dissoluere lites Campanus multo te stultior: otia prodit Cogitur: & laborē est pdere quicquid agit. Sed hæc querela alterius erit epistola: Nam congratulationis rationē uideo nullam: nisi q̄ mecum una intelliges q̄ misera uita: quantis laboribus & stulticijs perit: de Papienōstro nō loquor: qui nunq̄ est is qui est: nisi cū Romæ nō est: adeo nūc intermissis secessibus: fastidit eam uitam: cui parandæ olim imoriebat. Credo te tuo: nō illius consilio mitram accepisse. Ergo inquis insanus. Ego quidem nunq̄ te nisi sanissimum: nunc pace tua dicam: inconsultum & dementē iudicauī.

Arua oli Romana: canē subcinctus & ensem Cœna erat ī pratis: comites te mille secuti Cum peteres toto liber eras Latio. Cingebāt toto margine fontis aquas:

Currere te uidi ceruosq; æquare fugaces Ianua nūc clausa ē: ueniūt fastidia: habēdi Et leporem misso prændere in arua cane Sunt comites: muli: scrinia: strator: equi:

Et alia multa quæ modū siue excedant siue nō attingāt: parati sunt q̄ de te iuditiū faciant sed hæc tecū securius: cū eris expertus. Venit ad te Bartholomeus Arretinus olim fratris mei proximis annis aliqñ etiā & meus hospes: dignus est quē nō minus tua causa q̄ mea suscipias cōmendatissimū. Sacerdotem enī habere in ecclesia probū: quardā psulis felicitas est. Vale: & hunc nō aliter q̄ Campanū tuū amplectere. Laurentio & Iuliano cōmendatū me facito. Laurentii amicos pro quibus aliqñ ad me scripsit: factis fauorabilioribus q̄ uerbis sum prosecutus. Egi aliquanto fidelius q̄ mecū actum est: sed ex errore fructum expecto. Iterum uale.

Campanus Honofrio medico. S.



MALVISSEM hæc corā si & tibi & mihi p̄ negotia licuisset: Verū cum tibi nō liceat munus tuū publice susceptū dimittere: & mihi nefas sit decedere prouincia: uolui litteris agere: quas uelim optimā in partē accipias. Monueras me & hoc & supiore anno cū Fulginia discederes: ne pontē quendā iminentē prospectui domus tuæ pmittēre fieri: & adhuc factus nō est. Proximis diebus cū apud priores ea de te agerēt: ne qd aduersus honorē & cōmodū tuū decernerent: causam traxi ad me: illis silentiū imposui: nec sine calumnia aliqua. Nūc ciues multi & primarii me adēūt: pontē edificari ut pmittā: ne uē Paulū impediā postulāt: Pauli magnā necessitatē: tuū oīno nullū impedimentū proponūt: q̄ tam alte pons eriget: ut prospectū fenestraz̄ tuaz̄ in forū nihil īpediat: parietes tuos mi me attingat: suts utriq; in edificet: pontes eodē in uico cōplures aspiciant: accessi ipse ad locum: hæc (ut asserūt) ita esse pspexi: rogauī multos cur a te fieri nō esset antea pmissum: filius ueterē offensione: & effossum parietē tuū ostēdit. Illi cōsensu Pauli confingūt esse factū: Cæteri natura te: tibi qd pposueris p̄tinacissimū esse rīdent: Quidā te eo cōsilio id facere existimāt ut cogere Paulū uelle uidearis ad necessitatē uēdendæ domus: Itaq; filius irate facere te putat: Alit̄ p̄tinacit̄: Quidā ēt tyrānice: hæc iō tecū apte: qm̄ cū p̄re filius loquor. Accedit & rō ppli q̄ ē iuris sui uēdicator acerrim̄. Dicūt pmisū eē Paulo ut sup̄ mēbris ill̄ q̄ sūt ppli edificet atq; ita alte ut pspectui tuo officias nihil. Ego cū te singulari beniuolētia psēqr̄: & clarissī

mas uirtutes tuas carere omni calumnia cupiam: te oro ut hanc rem meo arbitrio pmittas: intelliges ita honorem & comodum tuum mihi charum esse: ut si tu adesses melius transigi res nō posset. Expecto a te responsū. Bene uale: & si liberius scripsi: naturæ ignoscas mea: qui simulare cum iis quos diligo nō consueui.

Campanus Gentili Spoletinō. S.

RETVLIT mihi Perinus meus q̄ grauer conquestus de me sis. Ego si Treuenses trahere ad tuum desyderium potuissem: peracta res esset. Verū cū illi ad summā centum triginta floren offerent: procurator tuus centum septuaginta ducatos ad ultimum postularet. Quæ summa per. d. Terdoneñ & Eugubinū decreta dicebatur. Nō uisum est mihi te adeo grauare ut magna summa traudareris: at debebas inquis cogere: quis cogat eos qui de tuo iure fateant: inficiantur de summa: & se quantū debeant persoluere paratos polliceant. Falconensium diuersa ratio est. Negant oīno debere tibi quicq̄: Sententias pro se latas attestant: Vicelegati litteris infestari prohibent. Ciuitas Fulginēsis propter annonæ charitatē ægre fert: nō esse liberum accessum finitimis ad urbem. Vicelegatus scripsit ad se causam pertinere. Monuit: interdicerem procuratori tuo: ne quid in Falconenses & Treuēn moliretur in iussu tuo: uterq; populus queritur fatigari se diuersitate iudiciorū. Nam & Romæ agi causam: & cōmissarios esse nō unos: & hic in prouincia nescire cuius sententiæ pareant. Cōsiliū. F. Neronis affirmat de centum septuaginta ducatis: Volui de ea summa tantū de trahere: ut ad centum triginta floren subdescenderē Concordiā eam utilem tibi nō uidi: cogere aduersarios certam ad summā quam negant non potui. Quid facere me cupias: scribe: nō sine causa pratermissum est a me in tua causa: q̄ ad conuentionē nō est uenū: faciam quod iusseris. Bene uale.

Campanus dño Antonio Pistoriē. S.

BINAS litteras tuas accepi eadem de re: sed diuersa sententia. Domitii casum quis nō doleat! Gener & nepos eius qui perit uagna prinacia laborant. Domitius in priori multa exsoluendo: etiā domum uendidit & filii libros: quem ad sculam Perusinā hoc anno destinauerat. Ego si quid elicit poterit procurator. Affinem tuū cuius nec tu nomen scribis nec aratem. Curabo in annū sequentē. Nūc enī Nicolaus Milonius Reatinus cōductus est cū Quiriaco Fulginatæ adiutore: & mea sententia ludi pedagogo: scribis nomē: primā aratem: quibus in locis profecerit: quo sub præceptore: num usquā publice docuerit: fac scribat ad me aliquid noui: aut uetera proferrat: populū tam difficile est flectere: q̄ facile arte: suauis: precibus: auctoritate: gratia & cōsilio ducitur. Ego pro te & tuis ad oīa paratus sum: & te intelliges esse paratū: si dabit ut periculū fiat. Vale.

Campanus Cardinali Papiē. S.

NVMEN meū: longo interuallo & temporis & loci te adoro: Cū magno in discrimine positus de me cogitarē dolebam: nō minus me tibi perire q̄ mihi: & puto gratia tua factū ne perierim: prope tibi ereptus sum mi Papiē morbo graui: & noīe ipso non minus q̄ te formidando. Ter extra me fuit: Ter ad me redi. Qui morbus inquires: uerus morbus comitalis: sed natus a stomacho: & quē Cæsar aliqui p̄pessus est. Sed mi Papiē castigans castigauit me dñs: & morti nō tradidit me. Videbis Campanū tuū flatum: quē olim poetā p̄spexisti: ac plane te adhorior ad aliter uiuendum. Tu me & ego te intus & in cute nouimus. Ventus & somnū sumus: & spuma æstuans uanitate atq; libidine. Iam uenio ad lras tuas hac hora p̄ Laurentiū Iustinū ad me delatas: est ita ut tu scribis: negligentia securitas facit: & semper studiosius attendimus quæ nō habemus. Sed refarciamus diligentia quod dissumum negligentia est. Senensem meū uenisse ad portū: est: quod illi: tibi: mihi: curiæ cōgratuler. Dicitur periculo suo & nostro q̄ stultū sit sine stulticia insanire. Offers operam & polliceris accipio fiducia: qua soleo: potes & me inter cōpetitores noīare: nō ut sperē quicq̄ adhuc uerū ut intelligant oēs esse me tuū: & Papiensem nō fortunas hominū amplecti: sed fouere merita & ingenia ueri. Iniunxi his Oratoribus Assisiatibus & eorū Cancellario ad triennii prorogando: dabis operam & mea & dñi Fabiani nostri cuius alūnus est gratia Bene uale. ix. Decembris. M. cccc. lxxiii.

Campanus eidem. S.

DCætera tu quidem sanctissime: ad petitionem Theanēn nihil respōdisti: hoc quantis optauerim uotis: cui q̄ tibi est exploratus! Ad Regem spectat inquis! an me tam censes obscurum: ut Regi sim incognitus: tam infidelem aut inofficiosum aut ingratum. Petiuit pro nepotibus Cardinalis Senensis. Misera mea

conditio: tanto tempore secutum Cardinales tñ sine præsidio Cardinalium esse: nō est e re cōmuni contentiōe tantam suscipere. Scio nō esse e res: sed expedire utriq; nostrum: esse te inter Patres maxima gratia: odio minimo. Sed interea ætas fugat labitur: & subuolat racita: subripiuntq; anni uires: & ingeniu obgrauat. Quid me obtundis inquis? Theanum haberi nō potest: At potest Tricaricum Regis consensum nunquid desperas: nō a deo inuitis uiuimus superis: sed fac illum difficillimum. Quis enim consensum & petat honestius: & facilius allequatur: q̄ Papien̄ pro Campano suo: præsertim absente. Quam ob rem assume hanc curam mi Papien̄: aut alicui ex tuis demanda Oratorem Regiu aloquere. Ad Regem una conscribite: Si Theanen̄ haberi possit fœlicē me fecisti: Sin alteri est promissa ut. F. meus scribit: pro Tricaricen̄ poteris & cum Rege & apud Pontificem instare. Grator & oprator Theanen̄: uerum inopiæ quicquid impendit: magnum est etiam si sit exiguum. Cum regio Oratore quicquid uoles conficies: debes uelle mi Papien̄. Nō tibi sum cliens indecorus: nō infidelis seruus: non si (ita pateris) in gloriofus familiaris. Neruis tuis omnibus opus mihi est. Bene uale: & alterum cōfice. ii. Ianuarii. M. cccc. lxxiiii.

Campanus Cardinali Papien̄. S.



ANIMO cupienti facillima difficillima: difficillima facillima fuit. Spem cū multa adimant: Papien̄ unus ad omnia reddit: de Theanen̄ ecclesia loquor aut si desperanda hæc sit: de Tricaricen̄. Nunquid taceri me in hoc cōgressu patiere: quem præteriri in comitiis Cardinalium negas te esse passurum contendere cum tanta potentia in curia: tantis erga Regem meritis prædurum est: dices nullā ego in dimicationem te uoco: nullam propono contentiōe: quā tamen si tu subires: quis non ignosceret Papien̄ pro Campano Cardinali doctissimo: pro episcopo nō oīno indocto. Auulxisti olim præsidatum I uertinū a reliqua tua prouincia Fulginatem quantū in te fuit prædestinasti priora beneficia: ut & infinita & maxima taceo. Sed hæc prope dicam seruilia sunt & momentanea: nataq; ex nutu alienæ fortunæ. Solidum & stabile est quod quæro: nō dum tempus est inquis: est uero tempus: Si nō solis & lunæ: stellæq; tamen & auroræ breuissima est occasio quæ optima:

Alati pennis fugiunt uelocibus anni Perniciq; uolat tempus ut aura pede.
Cum Oratore tentandū est regio: assume personam quam dehes: etiam si nō ad præsentem occasionem: tamen ad spem futuroꝝ suffecturus. Sed hæc cumulatius alteris litteris quas Antonio Meuanati proxime dedi. Bene uale. Campanus eidem. S.



Dominū Siluestrum Baldolum Fulginatem amicissimū meum mira incesserat cupiditas tibi famulandi. Confirmauī semper consiliū eius: est eodem proposito nūc quoq;. Mea sententia indignus est: qui reiiciatur: moribus & pñtia grauis: facundus eloqui: mansuetudine gratus: litteratura hac nostra plus q̄ mediocri: iuris plus habens reconditi q̄ aperti proferat: uocationem expectat indies. Veniet nō ingratus: etiā si desint cætera quia a me cōmendatus. Iterum uale. iii. Ianuarii. M. cccc. lxxiiii. Campanus eidem. S.



PREDIXI tibi rabicem illam. B. aliqñ in me sœuiturā & flecti aut leniri nō posse: an dubitas nulla alia de causa q̄ ad uindictam Fulginensī me pelli præsidatu nūq; me fefellit hominis implacabilis pertinax obstinataq; natura: pro nullo errore acerbissime plector: quo studio mitigare conatus sim: ut mollirē saxum pectus: litteris non cōmittam. Scio qui cum mihi res sit coram (si qñ dabitur) intelliges & ridebis & stomachaberis. Postridie q̄ prouinciā esset ingressus hominē adiut: Munuscula obtuli: ueniam errati (quod nullum meū fuerat) postulaui. Vide imanitatē: cogita duriciem inflexibilis pertinaciæ: & memoriā iniuriæ in debilem confydera. Primū eius fuit uerbum: cur Auditorem meū nō eiecisses? nā ita se cum Senensī meo cōuenisse. Negauī quicq; mihi de eiectione significatum. Mirari uisus: cum peterem ego an reitci cum uellet: expediebat inquit antea: iam nō expedie: ut facile & dolere q̄ nō esset eiectionis Auditor: & pudere: iubere nūc eiici uideretur. Misi prærea Auditorem ipsū: uultus fuit idem qui Romæ: uerba paulo mitiora. Nunc q̄ eximie bellum quod aliquando indixerat: intulerit uides. Ego uero infœliciter sacerdotiū inuis sexdecim annis attritus in curia: uix unum beneficiolum assecutus: præsidiu habeo nullū Pientinus a pientinis extrudor. Accepi iniuriam: unde præsidiu expectabam. Ratio nulla rerum bene: illeseq; gestæ: nulla cōsyderatio tam quiete: tam etiā opera mea pacatæ prouinciæ. Vota prouincialium intelliges postea: nam nūc etiam lachrymæ illoꝝ mihi

suspectæ sunt. Quo nunc mittar intelligo. Minister futurus tyrânicæ libidinis si obsequat
 Nō pmanurus siue ignominia diu si aduersabor. Verum mihi tam facile erit regi q̄ fuit
 regere: hoc doleo: hoc angor. Spem mihi esse in pietinis oīno nullam: in te præsertim.
 Cuius clypeum ad omnē contentionē de me restitutum mihi suadebam: possum iam di
 cere: ualete pietini: nō solū inutile: sed detrimētosum est mihi patrociniū uestrū: ubi ubi
 opem implo: statim subdit: Quid Senen. Quid agun: nōne tibi assunt: Ego uero qd
 contra referam aliud nō habeo: q̄ Papien frigidum: Senen egrotum esse: alios sua quæq̄
 studia prosequi a nōnullis etiam oppugnari. Quāobrem iure id repetam: ualete pieti
 ni: Ego mihi ipse nō deero: uos ut gratiores sitis Pii memoriæ opto. Vale & mensurnos
 quinq; ut es pollicitus etiā nūc para aut fulmina: in Barduelū directa: in te expecta. Iterū
 uale.

Campanus Grifo suo. S.

LXIMIÆ pietatis in me tuæ: plura iam extant monumenta: q̄ ut dignæ agi
 a me gratiæ possint. Superasti expectationē: nō dicā uirtutis tuæ: sed meo
 rum in te meritorū. Verūtamen res mi Grife sic habet: Beniuolentia eunt
 est ociosa fastidium est: nec ea proponit ratio: Vter amicorū plura præster:
 Sed uter possit maiora præstare: facis te dignū loco quem obtines: & quod
 fortuna dedit aliena: ipse uirtute tua uideris: & constantia peperisse testimonia beniuolē
 tiæ nostræ apud posteros adhibes: nunq̄ moritura: multum mihi de te pollicebar. Vetus
 amor: cōtinuatum studiū: firma obseruantia: quicqd unq̄ tu posses erga me operæ aut di
 ligentiæ promittebant. Sed hanc tam eximiā curam susceptam de me nō modo nō au
 debam postulare: sed nec cur sperare quidem deberem intelligebam. lacturam feci glo
 riosissimi principis mei Legati maximā: eius ego gratiā comparatē mihi tua etiā opē
 ra auxeram: nō nihil & studio meo. Iam eo familiaritatis uentum erat: ut quicqd ipse pe
 terem: recusare ille nō posset. Mens alta & benefica nata ad utilitatem hominū omniū
 quicqd conferebat beneficii ipsū accipere uidebat hoc rāo amisso præsidio. Successisti
 tu quanto auctoritate inferior ad me ornandū: tanto memoria ueteris consuetudinis in
 tentior & paratior. Itaq; mi Grife iam id attestor Campanū fortunatū: eius omnē tuo
 præsidio uiuere: tuis auspiciis & conseruare pntem dignitatem & maiore nō desperare.
 Vale.

Campanus Ferosino suo. S.

NON adhuc possum: quæ me facere per. F. nostrū cōmonuisti. Si quis est q
 sit consolandus in tanta iactura ipse sum. Alios plaga: me uulnus alissimū
 feruit. Nosti qua eram apud illum gloriosissimū principem gratia: q̄ nullis
 meis meritis cōparata: sed nata ex illius sola clāmentia & opinione de me
 postulo paulum temporis: dum dolor resideat: & sit animus ad cogitandū
 de illo confirmator. Senties me non ingrātum erga tam eximiū patronum & defensorē
 qui semp gratus fuerim: uel erga mediocres. Si quid est in me ingeui: quod esse aliquid
 magis testimonio tuo intelligo q̄ iudicio meo. Conabor ne dicam efficiam: ut tanta libe
 ralitas tam rara & inaudita munificentia nō ita statim extinguat: poteris tu quoq; hac in
 re mihi auxilio esse. Collige laudum omniū argumenta: aut capita potius argumentorū
 quæ plura tibi poterunt occurrere: q̄ mihi potuerunt. Debet illi a nobis cōmunis labor:
 quorū fuit necessitudo cōmunis: pudet scribere: quis enī polliceri quicq̄ audeat forte tam
 abiecta q̄ ego sum. Verum me intra fortunam continebo meam: & quæ eripere mihi po
 test nemo: hæc pollicebor officia pietatis quæ debent: aut possunt præstari mortuis: oīa
 me illi præstiturum: preces in re diuina assiduas. Monumenta memoriæ & nominis. Cæ
 tera uero quæ uiuentibus dari cōlueuerunt: extincti nō capiunt. Et germano eius & om
 nibus qui illi inseruierūt omni me studio exhibiturū. Itaq; maxime tibi congratulor: cui
 unū contingit: ut quod omnes debeant: multi cupiant: ipse sis assecutus: ut picta: em ac si
 dem quā illi dedicaueras: germano impendas. Ego quoq; cupio tua opera fieri illi deditis
 simus qui fueram obligatissimus fratri. Nō ero illi aut molestus: cliens: aut amicus inglo
 rius. Vale.

Campanus Cardinali Papien. S.

BREVES quidem litteras tuas: sed nescio cuius spei plenas accepi. Scribis
 esse in portu rem meam: aut parum abesse quin sit. Amicos mihi multos
 nō deesse. Ita spero te nō modo amico: sed patronorū meorū omniū: ami
 corumq; primario. Verum quæ res hæc mea sit: uix intelligo. Cupio tamē
 quæcunq; ea sit per te tuari. Vale.

Campanus Cardinali Papien. S.

De actione
gratiae
descriptio
urbis & lae
Assisiatum.



QUOD Assisiatibus meis affueris: habeo gratias: digni sunt & tuo & collegarum tuorum patrocinio: & quos Pont. max. omni humanitate & clementia prosequatur. Discors olim ciuitas & aliquando seditiosa: calamitates protulit multas: nulla ciuium culpa bis direpta est: sed malum omne a praefectis duarum arcium uenit. Qui ad omnem morum nouitatis secuti studia diuersa fidem contempserunt. Arces aut dedidere studio partium: aut hostibus pretio uendidere: Sic ciuitas suis incommodis edocta: leges tandem amplexa est: & officiosa omnibus: nullius iniuria: auctoritate atque opibus creuit. Mirum est qua obseruantia Collegium: qua fide Ponticem colunt: quae boni & aequi pertinaces religione sunt: quanta non modo in Umbria: sed nec in caetera quidem Italia nulli homines alunt religioni: Adiectos circiter quadringentos: templum habent orbe terrarum magnitudine & structura celeberrimum: tum alia templa & in montibus & in planicie non contemnenda. Largitas quoque in omnes eximia est: ut dici possit liberalitatem in Umbria si sit: in Assisiatibus esse: & amicos frustra in Umbria queri: nisi Assisii querant. Est etiam soli par gratia: Clamens caelum: mons collectus & editus: expeditus undique & pulcherrimus. Colles item Aprici & passim irrigui. Planicie quoque tanta feracitas rerum omnium: quanta uel in Campania uix possit optari. Pomorum diuersa genera: & maiora & sapidiora finitimis. Magnaque uis oleae: & quae fructus non solum plurimos: uerum & optimos proferunt. Nihil me aequae in Umbria tota delectat: uiris dispar mansuetudo quam caeteris: facies ipsa ciuitatis pacatior & tranquillior. Ager cultus: aspectus quoque pulcherrimus: fuit hoc diuersorium meum toto fere praesidatu. Me amant: te patronum uocant: ad nomen quoque tuum memores beneficii reuerenter assurgunt: non dissimulant si quod debent: & magnam partem referunt beneficii qui fatentur. Quamobrem gratum est mihi talibus te uiris dedisse operam: & ciuitati optimae de nobis merito non defuisse. Nec est Assisium contemnendum Umbriae totius quaedam arx est: Perusinis imminet: Tuscos & Picenos attingit: finitimos populos cohibet: perstitit semper in ecclesiae fide: nec unquam nisi ab arcibus oppressa defecit. Quare & tuum & collegarum tuorum officium est non modo conseruare hanc urbem: sed etiam omni largitione adaugere: nec pati ut quod paulo ante est factum ludibrio habeant. Iniuria enim eos maxime exacerbat: qui minime sunt iniuria digni. Vale. prima Martii. M. cccc. lxxiii.

seruitutis &
amoris ostentatio

Campanus Alfonso duci Calabriae. S.

De gratiarum
actione
cum laude



BREVI interuallo binas celsitudinis tuae litteras accepti: utraque non una de causa gratissimas: primum quoniam ita uideris sentire de me: ut sperare operam & patrocinium tuum ad omnia iubeas: deinde quoniam incidisse me hac aetate in eum Principem: in quo sunt omnia uirtutum omnium ornamenta: ad meam quoque felicitatem & saeculi nostri splendorem atque gloriam deputato. Principis enim clarissimi: faces latissimae lucent: & quantum illius imperium protendit: tantum & uis splendoris illustrat. Video & certum habeo eum te futurum principem: quem ueteres sapientes: animo magni: consiliis grauem: gloriae uirtutisque incumbentem: Custodem & defensorem bonorum: oppugnantem malorum: supremum & caelo diuinitus missum: in terris expresserunt. Et cum duae sint rationes ad imperium: una bellica ad comparandum. Altera quieti ciuili ad conseruandum: utranque sic obtines: ut aetate tam tenera & plumis prope dicam quam aptior armis bellicis studiis: Patrem pacis: consiliis auum adaequasse uidearis. Magnitudine clementis & beneficii animi atque hominum gratia utrumque superasse. Nihil uidit aetas nostra diuo Alfonso auo tuo magnificentius. Nihil Ferdinando patre potentius. In te uero utrumque respicimus: ut belli temporibus & pacis ocio summa cum gloria & dignitate deseruias. Verum dicere de tuis diuinis & praestantissimis laudibus. Non est epistolae: in qua nihil aequae quam breuitas & castigatio laudat: hoc tantum de me addiderim: natum esse hac aetate in qua tu es: & natum tibi: patri ac regno tuo: & ad illum & ad te pertinere haberi rationem de uestris. Ego sextum decimum annum Romae in cu. dego. Sub Pio Pont. uixi: non sine aliqua gratia & opinione: qua de re habuit me odio Paulus ut habuit caeteros qui Pii memoriae afficerent. Sixtum uero quo sum usus in philosophia praefectore aliquanto habui propensior. Sed fortuna mea omnis a regno est: quam mihi tu & pater tuus dabitis spem ad hanc erigar: huic insitam. Quare te oro & obtestor dignissime & sanguinis altissime princeps errantem me tot annos redde iam patriae: redde meis: & tandem Campanum Campaniae redde. Nunc Alfonso meis faueas dux inclite uotis.

Non obscura tibi gloria factus ero.

Vale.

laus boni prin
cipis

Sui Comita
titia

Campanus Andrae grasso Lucano. S.

HOMINI cordato breuissima epistola: uolumen amplissimum: tuis litteris exiguum quidem & fortis abiectae: sed tamen unum tibi non ingratum neque inoffensiuum hominem comparasti. Sed habet hoc praecipuum amicitia: ut ubi semel complexus quaequam fueris: deserere sine perfidia tota uita non liceat. Amicus autem: ut est in proverbio: aut amicus: aut proditor. Perge igitur mihi Andrea aut perista coepisti: ne defatigare in me diligendo: quem in amando nec tu: nec alius quisquam superabit. Vale.

Laudatoria
de amicitia

Campanus Anthonio Petruccio. S.

PLETAE in me tuam uir praestantissime iam pridem agnouit. Nunc ut calcaribus instes: nec a te ipso discedas oportet. Et nobilior & ditior est episcopus Aprutinenus quam Theanenus. Sed uocant me mei: allicit patriae charitas attrahit uicinitas & propinquitas regis: & uestrum omnium: Necessitas ualitudinis urget: Nam cum profectio Germanica in eas inciderim egritudines: quas efficere solet mutatio caeli. Medicorum consilium est: nusquam me uicturum salubrius quam ubi sim natus. Proinde si chara est tibi nita mea: Cura mihi Anthoni ut id assequar quo tui causae ut magnopere optem adducunt. Vale.

amatoria

Campanus regi Ferdinando. S.

DIRIVATORVM hominum cum multa sint officia: Regum atque Principum illud est solum ac praclarum tueri & prodesse quam plurimis: ut seruent & ornent multos: qui multis sunt praefuturi: & soli esse non possunt. Ex Pallante intelliget serenitas uestra desiderium meum. Supplico iuuet eum: qui cum tuo tempore: tua sub ditione sit natus. Non indignus erit beneficio atque auxilio tuo. Caetera ex ipso intelliget serenitas uestra quae felicissime ualeat.

Laudatoria

Campanus Anthonio Gazo. S.

NON adeo occultari uirtus potest: ut ad me quoque singularis tua humanitas non puenit. Effertur passim: praedicaturque ab omnibus: ut scelestum & sacrilegum me censeam: nisi siam tibi officio beniuolentiae coniunctissimus. Clarissimis meritis effecisti me tuum opera quidem exiguum: Verum fide atque studio amicorum tuorum cessurum nemini. Vale.

offensa & degrauiatio
Conciliatoria

Campanus Cardinali Senesi. S.

EX Perino cognoui accusari praesidatum meum in Umbria gestum: & tibi quoque non placuisse: quod agrestes amouerim octo uiratu: aut passus fuerim amoueri: haec calumnia eam ob rem mihi uisa est grauior quam in tribus gestis prouinciiis: nunc primum a te accusor: & plane res est praegravis: admittere nouitates eum qui prouincia praesit: oportere enim intelligo non modo corpora ciuitatum curanda: sed & articulos quoque ipsos non negligendos: ut id quod esse profitemur. Et gubernatores simus prouincialium & conseruatores: uerum nolim censeas errasse me: aut studio partium: aut negligentia: aut causa aliqua quae iudicium de me tui possit inuertes. Sunt mihi complura ad excusandum argumenta: sed illud praetermittam quod eo tempore comitia octo uirorum capta sunt: quo me mortuum audiuisti: quo medici ne quem admitterem ne qua de re paulo grauior cogitarem: ne legerem: ne scribere admoneretur: haec mihi excusatio nulla sit omnino. Ad rem ipsam uenio Fulginenses prius quam in ecclesiae ditione uenissent: agrestes ad munia ciuitatis nunquam admitterebant: ubi ecclesiae se dediderunt: Inuenti sunt qui comparandae gratiae inter agrestes. Inter ciues potentiae causa nunquam conquirent. Quod promiscue plebei cum optimatibus. Agrestes cum ciuibus rem publicam sine delectu aliquo capescerent. Proposita mercede dicam an pretio: ut nisi quattuor aureos singuli consules persoluissent: designari in octo uiratu non possent. Addita mox & altera conditio est: ut inuituri rem publicam purpureo aut coccineo paludatu uestirent. Quo esset primus ac supremus ciuitatis magistratus ornatus. Agrestium magna pars: hoc est Montani omnes conditionem repudiauerunt. Caeteri qui sunt in plano uel opibus potentiores uel nouatoribus iis quos dixi coniunctiores acceperunt: nec sine graui molestia retinuerunt. Ita perpetuo praesidatum meo nemo Montanorum est designatus. Caeterorum cum partim puderet inmerita dignitatis: partim in sumptuum in apparatu faciendorum poeniteret: uenerunt ad me saepe aggeratione sumptuum praeterquam ludibrio haberi: a ciuibus destituti solos in comitiis procedere: ad ignominiam se illic positos querebant. Orabant ut detrimento simul & iniuria consules rem: unam esse uiam docent ad utrumque faciendum. Si & onere aureorum exoluendorum liberarent. Et ab octo uiratu abdicarent: & in pristinum statum reponerent. Egi hac de re cum primoribus ciuitatis: querelas agrestium simul & remedia proposui. Quid ipsi faciendum

cenferent interrogauit. Responsum fuit eorū rem hanc nō Iuēnem esse. Videt publico in consilio deliberandā: dictus est dies consilio: uenere iterum Agrestes: querunt iterū: Postulant idem: iterum ciuitas alioquin perelegans: indignum rata turbam obsoletā & panofam primo cōfundi atq; misceri magistratu: rem Legato præsente me detulit: mihi ut hæc iniungeret poposcit: & quod poposcit pro illius mansuetudine facile impetrauit. Eo mortuo non cessant ciues: Agrestes in proposito perstant. Ego noua deliberatione opus esse respondeo: Extincto legato: nō mihi iam integrum esse quid facerem. Clamant extare summoꝝ Pontificum priuilegia: designationē urbanorū ciuitati permittentiū. Aiunt ad eos pertinere: quos aut quomodo designēt: priuilegia exhibent: priuilegioꝝ confirmationem asserunt: Quid ageremus: quid intercederemus: cum & ciuitas id suo iure tueret. Et Agrestes nō modo nō recusarent: aut moleste ferrent amoueri magistratu: Sed id fieri instantissime postularent. Quid si aliqui queruntur qui aut perpauci aut oīno nulli sunt: hos illi ipsi nouatores studio eodem excitarūt: quoꝝ etiā parentes hac ipsa de causa: hoc bñ affectata tyrannidis: in uinculis occubuerūt: ipsi in eadem suspicionē consenuerūt: hæc iam totam excusationem meā. Nō dico egrotasse me dum hæc fierent: & nec audire populariū uota: nec deliberationibus interesse potuisse. Dico decem hos præteritos ānos Agrestes montanos in magistratibus urbanis nō fuisse: Sed iam inde ab initio sese ipsos sponte abdicasse. Dico ceteros qui sunt in plano idem a me contendisse: me autem non amouisse aliquē a pristina dignitate: sed ciuibus ut priuilegiis suis uterent: & decretis nō prohibuisse: pepercisse Agrestiū sumptui: simul & ciuitatis ignominia consuluisse. Relis qui ciuitatem illam & prouincia omne adeo concordem & pacatam: ut nunq̄ magis etiā uetustissimi recordent. Discessi tanta cum prouincialiū omniū gratia: ut ad hunc diē nihil eorū me poeniteat. Quæ in prouincia gessi: expecto quid sentias: an sim tibi abunde expurgatus aut restet aliqd: quod uel officio meo uel gloria tuæ: uel diui Pii memoriæq; nebulam aliquam calumnia possit asferre. Vale.

IOANNIS ANTHONII: CAMPANI
EPISCOPI: INTER AMNIE N. APRVTINI.
EPISTOLARVM LIBER NONVS ET VLTIMVS.

Campanus Cardinali Seneñ. S.

VENI Tifernum exceptus tanto apparatu rerum quanto ne legatus quidē potuissem maiore: urbis ambitu est quo Fulgintia: uerū quantum ipse potui conicere aliquanto populosior. Situ autē & aspectu fluminis ac montiū æque amœna. Tyberim habet ab occasu præterlabentem: abluentemq; muros. A septentrione suspicit Appenninū diuerso tractu. Planities secundū Tyberim prælargæ: & exulta rerum omniū: quæ ad usum expetuntur: præterq̄ oleæq; feracissima. Me uero & si dispar proponebat conditio tam Umbroꝝ quibus præfuit: multa hic recrearunt: uexillum imprimis in quo arma diui Pii expressa cōtinebant manibus meis a primoribus traditur. Eadem quoq; arma in portis: in templo: in aulis: locis deniq; omnibus publicis conspiciunt. Qua re omen primo ingressu ciuitatis concipi foelicissimum: pacatissima uidetur ciuitas: Factionū mentio oīno nulla. Tyrannidem neq; audiui: neq; legi tranquilliozem. Ciuem unū nescio plus timeant an colant: formidant an uenerent. Summam rerum quæ ad statum pertinent mira concordia ad hūc deferunt: ceteris in rebus legibus parent. Deniq; huic nō aliter assurgunt q̄ dño: non aliter attendunt q̄ parentem. Mirum est quanta sit hominis gratia: patrem patriæ passim appellant. Si quid boni factum est in ciuitate: hunc prædicant auctore: Si quid cōmissum aliquñ ad necessitatem & populariū studia ascribunt. Vir est noticia rerum externarū incredibilis: Historiam Pii tenet ad unguem. Loca situsq; locorū exactissima diligentia si rogetur enarrat. Fuit sub Eugenio Romæ: copiam librorū ingentem habet: inde rerum noticiā. Quicquid audit attendit: & si quid præterit: reposcit ex integro. Aspectu est periocūdo: læticia quadam ingenita. Ridet semp: irascitur nunq̄. Modestia quāta nemini maior: parq̄ paucissimis. Sed de homine plura dicere suspectum est: Exploratoria cognosces indies. Aduentu meo lætati sunt omnes. Credo q̄ prælatū habere præsidem: qui antea idiotam habuerūt miro modo gloriant. Qua re mutationem præsidatus mei tam & si intelligo

Descriptio
Vrbis Tiferni



de laude
moderato
ris.

odio atq; inuidia factam: feram animo quo cætera consueui. Cæli subita mutatio: tempus aduersum: pluuia per aliquot dies continuæ prope me prodiderunt: & ex male affecto pessime infectum reddiderunt. Spes omnis in balneis est: Itaq; quotidie ad petriolana suspiro: Quo ad exitum Aprilis nisi quid accidat impedimenti proficiscar. Res Theanenæ nescio quæ habuerit exitum: aut si qua spes sit reliqua. Habeo duos ex meis Neapoli: qui negotium procurant: Si qua uia: tua præsertim opera effecti possit ut assequar reddes me felicissimum. Vale.

Campanus Patriaræ. S.

TUDERTVM (sive ut uetustissime) Tudert ueneritis: gaudeo. Sed utinam uel consilio maturiori uel fortuna meliore q̄ cæteri. Si propius accederetis occurrerem. Perasiam usq;. Quæ sub umbra longa confabulatio: amplexus arctissimi nascerent. Nunc Campanus tuus ad Appenini radicem re-legatus: nihil transyberim atq; Apuliam cogitat. haberote uobis Curialium felicitatum amplissimos fructus quidē: sed tedii simul & fastidii plenos. Sed cæteris ignosco omnibus: te unum satis mirari nō possum hominē liberum: attritum legationibus honestissimis: nō solum terra cum laude: sed etiam mari cum uictoria uersatum: adhuc tñ & iudicia hominū uaria & laborum nō una pericula quætere. Si quietem expetitis Tudertinoz: utraq; salua factione: insanietis prius & delirabitis: q̄ assequamini. Nō antea creatus est orbis terræ q̄ orta est seditio in cælo. Affinitas iā suspecta est: frater fratri nō credit: patrem filius aut nō patitur domo eadem: aut optat extingui. An atate nostra nō uidimus paternis in filios insidiis conflictata regna: depopulatas armis prouincias esse: aut nulla esse oīno potest: aut esse debet ordinata societas. In qua si caput desit: nulla est ordinis ratio: paritatem credimus in cælis. In terris frustra laborat qui quærīt quod inueniri nō potest. Cede his turbinibus mi. L. Relinque discrimina grauissima: his quibus sunt paria proposita premia. Subquiesce Romæ: aut uspiā alibi: hoc uitæ quod tot periculis subtraxisti: utinam liceret hæc coram? Nosti apud templū uirginis angeloz: quā mihi tuam esse mentē aperuisti. Defessum laboribus: deterritū periculis pro ecclesiæ imperio susceptis: Confatigatum regendaz prouinciæ curis: contēptum animo tuo nihil amplius appetere: nisi honestam solitudinem. Cui consilio si accipies Campanū comitem nō dedit naberis. Vale: & mundi uices quales: quales sunt accipe. Campanus Minutolo suo. S.

MINUTOLO meo & salutem & fortunam optimam. Vbi audiui factum te mihi propinquiorē: exarsit desyderio tui: si paulo propior accedes: aut ardebo totus: aut te amplexibus fatigabo: inglutia: deuorabo. Facias me certior rem quid acturus q̄ proxime uenturus sis: ut uel ad decem passus possim occurrere. Cōmuni dño ut cōmendatissimū facias oro: dño meo Patriaræ quæ scripserim uidebitis. Scribo quæ sentio: aut illa ciuitas uno in statu: aut altero est relinquenda: aut omnis desperanda concordia. Ego hic tranquillissime ago: nō tam consilio præteritorū Principum q̄ præsentium ciuū beneficio. Quibus ut ego arbitror causa nō lenis: ut ipsi prædicant. Sūma necessitas seditionis finem stabiluit. Bene uale mi Minutule & si istic mansurus es diutius de omnibus ad me scribe.

Campanus Sixto. iiii. Pont. Maximo. S.

HÆC ciuitas pater. S. ut taceam de me: qui ludibrio habeor: & huc: illuc transmutor: pessimo in statu est. Sperabāt quietem a. S. V. & pacem: & ecce oīa in sudore & bello uersant. Ad me attinet scribere quæcunq; sentio: uestræ sanctitatis erit protidere. Ferē huc uenire ecclesiæ castra liberū ingressum petentia. Ciues habito consilio: Responderūt metuere armatam multitudinem: omnia in ferro: & licentia reponentium: paratos esse omnia seruitutis obsequia legato. V. S. quæ sine status eoz peticulo petunt præstare: cum exercitu ingredi armato discriminosum esse: ut Tuderto & Spoletio paulo ante fuit. In causa dispari dicunt se omni uacare culpa noua: Antiquam si quā habent remissam esse a se. me. Pau. ii. prædecesore uestro Timent aduersarios: timent capita aduersarioz: Idem quod Panli tempore petierunt postulantia: misera uidef res. Fœminas & pueros: omnēq; imbellem turbam extra urbem pelli lachrymantem. Remanent aut. soli ad arma parati & mortē. Si. S. V. aliter nō constituat. Quid est hoc aliud q̄ perturbatio: q̄ sæuicia Turcoz: nō christiana: nō sacerdotalis: nō quæ sapiat saluatorem? Quid egerunt castellanti: cur plectunt? quam præbuerūt huius belli causam? Si fas est iudicio contendere: Iudicium a. S. V. deposcunt. Sed ne puter. S. V. metu eos trahere ad iussa faciendum: Capiunt prouocati pessima cōsilia

Consolatoria

amatoria & consolatoria

Narratoria & riva

quæ & qualia cum. D. L. e. referent. Nō sunt oīno destituti: habent adfutores occultos: paratos omnia facere uel in aperto. De munitione urbis superuacū est loqui. Muris: fossis: equis: hominibus: tormentis omnis generis ita sunt cōiuncti: ut nulla sit in ditioe ecclesie ciuitas magis: & causa nō iniusta. Annonæ quantū ad multos menses sit satis. Scripsi dño L. caueat ne quēadmodum ceteri urbes magno impendio quaesierunt: ipse tantumdem exponat in amittendo. Fœlix ualeat. S. T.

Campanus Terami Duci Calabria.



ATTVLIT mihi serenitas tuæ litteras uir præstantissimus Antho. Gazo secretarius simul & cōmissarius tuus. Quo uiro mea uita bonitate aperta: diligentia uigili: dexteritate exactissima clariorem uidi neminē. Fide uero & constantia in negotiis peragendis tanta: quantā in eo esse oportet: qui maximo principi assistat. Beneficiū serenitatis tuæ i seruanda hac ciuitate mirra gratia nec minore integritate p̄fecit. Vix biduū cōmoratus: factionū radices funditus extirpauit. Magistratus reduxit in formam. Rapinis atq; iniuriis occurrit: auxit spem Ciuium qui bonis artibus student. Deniq; effecit ut iam hac ciuitas: ciuitas uideat: quæ antea fuerat potius latrocinij. Ego illi (quod serenitati tuæ litteris facere iubebar) libentissime affui: præstiti quæ potui in reconciliatione Ciuiū. Reuocari sunt exules opera eius & beneficio tuo. Ciuitas optimo in statu est. Corpus sua membra recognouit: & uere Principum gloria magna ex parte sita est in uirtute ministroy: Graues dominus: Rex: grauior tu ex hac p̄urbatione ciuitatis molestias pertulisti. Nunc pacata uobis & quieta sunt omnia. Breuis opera magnū impendiū fuit. Vale.

Campanus Antonio Gazo. S.



ANCEPS iusticiæ uultus: nusquā toto obtuitu se inclināt: nec unq; ita unam in partē aspicit: quin & alio se conuertat. Accedit hominū praua ingrataq; natura nunq; præterita beneficia: semp cōmoda præsentia cogitantū. Vidi heri uesp̄ri iuuenem captum educi cubiculo uinctum: horroi omen. Quid id esset interrogauit. Dicunt minus bene locutum de illustrissimo Principe nostro: Maximum crimē: maxima audacia est. Ingratitudoq; nō minima. Sit nihil illustrissimū principem tot scripsisse litteras: tortens misisse: qui eadem proponerent: Sed uenisse tandē ipsum pro salute ciuitatis. Postremo confectis omnibus te talem tantūq; uirū tanq; ad extirpandas reliqas simulatū misisse. Quid potuit præstare maius & laboriosius q̄ præstitit: & tñ ita est hominū uel amens audacia: uel inconsiderata temeritas: ut nihil recte factum putent: quod ex ipsorū cōmodo factum nō sit. Itaq; hic iuuenis uere temerarius & linguæ & licentiæ simul stimulis plenus: protulit nescio quæ indigna sane: & indigna Principe nostro: sed protulit: Tuū fuit officium animaduertere in eos: quorū nescio temeritas: an simplicitas maior: si ad personā illustrissimi Principis nostri referas. Quid illi præclarus q̄ proprias iniurias negligere: alienas uindicare? Quid clamentius q̄ quorum facta contemnant: & uerba contendere? Quid iustius q̄ implorantibus locum iudicij non denegare? Petit hic ut ad Capitaneū ciuitatis & pœnā a lege decretam remittat: Subiturus quicq; uel errato imponet uel permittit lege: uel Principis clamentia statuet. Ego a te nec impunitatem hominis expeto: nec in recenti cōcordia excitari uetera odia: Sed haberi & Principis nostri rationē: & temeritatis iuuenilis deposco. Arbitrii erit tui quicq; hac i re statues. Ego id ad gratiā deputabo quicq; deliberaueris: quē scio nō nisi optima deliberaturū. Vale.

Campanus Saluiato suo. S.



AMANTISSIME Saluiate mi: Nosti qua celeritate discesserim: & pertissem oīno nisi festinassem. Cœlū illud aduersabat: morbi reliquæ adhuc extabant. Itaq; discessi inuitissimus: & si cetera nō curarē tua monita: quibus sup̄sedendum suadebar: me exulcerant. Sed scio uitam tibi meam q̄ cetera omnia esse chariorem. Nūc mitto latorem hunc: qui tecum de omnibus meis consiliis referat. Oro te ut gratiā illustrissimi dñi comitis mihi & serues & augeas. Et quid cū sanctissimo dño nostro actum est de lenienda illius mente ad me scribas. Nō est propositum meū uiuere in Pontificis odio: At cuius Pontificis? Eius qui me in philosophia primus instituit: deinde de honoribus auxit: postremo litteras ap̄licas gratis ad me mittendas demandauit. Si scirem conscium esse me alicuius aut cōmissi aut cogitati facinoris: nūc nūc me iugularem uerū inconsiderata libertas linguæ me perdidit. Vera loqui & scribere cum mihi uiderem protractū sum acerbius q̄ cōueniret. Si culpa est: pœnā nō deprecor: paratus sum uel in carceres ire: si error fuit: erit ignoscendū subitæ mutatiōi: utcūq; res habeat. Spes mea

Susp̄sione

Cōgratulatione

de iust. & clētia

de clētia

Petitoria

Comēdatio sui

primū in deo: deinde in benignitate Pont. postremo in dño Comite: & prima & maxima omnium in te. Audio uenisse illuc. d. Nicolai Vitellii & rem ad mentē. S. d. N. esse cōfectā si poterit haberi aliqua rō de me. Gratū erit mihi nō oīno periisse: Sin p̄stabit in aduerso fata: me ad paciētiā maloz cōparabo. Cura & uigila mi Saluate: cū dño Nicolao & cū illustissimo Comite quod tibi & iudicio tuo prudentissimo uidebit. Vale.

Campanus Sixto. iiii. Pont. Maximo. S.

Necōsiderati erroris: p̄cā cōsideratissimā luo: Nō dies agi: nō noctē dormiui: in qua nō milies cogitauerim magnitudinē errati mei: offendisse me scriptis animū. V. S. a qua semp amatus: honoratusq; sum: & nisi innatā clāmentā. V. B. cogitasse: iā uenissē in manifestissimā desperationē. Peccāui demens: & peccatū meū in gemisco. Supplicō mihi pietate & clāmentia sua & dei amore uelit ignoscere: cōtinuareq; in me beniuolentiā & fauorem suū. sine quo uiuere nō possum: nec deo: qui ob hoc misericordia sum dignus: q̄ nec uoluntate deliqui: nec opere: sed ex cursu pennæ curretis ad impetū. Sit. S. V. in me mitis & misericors: quæ esse in cæteris pientissima & clāmentissima cōsueuit. S. V. cū irem in Germaniam me dño Senensi cōmendauit: cū redirem Tudertinis me p̄fecit. Deinde Fulginē sibus p̄posuit: Postea Tiferatibus rectorē instituit: Bullas aplicas ad me mitti demandauit. Miserū me si semp fugi ingratiudinē & scripsi aliquā aduersus ingratos: Nūc primū in. S. V. deliquerim: Sed unde uulnus accepi: spero etiā medicinā. Et quia inconsiderata temeritate offendi. B. B. eius cōsideratissima clāmentia releuari: & ita supplicō p̄ beatissime si nō aliis meritis: saltē ob gloriosam memoriā dñi sancti Sixti: cui fuerā nō ingratus. Fœliciter ualeat. S. T.

Pefitoria Venia

Campanus Cardinali Mantuano. S.

BENIGNITATE tua & clāmentia fit: ut si nihil egerim bñficio dignum in te: tñ pro magnitudine magni & gloriosi aī uestri sperē abs te quæ ab aliis eiusdē ordinis uiris nō tam sperare uanū est: sed optare. Errorē meū intellexisti: qui nulla malignitate: sed dūtaxat incōsiderata celeritate prouenit. Cupio gratiā promereri. D. N. S. opa & intercessiōe. V. Quæ de re. F. hic lator p̄ntiū tui cōseruus: a me edoctus plenius referet. Obsecro te: uelis mihi seruitori tuo deditiss. adesse: ut semp seruitoribus tuis affuisti: & loqui cū. d. Le. quīs opus sit: & causam Campani seruuli sui ita suscipere: ut & spes mea expectat: & natura tua polliceat. Bñ uale.

obtestatio

Comēdatia sua

Campanus epō Mutinē. S.

ERROREM meū intelliges ex hoc iuene: Et plane uerū est illud: nullā esse disciplinā in qua nō peccando discat. Offendi nō nihil litteris meis Pont. antmū: Suscipias uelim tu patrociniū meū: & apud. S. D. N. & apud. d. Le. & ubi ubi uidebis esse opus auxilio & patrono: Exhibe mihi adiutricē tuā & dextrā & lingua: hoc te oro per dulcissimā memoriā nō alicuius beneficii mei: sed animi ad inserviendū paratissimi. Vale.

ne eadem

Campanus eidem. S.

VETVS amor: cognita fides: explorata diligentia me impellunt: ut hūc patrualem meū tibi cōmendē: grauis error & exēplo ipso q̄ re grauior. Sed aliud est cōmittere scelus q̄ flagitiū facere. Quid amici si nō sūt aliquā pfurturi: humana res ē qua deliquit humanius erit impetū cōtendere q̄ uindicare incōsideratā fragilitatē. Satis habet supplicii quē flagitii p̄cēnit. Tū res eo deducta est: ut nisi clāmentia aplice sedis: & opa dñi cōis cōsulat: Discrimē & cædes parari uideant. Oro te p̄ ueteris & cōtinuatæ beniuolentiæ charitatisq; officia: ut patrueli sic assistas: ut intelligat me etiā cū Romæ nō sim aliqd Romæ potuisse. Vale.

bonū

uolū dicitur

Comēdatia

QUARQUALI salue: atq; itetū salue mi Quarquali: Quarquali tanto nomen mihi dulcius ore est: quāto cū sitio dulcius opto merū. Quorsum tuæ musæ delicatissimæ: quorsum Cāpani memoria: quoz ille suauissime: hæc p̄tinacissima cū sit: potes me nō semel recreare si uelis: Velle aut nō solum debes & potes: sed etiā obligaris. Quid herus tuus: qd Florētinus Antistes quid porro totā Vrsinorū p̄gentes agit: Vni q̄ inseruit: oibus inseruit. Ratio seruitioz nō aduersa est: uerū semp extrema pugna. Victoria ī extremo curriculo mata est. Veni ego Neapolim qd acturus inq;: aut nihil: aut minus q̄ oia: sed ueni: fructum aliquē ueterū studiorū recognoui: locūde acceptus a Rege: A liberis aliquāto iocundius: a cæteris quorū nomē extet iocūdissime. Cætera sperant magis q̄ appareāt. Si qñ: sed o in quā qñ: cupio mihi: sed & tibi & aliis quoz sunt merita magis posse prodesse q̄ mihi.

nora Aud inin

Tu modo coelestes semp stās pronus ad aras Nō eris in turba: nō & de plebe minuta
Sollicito nobis ore secunda roga Vnus: multoz solus habebis opes:
Sed hæc somnia & nuga: si nihil aliud hoc afferūt uoluptatis: q̄ & mihi & tibi legē præ
scribunt: si eueniant: risum: si frustrabunt. Adibis Saluiatum quid aut quemadmodū agat
sciscitaberis: Num mutata fortuna: mutaret mores: Ego hanc eximiam cæpi uoluptatem
q̄ Saluiatus meus profecit in Curia. De me tu uideris: ad te quoq̄ pertinet qua sim apud
homines opinione peruestigare. Vale.

Campanus. D. F. Saluiato electo Archiepo Pisano.

*Congratula
tota*



VID audio mi Saluiate! Somnio an uigilo! An uera nuntiantur? Si est quæ
fœlicitas cum mea: nam tu nō cogitas: comparabitur: Creatum esse te An
tistitem Pisanum: uel audiui: uel potius somniaui. Adeo res humana certis
nunciis designantur. Miramur tot milibus passuū: Castorem & Pollucem
Romanoz uictorias nunciasse. Cogitauit fateor de te post. F. reditum: Nā
is & mortem Antistitis Pisani & contentionē susceptam pro te significauerat: Multa ani
mum circūuentebant consilia: Imprimis promissio tibi facta in disceptatione Florentina
& amor Principis: & uigilantia tua incredibilis occurrebat. Quare si later: si exultē ipse
cogita: Experior in me ueterem priscorum sententiam: amici fortunam: nostrā esse. Sed
expecto litteras: fac ne fallar expectatione de te. Ego quantum naturæ debeo: tantū for
tunæ nō debeo. Qui ob nullum crimen: nullam culpam: leuissimū erratum: atrocissime
plector. Quid enim atrocius odio summi Pont: nulla ex causa concepti: Sed erraui cum
dixi nulla: fuit aliqua: sed improuisa. Sed quæ pietate horum pellebant: Non ut Pontifici
optime de me merito male dicerem impellebar. Scripsi ad amicos alios: Nemo inuictus:
qui causam susceperit meam. Scripsi etiam ad eos: qui si mihi debere se negent: ingrati ui
deantur. Reliqua spes in te uno est: ac porro in illustri Comite: cui quantum debeam nosti

*Comendatitia
Sampni*

Me miserum: quem occidi: quem interfeci: Cui uenenū cōmiscui: cuius uitæ sum insidias
tus! Dices scio nulli. Sed erratum fuisse grauissimum ita scribere: fuerit grauissimum:
Sed possum ego modo aliquo non scripsisse: possum rem ad integram restituere: profes
to nō possum. Quid igitur pro mortali crimine plector immortaliter! Jam si carcerem
eram emeritus poteram subire. Si mori par erat: iudicio petissem. Damnam nō iudicari
contra leges est. Odio haberi diuturno: contra præcepta sanctorū est: flecti ad ignoscen
dum non posse contra humanitatem est. Nō occidat inquit ille sol super iracundiam ue
stram. At mihi & sol occidit: & luna cursum confecit. Proinde mi Saluiate sume animū:
fac intelligat dominus noster: q̄ mihi molestum sit non esse gratum oculis Principis: Et
eius, Principis qui benignitate & clāmentia ceteros superat: Dominū Comitem adhibe
adiutorem. Neros si intendas prome: Scio q̄ profecturus es. Nosti q̄ fuerim dño. S. Six
to acceptus: quantum illustri comite sperem. Da uiam & modum quibus conciliari pos
sim. Crede mihi ad desperationem inclināt res: Et nisi remittatur erratum tam leue: utar
quo ueterū quidam sunt usi. Tam pedes ambulat: qui caret equo: q̄ qui nō habet. Nec uo
lo nec debeo uiuere in summi Pont: odio: At cuius Pont: profecto eius: qui benignitate &
clāmentia certauit cum omnibus semp: a nemine unq̄ est superatus. F. meum imprimis
tibi comendo. Cupio uniuersos effectus beniuolentiæ nostræ in illum cumulari. Multa
potes: Ipsum audies: ipsum cum audies me cogitabis. Nō possum strictius ad te scribere:
Si quid restat persuadeas tibi omnia me precari pro eo: Adiuuandus est: iam a te quoq̄
maiorē imodum q̄ a me tibi educatur & crescit. Tibi eruditur ut mihi. Bene uale.

Caus pontificis

Campanus Nucertino suo. S.



VID scribam? unde ordiar? quos accusem? quibus debeam incertus sum: Tis
ferno depulsus: quattuor & quadraginta equitum turmis oppugnatus ob pie
tatem erga miserum populum habitam irrisus: ob litteras nulla maliuolentia
aut perfidia scriptas: calcatus: pessundatus: attritus sum. Ita res est: sic negotiū
habet. Scripseram in illa turbulentia miserimæ ciuitatis ad. D. N. in solertiūsculas litteras
Cum uiderem imbellem multitudinem & fœminæ cœtus ululantes urbe depelli: & ta
bellarius esset paratus: Scripsi fateor ad. D. N. paulo proteruius: nam cum essem ego in
in ea ciuitate: nec motus aliqui rerum nouarum excitarentur: obedientia quanta alibi nus
q̄ haberetur: Vetus offensio deleta aut esset aut diceretur: uisa mihi indignissima res est:
Cum propter manifestum meæ saluti periculum: Tum propter iacturā incolarū: aut enī
me tanq̄ p̄dixæ reum mutilassent: aut turpissime (ut mitissime agerēt) urbe depulissent

utrum euenisset: actum de omni uita æstimationeq; mea uidebatur. Calamum itaq; arripui: feruore atq; impetu quo hæc ferebantur exarsi. Scripsi. D. N. nisi sua. S. occurreret immanitatem eam uideri imanium Barbarorum: nõ Christianam: nõ sanctam: nõ quæ saluaret saluatorem. His uerbis omnẽ memoriã bene gestarum rerum atq; adeo ueteris beniuolentiæ obliterauit. Duo de uiginti diebus auditus nõ sum: cum tamen interea & mane & uesperis portarum ianitores defatigassem: hoc mihi. D. tui litteræ contulerunt: quibus esse me sua in protectione significauerat: hoc modo miser ueteranus: & iã annis: panisq; attritus in curia cõtemnor: libet tecum hæc fari. Utinam cæteri: quos. D. N. dignos prouinciis fecit ita sint animati: & erga. S. suam & erga. D. Le. nepotesq; alios: q; ipsius memoriã debebunt. Minu. int: non hæc exposcebant Campani iam compertissima merita. Ego tamen & plector & querelas inanes: nõ tamen falsas aut iniustas effundo. Tecum locutus sum. D. tuo cõmendabis obsecro fidem atq; obsequium meũ. Bene uale.

Campanus Grifo suo. S.

GRIFE mi: quid enim iocundius: & nomine & præsentia tua? Nũquid addã & cõmen plurimam quasi nõ fuerim semper tibi plurimum cõmendatus? Si quis est qui hoc possit: Ego de fide & constantia in amicos tua perhibere manifestissimum testimonium possum: Nam humanitatem: uirtutesq; alias incredibiles ita sum expertus: ut mihi temon & portus esse uideare. Veni Neapolim acceptus a Rege gratissime: A liberis quoq; multo gratius. Multa offeruntur quædam etiam & præstantur. Constituta est mihi pensio quanta: si nõ satis sit ad uictum nõ tamẽ famæ deperibo. Sed nõ te fatigabo diutius meis litteris: ex. F. intelliges omnia. Cõmendo me tibi: & si dignus sim: ut etiam pedibus. S. D. N. cõmendes me oro: Sed cur nõ dignus: peccaui grauiter: sed leuitate potius q; iniquitate peccaui. Tum ut ait ille multum detrahit Principi: qui de illius clãmentia & pietate desperat. Vale optime.

Campanus Augustino Staccolo Vrbinati. S.

ANIMO destinato: quicq; obicitur moræ impedimentũ est: historiam illustrissimam Comitis inchoatam a me nõ mea tarditas: uerum quod Romæ cõquestus sum: alioq; negligentia distulit. Mihi uero & si hoc medio tempore: graues infirmitates acciderunt: propositum nunq; defuit continuandi: nec nunc quidem deest: sed instructores: sine quibus historia nulla: auctor uanus esset. Scribe obsecro Staccole mi quibus tibi uidebitur: ut habeant explorata: & q; primũ habeant: poterunt opera tua dirigi ad me Neapolim: ubi nũc sum & sum mansurus ad experimentum fortuna: q; diu autem mäsurus plus est in alieno arbitrio q; meo. Tot gessi. Tot legi: Tot scripsi: Tot locis & iam prouinciis præfui: ut satis existimem insignem me ex curia uestra mercedem reportare: de reliquo reposita est mihi corona iusticiæ. Bene uale Staccole mi: Germanũ tuum saluta & Trapezuntiu & Raphaelẽ.

Campanus Lucæ Lucensi. S.

OFFICIOSA diligentia nihil antiquius: Nõ agam iam tecum multis: Cur hic sustiterim: qua spe: quibus cõsiliis ipse nosti: Aut perficiendum est propositum nostrum: aut nulli sumus. De. D. meo secre. & si omnia spero: Cũ occupationes rerum grauissimaz impeditisimas cogito: diffido nõ nihil. Reliqua spes est in te: atq; adeo reliqua ut sit tota. Sorte mihi & fato te des bes mi Luca: Lucensis es: quo cum hominũ genere tanta mihi fuit confictario beniuolentiã: tanta officiorum uicissitudo: quantã nunq; sum alibi consecutus. Litteras illas iam exaratas quas scribis expectamus. Bene uale. D. secre. me commenda Alexandrinum illud cogitet. Docti doctos seruabunt si erunt docti. Iterum uale.

Campanus Anthonio Petrucio. S.

LX litteris Lucæ Lucensis nostri qua mente sis in meo negotio conficiendo intellexi: Nõ mihi dubium est: nõ animũ tibi: sed occasionem defuisse accelerandi: me uero cum alia multa impediãt: tum præcipue tenuitas rei familitaris maxime urget. Veni grauatus familiola: quanq; uero nõ innumera illa quidem: sed tamen grauatus: Nõ putabam tam diu me hic imoraturũ: quod cum ex tua excellẽtia deprehendi. Statim supellectilem argenteã exposui uenale: Cratheres sex in usum domesticũ abalienaui: Quæ pecunia iam & ipsa consumpta est: Vna spes est in excellẽtia tua: oro dignet ad. D. Paschasiũ scribere Regis noie: & quod reliquũ est in negotio meo peragere. Iniquũ & imane excellẽtiæ tuæ foret me sub illius spe ludibrio haberi. Vale.

Comentaria

amatoria

Comedantur Pet. q; Veria

excusatoria

Causa pme

Petitona

Campanus illustrissimo Duci Urbini Federico. S.

NEAPOLIM ueni eodem ut uideor tenore fortunæ: quo & Roma discessi: litteras tuas utraq; accepi: Et quæ prius per dñm Ioannē capellanum meū delatæ sunt: & quæ postea per F. conseruatorem uestrum. Itaq; fractus litteris tanti Principis ueni ad hunc locum: ubi ut egregie fatear insigniter reiectus sum. Sunt fata: est hominū fortuna: cum qua obicere uirtutem ad pugnam pulcherrimum est. D. Io. Baptistam casus acerbitas distraxit a curia: Indolui hominis tā præclari detrimētosa acerbitatē: & teste deo lōge plus indolui q̄ q̄ mihi adesse nō potuit. Rex more suo uagatus: nōdum redierat: ubi rediit de mittendo filio sollicitus non uidebatur quenq; admissurus. Adii secretarium Comitem Mathalonī: Comitem Vrsūm D. Paschalem: ubiq; blandissimis exceptus sum uerbis: ubiq; nulla cum re. Tandē intro missus ad Regem mentem aperui: operam sum pollicitus: fortunam cōmendauī: Despererat me Rex ex fenestra superiori. cum iussus sum scalas cōscendere: locutus sum quæ prima uenerunt in mentem: Desyderium meum nō abscondi: etiam quod per te experieram: quod & Rex ipse cōfessus. Quid dicā amplius? Secretarius plus q̄ plus q̄ centes ro gatus a me. Tandē si quid uellem syngraphum quod Albaranum uocant: pollicitus est. Cæteris in rebus nugas esse respondit. Non potui non cōmoueri animo: turbariq; uehes menter. Multa collegi: plura suspicatus sum: fortunam aduersam: inuidiam Curialiū: ne gligentiam meam moleste tuli: & dūtaxat intercessionē uestram: Cætera feram animo quo aduersa consueui. Quo circa redeo nunc Teramum quantum uideo spe meliore q̄ fructu: nam fructus nullus: Spes amplissima nobis offertur. historiam tuam nō mea culpa: sed potius dicam pace omnīū uestrorum negligentia nō continuauī. Scripsi ex Tiferis no esse me nactum ocii aliquanto q̄ Fulginia plusculū. Mittere reliqua documenta non miserūt: ita & opera & tēpus deperierūt. Res in eo est: ut simus adhuc ī experitiōe Tuscorum: ubi Florentiæ cum Sigismundo conuenistis: post conuentum illum admodū pauca enarrantur. Cura ut ad me q̄ primū mittantur: nō ero negligens: ubi erunt missæ: statim resumetur materia cum omni dignitate: cum omni conatu: aut īmoriar: aut persoluam quod tantis in me beneficiis: & tam eximiis meritis debeo. Vale.

Campanus illustrissimo Duci Ioanni de Aragonia. S.

Excusatio
NON possum nō dolere illustrissime Princeps nō quidem sortem meam. Cōsueui iam pridem cum fortuna dimicare: sed potius desyderium tuum comparaueram. Quantū mihi uel natura dederat ingenii: uel ars instruxerat uel expresserant consuetudo: ut Campani seruuli uestri saltem aliquid remanerēt in fixa uestigia: aduersata est fortuna: nō uoluntas: Inopia meæ hæc fuit culpa: poteris in tēpus resarcire. Tam bene omnia spero absens q̄ bene præsens sperauissem: cum dabitur scribam ad te: nō ut memoriam referam tanti Principis: aut confirmem beniuolentiam: sed dūtaxat ut meæ in te uoluntati satisficiam. Tanta est enim clarissimæ indolis uestre apud me admiratio: tanta bonitas: quanta possit esse homini de summo & consumatissimo Principe. Spes mea in te residet: Interea ad exilium reuertar meum.

Comediatio
Extra hominū mūdīq; uias: extra ultia regni Ducē: nam si tu mittis nō inuida furti Claustra tui: quo me fului cū dentibus apri Arguet: & tristes diffundet ligua querelas Exercebo: Canem si tu modo miseris unū: Sed donum magni diceēt Principis: Ergo Nare bonū: postq̄ me regia iussa uetarunt Mitte canē: q̄ nare queat: nō dente placere Furari: & mecū nemora ī præcutina ligatum Quāq; ēt & dētes: sed naris quarimus usū Vale.

Campanus dño confessori dñi Ioannis de Aragonia. S.

CUPIEBAM quod tu: doleo quod tu doles: sed faciet fortuna modū: sineq; malorum. Nō uno semper stat maris unda notho Occultum fortasse aliquid certe quod mihi sum conscius: aut patere oculis possit: Deliqui nihil: Ego præclarissimā indolem & plus q̄ regiam demiratus in dño Principe nostro. Spes cogitationesq; meas omnes in unum coniecerā. Nō ad opes detractus: nō allectus ad præfecturas: non ad honores inuitatus: sed eximia uirtute illius correptus. Cui & esse & fieri cupio adiunctissimus: Sed me p scopulos: atq; inuia saxa procellæ Sed pereat modo: sit nři pia cura Ioannis Semp agunt: nunq; finiet ira maris: Vel mundi pereat machina curo nihil.

Pater mi neminem alium habere cupio interpretem q̄ te: fac concilies me filiolum tuū in gratiam domini. Non Romæ nō alibi s̄iam ei seruitor inglorius. Bene uale: & de canē sagaci cōmenda me.

Campanus Cardinali Papien̄. S.

MVMEN meum secundissimū bene salue: Diuersa ratio: diuersa natura: quo mi nus a Senensi nostro exaudiremur effecerunt: Trahitur quisq; studio suo: q̄ si charitate mei factum est: quæri ego nō possum. F. nō debet: si consilio melior: permittamus hoc & meliora & honestiora prouidenti. Fuit tuum ut ais cō cardinalem precari: uis illi non fuit afferenda. Ego quoq; nō sum adeo demens: ut etiam cum illo gratiam q̄ q̄ franc. nō sit fatissimum nō existimem longo interuallo potioem. Crede mihi mi Papien̄ nihil ex illius iuuenis expectatiōe decipimur. Longe plus habet uirtutum in secessu q̄ ostendat in fronte. Sed occasio grandis & rara & foelicitas quædā ex eo munere parata: & alia quædam ad Falconem nostrum conscripta: ut ita facerem: nec eum deserere suadebāt. Inopiam si gemit: leuabitur: Studia interrompere si ipse sibi aderit: nō cogetur. Quis laborauit inopia maiori q̄ ego: Quantum a domo: quantum a parentibus fuit collatum præsidii: uixi tamen adiutus a multis: præcipue uero adiutus a te: magnis laboribus: magnis difficultatibus nihil aliud potui obtinere: q̄ uirtutem: Quæ & si uento nō semp secundo nauigauit: semper tamen auspiciis ipsa suis peruenit ad portum. Qd̄ iuuenem fueris consolatus: fecisti pie: & si Romæ adhuc est: ut iterū facias idē obtestor meo nomine. habet uiam & occasionem paratam ad studium: habet me nō ita statim ut multorum spes est moriturum aut si sim: nec ipse parū comparatus & instructus ad sortem cōmunem: nec ego parum gratus imposteros inueniemur. Qd̄ Neapolim uenerim hoc tantū gaudeo: q̄ factus sum illis uicinior: qui me afflixerunt. Cætera ex te ipso coniecta. Regis animum nec dum habeo: nec quando sim habiturus intelligo: Mihi ipse plane res est. Attuli mecum nō illa tam multa quæ expetunt: pectus & consilium uiuax industriam rebus gerendis fortunatam. Audaciam in periculis adeundis: in sustinendis laboribus patientiam: nō memoriam ueterum beneficiorum: nō presentium bonorum fortunā: nō opes: nō præsentia dignitatem: nō animum ad patrandā quæ accepta sunt re gibus: sacerdotibus indigna uideantur. Quā ob rem quantum sperem: quantum promittā mihi tuum iudicium esto: Sed tamen promitto aliquid in tanta copia rerum. In tanta cōpetitorum gratia diffido: In tam eximia Regis moderatiōe nō omnia despero. Cū illius strissimo Ioanne Aragonense iam factum est initū beniuolentiæ: Altissima uirtus adolescentis: firmissimum pignus est ad te complectendū. Iuuenis fronte lætissimus: ore per gratus: eruditus uaria disciplina: Gratia sermonis perfacundus: In summa licentia modestissimus: Manu liberalis: longe plus præstat uirtutū q̄ promittit: & si qd̄ adici possit: his ornamentis nullum sibi uidetur facturus modum: qd̄ uis q̄ possit addiscere. In summa licentia & potestate nō dispari uitam agit: cui uis ordinis uestri non indignam. Trahunt exēplo ad præclara facinora etiā Principes: laudant quos audiūt laudari: quos laudari audiunt etiam imitant. Multa illi de animi tui: multa de igneii magnitudine cum prædicauerim diuinamq; ostenderit: cupit fieri tuæ dignationi cōiunctissimus. Nunc uero cum per Regis absentiam liceat dispacari: secessit ad Lymphā: cū redierit fungar officio non negligētis. Interea fortasse & ego quoq; in præcutinos meos ad dies aliquot remigrabo. Velim de Tifernatibus meis aliquid scribas. De Fulginensibus quoq; argumentosa materia est. Scio in curia nec esse nec futurum uideri: qd̄ recreare me possit nisi cum tu præsidebis. De nostratibus quod scribā habeo nihil: Nam gratiam urbis orbe terrarū amoenissima: clāmentiam cœli: feracitatem rerum omniū cōmemorare nec tibi expedit: nec mihi citra patrii amoris suspicionem liceret Fabio si est istic: consignari iubeas hunc fasciculum litterarū. Sin discessit ne pigeat obsecro Perusium usq; dirigere. Bene uale: & penam decimariā ut euites: ad scribendū accingere. Si nihil aliud: aliquid de meo Saluiato: quem tibi enixissime cōmendo.

Campanus. F. Latio. S.



FABI mi salue: doleo prius ex. d. Papien̄ q̄ ex tuis litteris exitum rerum tuarum intellexisse. Tu uero ne angere: Tempus: ætas: fortuna: uirtus etiam omnia poterunt: & quod nunc obtinere nequiuisti: aliquando rogabere ut accipies. De Saluiato meo nemo aliquid scribit. Cura sciam quid agit: quæ est in spe. Etiam de Tifernatibus nostri q̄ cupiam aliquid intelligere. Bene Vale.

Laudatoria

de Virtute

laus p̄sonæ

Comendatiua

descupero Urbis

Consolatoria

Laus Virtutis. &
Laus hominis su
ma Veritate facti.

Campanus dño Ioanni de Aragonia. S.



A singulam quæq; occasionem libenter moueor ad scribendum tibi: sic res habet: Vota mea uniuersa in uno conuiescunt: unum admirant: unum prædicare nō cessant. Extollunt alii supremum fastigium nobilitatis. Alii Regiam stirpem uenerentur. Cæteri fortunas & quas nunc obtrines: & quæ paratæ complectunt. Mihi uirtus & humanitas tua instar sunt omnium: hæc efficiunt ut nihil tibi cōtingere possit: quo homines nō gaudeamus. Es nobilis: in natura fuit ut ita nascere. Es rege procreatus: & alii complures hoc habuere. Fortunarū uero gloriam nemo ad ueram fœlicitatem deputauit. Animi uirtus nō aliunde præbita: sed ex te ipso suscepta: & humanitas quæ neq; uendi neq; emi neq; deponi potest: facient te in omni tua uita fœlicissimū. Qd si quis ideo demum fœlix est qd habere omnia: quæ possint optari uideatur. Nō uideo quis mortalium hanc tibi fœlicitatem uel excipere queat: uel iminuere. Sed mihi unica est querela de cane Præcutini seu magis Præputiani mei uenationibus imprimis delectantur: ne rides nominis turpitudinem cum dixi Præputiani. Constat enim Annibalem Carthaginensem sollicitatū Apulorū Sannitumq; promissis: Transitum per agrum præputianum fecisse. Extare etiam hoc tempore templum uirginis præputianæ. Quo in loco si canem miseris: spero me breui futurum: & futurum cum uenatoribus: ubi aut figere aprū licebit: aut quod erit tutius: data uia ceteris demonstrare: postulatorē maiore fronte & p̄tinaciorē q̄ me uidisti neminē. Ad canem redeo:

Cum puer in syluas irem clarissime Princeps Semp ego post hac gestare minātia tæla

Vno nos apros capimus octo die Sueui: & odorata ducere nare canem

Seu fuit augurium: seu uani certa laboris Si me igit cupias inter uenabula tutum

Causa: Canem iuasit nocte premete lupus Vrgentēq; feras prædere: mitte canem.

Vale.

Campanus Anthonio Petrucio. S.



S i mihi aut census annui aliquanto maiores suppeditarent: aut aliqua uti uere honesta industria liceret: aut frugaliore uita fallere (ut aiunt) genitū fas eēt: nequaquā præsidium aliquod postulassem: composuissem mēme ad omnia extrema icōmoditatis uel medicitatis potius argumēta me redægissem. Nūc episcopio per se ipsum exiguo: & annuis decimis exhausto. Me aut natura a negotiis secularibus abhorrente: & hætenus nō semper in miseria uersato. Durissima res est nō tam denegatum mihi esse præsidium q̄ extractam rem uerbis in longū: & interea facultatulas meas oēs exhaustas esse. hoc mihi (pace dicā) fecit excellentia tua. Tu mihi aliquando ut Regem adirem p̄scripsisti. Tu rem hanc qualis: qualis esset cum duce Vrbinati constituisti. Tu postea q̄ Neapolim ueni bona essem spe: expectarēq; Regiam uoluntatē iussisti. Tu in exitu ipso rei deliberandæ nō rogatus: nō stimulat: nō etiā uia aliqua præmonitus fronte libera progressus ad me transactum esse negotium meū dimidium Regem: Alterū dimidiū Regis filium cōtributurum pronunciaisti. Si erant hæc uera: cur nunc tandem deludor: Si alia mens fuit Regis: atq; tu loquebaris unde id meritis abs te! quā tibi unq̄ iniuriam intulisti: aut tuis! Proinde mi dñe feri labrum: culpam aliquā profiteri: compara te ad patientiam: ut quod nunc aut negligentia nō effecisti: aut aliqua efficere noluisse: cum erit occasio id ipsum diligentia emendes. Cæterū ne explosus uiderer ab omni gratia. Sunt efatus mei complura castella: seu uilla potius. Est ibi positus quidam ferrantes de utuare ad hybernandum: Grauior est illi oppidanis q̄ possint substinere. oro te ut datis illi aliis hybernis decedere ex eo loco iubeatis. Ego iusta petā: nec ne incertus sum. Ad te prudentissimū scribo: in tuo arbitrio simul & præsidio reponens: obtestor te iterum digneris me cōmendare pedibus. S. R. M. Ego quia Neapoli supelles ctilem pignori obtrictā reliqui: postea quid amplius obpignorem habeo nihil: Teramū redeo. Bene uale.

Campanus Lucæ Lucensi. S.



D VM hic Neapolim hæreo diutius q̄ putabam. uenit ad me Anthonius germanus meus: Rettulit q̄ magnitudie bñficiorū p̄terita æstate se iuueris: dū esset: huc a me missus: plura tibi debebam mi Luca q̄ existimarem: in quo fortunæ gratias habeo: quæ si me cuiq̄ obligatum esse uoluit: tibi potissimū obligauit. Ego fortuna tenui: sorte abiectus: animo tamen nō oīno delecto capio beneficiū referre nō possum. D. Se. me cōmendabis: cui si fas esset nō mediocriter subiraucerer. Eius spe iam multorū annorū alligatus: & præsentibus promissis confirmatus: plane delusus sum. Itaq; mi Luca cras aut perendie in Aprutiū: mox fortassis & Ro

mam proficiscar: uicturus aliena clāmentia: quā inter meos aut non tempore implorauis: aut indignus nequaquam inuenio. Bene uale. Campanus Anthonio Gazo. S.

AD hunc usque diem Neapoli sum nullo cum fructu: nisi cum magnificarum pollicitationū emolumero. Post Regis Ducisque discessum uerbis extractus Illustris. Io. hortatu deliberationē Regis dicā: an secretarii expectaui. Tandem litteræ. d. Io. ad me scriptæ ex Xlifa meā expectationem finierunt. Significat enim non esse Regis mentem: mihi aliquid impēdi: Se uero neque posse neque debere: & Regi & parenti refragari: doleo mi cōpater data mihi fuisse uerba. Magis tamen angor & longe molestius fero Ducis Vrbinatis susceptioni frustra pro me conatum. Longe omnium molestissimū est mihi nō posse illustrissimo Duci nostro quē ad modum iam destinaueram totis & animi & corporis uiribus inseruire. Altera est molestia mi cōpater quod te carendum aliquādiu est. Redibo iam recta ad epatum meum: Cō matrem tñ prius inuisam: eamque pro me apud cōpatrem meū procuratricem: patronāque constituam. Interea bene cura ualitudinem mi cōpater. Præpositus iam aliquot elapsis diebus a me discesserat. Salutauit eum tuo. & cōmatis nomine milies. Vale.

Campanus domino Saluato. S.

ACCEPI litteras tuas: si pro meo desyderio breuissimas: Si pro expectatione molestissimas. Sed me iprimis consolatur Saluati mei præstans & nulli succumbens animi magnitudo. Loquar tecum fidentius mi Saluate: si. D. N. uir est qui semp fuit: & ille. D. Comes charum te habet: hæc perturbatio tua fecelicitas est. Sume animū Saluate: intende uires & neruos: erige & expande uela. Sunt etiā hic Neapoli qui tibi faueant. Sunt Florētia cōplures: qui partim dolent: partim irascunt partim etiam indignant. Te ciuem honesto genere: optimis parentibus uatum: uirū industrium: utilem futurum ciuitati: designatum a Papa: Patrum collegio confirmatum: nulli crimini obnoxium. Repudiari & pro quo? Extorre ignobili quam litteris præditi: chidura la uence. Scribam si uidebitur ad. L. sed nescius: quā profecturus differam etiam plusculum. De oratione in Capella per te habenda nisi dies certus habeatur: quid agam aut somniē nescio? Gratia Pont. D. Comitibus beniuolentia. Ira & indignatio Patrum quid possint in re tua cogita: & uiribus atque ignenio utere. Vale.

Consiliatus

Campanus illustrissimo Principi Federico Vrbinati. S.

SCRIPSERAM proximis diebus quē in statum esset res nostra deducta: breui addita cedula: qua deliberationē ultimā explicabam. Vere illustris. Princeps uterque nīm delusus ē: nō mea: nō tua culpa: sed uel insigni tempore auaritia: uel. d. secretarii tergiversatione. Quā die Rex ex hac urbe discessit cum adissem secretarium fronte blanda: & ut loquar tecū quā sentio nugarum plena: progressus ad me Campane inquit pacta res est: heri uespero decreuit Rex quod cum. d. Io. conuentū est. Cum peterem expeditionē: pollicitus est: cum primum ad aliquem locum appulisset: expediturum. d. Io. curādā ut inquirat ualitudinis gratia ad biduum postea secessit ad Lisam ea mente ut per. d. Paschalem mihi significaret cum esset negotiū confectum. Ego diem hic expecto & pœne consumptus sum. Litteras accepi a dño. Io. dolere nō potuisse impetrare quod & facillimū sperabar: & honestissimū arbitrabar. Accepisse se litteras Regias: quibus refragari neque posset: neque deberet: nō esse mentis Regiæ præsidium aliquod contribuere. Proinde ne tererem frustra tempus: Neapoli uana p̄stolando. Addunt promissa magnifica de ecclesia p̄mutanda: Sed mihi iā promissa ad reditū sunt: nisi cū impleant. Quāobrem nūc Teramū redeo: hyemē reliquā illic cōfecturus. Si mittes illa documenta historica: Teramū mittes: sin fortasse iam misisti: & sūt in itinere: lubeas quā primū ad me deferri. Si dñs Io. Bap. uenturus Neapolim sit: oro te aliquid etiā tuo noīe conquerat: cum dño secretario si modo tibi uideat. Ego iam satur sum rerū Neapolitanarū. Tam mihi suppeditabat ad uitam quod habeo: quā quod nō habeo ad desyderiū inflāmabit. Si tibi uideatur aliquid excogitare pro me: seruo suo fidelissimo cōsulet. Bene uale Princeps illustrissime. Campanus Archiepo Amalfitano. S.

naratoria. & Camifatuua

POSTEA quā a te discessi: fuit mihi iter per quod difficile & plenum molestiarū Nam præter cōtinētes pluias & uiaz eluiones: & erupta ui aquarū præcipitia: & licentiosa fluuioz euagamēta: Et solum natura lubricum assiduo imbre permadefactum: & ubi hæc cessassent saxoz moles impeditiſſime: aliaque incōmoda me miseris modis exercuerunt. Gallutū diem unum cum

describit in fonsisſimū iter

subtilissem non fuit spacium ad tuum Carpinetum diuertendi. Tum etiam aspredine atque sportunitate uiae: qua eundem: scandendum: descendendumque fuisset deterritus: In ociofius tempus omisi: Non praeteriturus quin primo quoque tempore ad eum locum diuertam si nulla alia de causa: tamen studio tuo. Perueni Teramum uigilia natalis domini hora tertia noctis tertia ut intelligas nihil mihi fuisse spacii plusculum ad euagandum. Altero quam perueni die ab te diuina orfus uenationem institui: Cuius rei quanta sit comoditas ut possis intelligere: Teramum ipsum alias descriptum a me & studium publicum uenationum ad te mitto. Non accusabis ut arbitror importunitatem qua uideo usus in cane ab illustrissimo domino Io. deponendo. Spero ubi occasionee acceperitis: & te curaturum & illum effecturum ut canis nasutus habeatur ab eo qui a tanto Principe tam crebris ineptiolis exoptulauerit. Non ero tecum uerbosior: cum dabitur occasio faciam te litterarum mearum participem. Interea commenda me domino don. Io. de Aragonia Principi nostro clarissimo: Decanum quoque Malfitanum tuum Thomam & alios saluta. Orationem ut recuperes hortor. Bene uale.

Campanus Cardinali sancti Petri ad Vincula. S.

Comendatio
et brevis est
ea tamen ppulsa

CAVSA harum litterarum haec est: Cum sit mihi compater. d. Io. decretis de morte monacho celebratissimus doctor: doctrina & bonitate aequae praclarissimus: & qui aliis in locis summa cum laude uersatus est. Volui eum tibi commendare: qui bonos omnes & doctos natura tua amas & foues. Cogitauit eum esse cum domino uicelegato Marchiae: si per te commendet: scio qua integritate & qua conscientia sit: & quam timens deum. Poteris de eo informationem habere & a. D. Lunem cui inseruiuit: & ab eodem uice Le. cuius non est incognitus. Fuit etiam hic Terami aliquot annis cum summa laude & opinione non dispari: & omnibus ciuibus charus est. Non dubito uirum idoneum esse omni seruitio & tuae fidelitati. Vale.

Laudatio uia

Campanus Cardinali Papae. S.

mitratoua

FVI Neapoli magna cum spe: cum fructu aliquanto minore: uideo & hic fortunam aduersari consiliis meis. Rediit Teramum promissis magnis oneratus. Spes est aliqua in regis liberis: quorum natum maximus uisus est non nihil teneri desiderio mei: Nec minus tertius clarissimus mea sententia adulescens: & cui nihil desit praeter coactorem fortunam. Tametsi cum praesente sic pugnat: ut nulla ex parte superari se patiat. Scripsi de illo ad te alias uberius. Ego fortunam Neapoli neque spei uacuum: neque praesidii plenam reliqui. Cum scribere ad me pro humanitate & pietate tua uoles: litteras aut Aquilam aut tutius Asculum diriges. Bene uale. Campanus episcopo Pinne. S.

notu
calcem
Consolatoria
et sciunt. q non possunt

QUANTVM doluerim: quantum acerbiter accepim ex morte praestantissimi fratris tui: non est ocium explicare. Grauius & multo ferre molestius si te alium uirum pendentem totum ex aura populari & fortuna: statum cognouissem. Opus est uirtute tua praestantissima: qua nequaquam discedas a te: Vicem humanam: ut humanam capias. Non te pudere poterit memoriae fratris non generi tuo nebulam aliquam subuereri. Caetera in manu Principis omnium moderato risque dei. Caeterum habet Iacobellus filium Ant. iuuenem optimae indolis: litteratum & magna spe: Adueniente septembri cogitat mittere eum istuc: Sperat aliquid elaboraturum proiuenere: & benemerito & nequaquam alieno. Vale. Paulum Morosinum uirum praclarum: quem in Germania cognoui ut salutes oro. Iterum bene uale.

Campanus Laurentio de Medicis. S.

offitiosa
Colaudatio
Amatoria
offosa.
Natura
to
Laudatio
et desponsa

EGO si quid de te cogito aut loquor mi Laurenti: si aliud afferre tibi non possum utilitatis: hoc certe affero: quod secundos tibi successus precari non desino. Calumniam si qua sit de uita modestaque tua quam habes a parentibus maximam: modis omnibus diluo. Existimo ad me pertinere quicquid ad tuam dignitatem pertinet. Cedere ad meam quoque gloriam quicquid accedat ad tuam: eam legem inesse amicitiae sentio: ut sint aut esse debeat affectus qui simillimi. Cum essem proximis his diebus Neapolim deueni in mentionem aliquam de te: uirtutem quantum & potui & debui tuam praedicaui: ut ciuitatem nulli in Italia secundam pacatissime simul & quietissime regas: ut certent in te potentia atque gratia: ut consilium auctoritatis: auctoritas consilio non desit: ut aequasti auum prudentia: patrem animo uicisti: utrumque ciuili beniuolentia superasti: sine inuidia praesertim aperta sic uixisti atque uiuas: ut charus omnibus: infensus nulli. Nemo sit in ciuitate qui non se tuo sub arbitrio uiuere: tibi omnem accrescere aut

auctoritatem gloriatur. Hæc mihi ex animo cū dicerent: & hubertus q̄ nunc ad te scribo. Erant a tergo Neapolitani aliquot: nescio an etiam Florentini nōnulli & ut est natio loquacior: recte inquit ex his unus: uirtutem prædicas: uirum prædag & ciuitatis suæ locus pletissimum. Cæterū cui contemptui sint: patris atq; aui exempla laudatissima: Cui leges publicæ despiciant: Cui ciues optimæ familiæ: optime de re publica meriti conculcentur: primū quam unq̄ affinitatem auus: quā pater externam cōcupiuit: quas hic ædes erexit aut instaurauit templa: aut cœnobia edificauit cuius hic ciuis calamitatē releuauit. Cōciderunt aliqui sub parente: qui sub auo fœlicissime rem mercatoriam egerant: huius uiri tempore familiarim decoxerunt: adiumentū nullum inuenerunt: benignitate Regis nostri: aliorumq; principum Italiæ cum eius res constet: aut si non cogitet imprudens: aut si cogitat ingratus est. Addiditq; Volaterras periculum fecisse alienæ constantiæ: non suæ grauitatis testimoniū præbuisse. In contentione Tyfernatium: & offendisse Pont. animū & Tyfernatibus non profuisse: Quæ nunc eum gratia esse cum Rege? Quæ cum summo Pont. beniuolentia? Quæ cum Collegio Patrum obseruantia? Quæ cum ciuibus moderatione? Mortuo Antistite Pisano: quid ad eū de ecclesia Pisana pertinebat? Quid prius de ecclesia Florentina? obtinuerit Arretinam uirumq; illi dignum præposuerit. An iam etiā & Pisanam & Volaterranā: & alias si quæ sunt rebelles Romano Pontifici: decretisq; patrum effecerit: censes tu mortuos Florentinorū animos: qui semp̄ alias domus huius beneficentia coluerunt tyrannidem ubi ubi initiū caperet opprēsserunt. Auus Cosma quantum in ciuitate habuit auctoritatem: Vnde obsecro te nisi pulcherrimis ornamentis: amplissimis edificiis: innumerabilibus beneficiis comparatam? Innocentium septimū unice coluit. Ioannē. xxiii. Martinum. Item & Eugenium incredibili pietate obseruauit. Creuerunt illius opes: quia insolido edificabant: nulli per iniuriam eripiebant: Pontificum gratia procurabatur. Mallebat ille prodesse suis ciuibus auctoritate: q̄ pertinacia nocere. Imperrare uolebat qd̄ ad alios p̄tineret nō extorquere. Pater quoq; & si habitus est publicis in rebus animosior: nunq̄ eo insolentiæ prorupit: ut nō haberet dignitatis rationem: quid ad quem spectaret. Certauit & ipse cū aduersariis p̄ntē Legato: omnemq; exhibuit in deponendis armis reuerentiam. Casu an consulto dimicationi interfuerit Legatus incertum est: nisi q̄ in parentem tuum uisus est fuisse propensior: Quæ res auctoritatē simul & gratiam peperit: Ergo uterq; humanitate in ciues rem publicā administrarūt: familiam nullam iniuria labefactarunt. Ego & si iuuenem eum diferte dicere uidebā & ex animo: Minus tamen acquiescendum existimabam ne dicere uera credent. Primum exempla maiorum nec tibi esse cōtemptui: nec ut contemnantur ab aliis pati. Iura publica & priuata: uim suam apud te habere: legum nullam ne minimā quidem præuaricationem esse. Ciuiū uiriū haberi nō unam rationem cuiq; suam dignitatem constare: suum ordinē patere: Affinitates nō semper arbitrii: sed interdum & temporis esse. Quæri plarūq; cum externis si cum suis uō digne inueniantur: Aut quæ ciuitati magis prodesse possint occurrant. Edificandi rationem diuersam parenti fuisse q̄ auo: diuersam Laurentio q̄ parenti. Nam Cosmam plarāq; ad necessitatem: ad religionem: quædam ad suam gloriā: quæ nōdum eminebat passim multa exedificasse: nōnulla quoq; ad cōmendationē posteritatis: suorūq; uoluptatem: & tamen trahi quæq; studio suo. Petrum nulla iam necessitas impellebat. Laurentium copia pœne ipsa uel deterret uel demorat: uel fastidio afficit multitudinis: Tot undiq; occurrere familiæ huius edificia: ut difficile sit haberi in urbe locum: ubi nouū aliquid emoliat. Et iactura est nō modo rerum: sed etiā famæ sine causā nouos sumptus facere Qd̄ ciues multi decoxerunt. Fuit hæc tempore conditio: nec Laurentius defuit: multos iuuit: compluribus opitulatus est: Cum Rege nostro nō extare scintillam calumniæ: gestare memoria: q̄ multæ res in rem publicam Florentinorum gestæ: sed unius beneficium: unius esse nō omnium: Quæ ab Rege aperta sunt: Regis esse benefacta: nō oportere inimicias reliquorum principum esse: ubi Regis amicitia interfit. Tyfernates sua causa defendisse: Pontificem nō offendisse: fecisse Tyfernatium causa quæ potuit: plura facere nequiuisse: & tamen uoluisse iam ab initio rem Tyfernatium componere: nō Pontificē: nō Collegium: nō ciuem aliquem contempsisse: ecclesiam Florentinam recte collocasse uirum illi esse præfectum genere nobilem: moribus nobiliorem: & cui nihil obici possit nisi q̄ externus nō ciuis est: ualuit affinitatis rō: ualuit auctoritas: & Romanorū fauor par rō nouit i Arretinā uirū grauē: litteratum: compositū curauit præficiendū: Cui quid aliud obiciat nisi crimeu idem q̄ ciuis nō est. De Pisana cōtentio grauior: repellit Ciuis non

florentini loquace
 Nuntiatoria.

quia indignus est praesidatu: est enim non obscuro loco natus ipse: non ignarus: non imperitus uir: industrius: uir cuius opera uti possis: uerum temporum haec difficultas: nemini magis conuenit rem Pisanam concordem esse quam tibi: iam in factiones cum uentum sit: necesse est ut alas factiones: ut quibus uiris ciuitates committas consideres. Scio te non ideo aduersari Saluiato quam Saluiatum odio habeas. Scio illum semper bene de te sensisse: bene locutum fuisse de tuis fortunis: non possum non mirari cur haec exorta contentio est: non possum omnia colligere. Quae tum huberrime gessi: pollicitus sum ad te scripturum: quae nunc scribo. Accipias haec uelim animo quo scripta sunt. Si est in te erratum: nemo sit ad emendandum te ipso paratior. Ostendes tamen te laudem hominum capere: quam calumniam posse. Sin error sit nullus nemo prohibet tuorum ciuium & seruare fortunam & gratiam promereri in amplissimis fortunis: in potentissimo statu. Nihil potes nec amplius expetere nec maius expectare quam hominum beneuolentiam. Quam ut modis omnibus procures: & erga omne hominum genus: & praesertim erga tuos ciues oro atque hortor. Tunc enim tibi beneficium referet: cum minime cogitabis: nec est ratio mensurae tuis rebus. Et cum benefeceris & cum nocueris parati sunt qui utraque uia tecum officio contendant. Vale: Terami. xvi. Ianuarii. M. cccc. lxxv.

Campanus Cardinali Senens. S.

doctrina



ERE mi saluus sis: Teramum redii magnis promissis oneratus: si praestabunt ad referendas gratias me comparabo: sin abibunt in uentum. Facile erit tentasse fortunam: & notam aliquam contumaciae diluisse. Iam ad omnem euentum paratus tam secunda capere quam excipere aduersa potero: Interea hic Terami lucum quiescam defatigatum peragri nationibus & prouinciis attritum. Satis magna spectacula in oculis hominum affixerunt hoc semper mihi persuaserim: nullam extare auaritia aut improbitatis calumniam. Quod de sancto Eustuchio aliter uisum tibi sit non molestere fero. Fuit ratio & consilium & Franciscum quemadmodum mihi proxime scripsit abunde satisfactum cum sit: recte omnia habent. Diligo fateor eum iuuenem: & teste deo quantum mihi sum conscius merito diligo: Sed causam coram afferemus. Nunc bene uale: & saluti quam nihil in terris melius intende. Ego ad Iubileum: fortasse ad balnea omnino decursitabo.

Campanus Cardinali Papiensi. S.

de salute

de grazartone.



TEORVM quisquis Romam uenit: nisi ad te ueniat nequicquam uenit. Adeo fortunarum mearum omnium portus in te uno est. Ab hoc eodem licebit intelligere: Quae spes consiliorum cogitationumque mearum: quo sim animo in negotiis: quo in casibus perferendis: quam nulli aduersitati succumbam: Sed quod inquit ille contra audentior ire non dubitem. Saluo te in tuto nauigat. De aliis quod sperem: aut desperem non uideo: Sed grauis est inquit haec fortunae perpetuae & continens lamentatio: Grauis & mihi quoque: sed aduersa in gemiscere quaedam alleuatio est malorum: hunc Praepositum Campensem familiarissimum meum uirum nobilem & domi clarum: quem & tu mecum una alias in mensa excepisti ut oculis solitis aspicias oro: & me commendatum habe. Bene uale. Campanus Federico. d. Angeli de Urbino. S.

so. ats. Duris me p. mi. so te no cogito olame maloz

ostio sa



MITTO hunc Praepositum Campensem ad dominum comunem: Cui tu pro humanitate simul & consuetudine tua aderis: hortaberis quoque ad caeteram confectionem huiusmodi: Cui ego: si per uos non stet sum totus intentus: nec uideo cur stare per uos debeat: Quae eius gloriae & nomini iure merito tantum afficiunt quantum amplissima merita & diuinae illius uirtutes expostulant. Non sum ego dignus enarrator: nec dicam laudator rerum tam integre: tam clare: tam magnifice glorioseque gestarum: Sed erit aliquid uel praebuisse initium his qui post me sequentur: uel uiam aliis scriptoribus ostendisse: uel quicquid euenturum sit me uel testem temporum: uel admiratorem hominum tam illustrium accessisse. Caetera ex hoc ipso intelliges: adiuuabisque: rogabisque principem nostrum meminere iniquum esse Campanum in ipsius oculis iniuriam sustinere. Quae errata grauis non sordes uitae accusarunt: Sed libertas calami inconsiderata: & excurrans impetus ad calamitatem ciuitatis fecit nocentem: Sed hoc mea infelicitas maior est uisa quam alii & uersus indignos ediderunt: Alii calumnias graues perpeffi sunt: & premia receperunt. Ego solus neque animo nocens: neque mente malus grauissime plector. Bene uale amantissimi me mi Fedrice. Campauius Nucerinus. S.

exusa toria

exposita laboria



TAM diu nihil ad me scribis: ut subdubitate de te & constantia tua parum. Multa potes: & quod potes quin uelis & scias haud dubito. Nosti quanto intervallo spes mea post patrocinium initum communis heri retrocesserunt. Exigua mea culpa: Nam nulla non dicerem. Mitto nunc ad te. d. Praepositum Campensem

Audi cum si me amas: & quod a te postulat facito. Vale.

Campanus Francisco de Castello. S.

MALE mihi agitur cum necessariis meis: quorum tu omnium primus & con-
tutissimus. Nihil facis pro me: nihil uigilas: nihil loqueris: aut curas deniq;
Quod est molestissimum: & nihil scribis. Mi Francisce grauius est amici-
ciae pondus quam existimamus: uerum ego quid blatero? An nescio nihil tibi ma-
gis fuisse cordi quam causas: negociaque mea agere: curare: opitulari? Sed danda
est uenia excluso. Erunt adhuc nostra sydera: uiuemus aliquando secundis astris: qui nunc
uiuimus aduersis: sed haec haec tenus. Venit isthuc praepositus Campensis perneccessarius
meus: quem audies. Domino communi me commendabis. De domino Ni. Vitellio quid sit aut qua spe
significabis. Bene uale mi Francisce Quarqualium salutabis.

Campanus domino Francisco Saluiato. S.

CLAMO coelum terrasque commisceo: quid de te? quae fortuna? quae spes? quae
expectatio rerum futurarum proponitur? Quae ratio auxiliorum perquiro?
Et tamen nec tu respondes quicquam: nec caeteri rem certam denunciant. Si me
amas mi Saluiate sume hoc paulum laboris. Fac intelligam tuis literis haec
omnia: etiam rem Francisci nostri quo tramite pertransierit: aut ubi consti-
terit significa. De caeteris meis rebus nihil scribo ad Comitem quantum sum respicio: illi
me ut commendes oro. De oratione quam gloriam reportaueris cupio scire. Bene uale.

Campanus Quarqualio suo. S.

ETIAM si esses bestia non te contemnerem: plures enim facio ingenium tuum
quam aut alii credant: aut tu arbitrere. Quamquam in hoc fallimur plerique omnes:
quod ingenii sicut rerum altarum extimatio uana est: porro ex extimatione pres-
tium oritur: Quisquam tanti est: quanti cuique est: Mihi uero

Quarqualis plus est unus quam caetera Roma. Sed tamen ad nostros reuocat me musa poetas
Sit licet is uultu fuscus: alta canit. Quid de Domitio? quid quoque Xancto meo est.
Expectas ueterem consuetudinem scribendi meam: sed tempus abiit: redeunt noua sac-
cula: Vnum uno & rapimur tanquam non bona nostra die: Papiensem meum quam frequens adis: ut
te uidet libenter: ut illi scribis aliquando.

Campanus domino Andreae Lucentino. S.

DOLENTER amantissime compater acerbum accepi nuntium optimae &
sanctissimae commatris meae. Sed mihi iam pridem ita de rebus humanis per-
suasum est: ut tristitia & luctuosa nunciari aliquando possint: noua & insueta
non possint. Vno ictu filioli tui tam puerili aetate ac infantili potius & per-
turbatio domus: & dolor confusae orbitatis animum meum perculerunt. Quam
sancta femina: quam benigna: quam hospitalis: quantis praedita moribus interit nobis. Verum
ut ait ille satius aliquando cecidisse quam semper pendere in cruciatu. Non potes non dolere:
non conqueri: non angere. Fecit te patrem septennio sex liberorum: quod uni mulieri satis
esse poterat ad fecunditatem: haec tibi tam breuissimo spatio exoluit: ut uix incepisse
tam parere uisa est: cum maturam sobolem: & numero & indole praestitisset. Mi compater
nouum animum: nouam prudentiam & constantiam tuam: feras haec non tanquam humana: sed
potius tanquam facta diuinitus. Caeterum Epithaphium seu mauius Eulogium conscripsi mi-
nus quidem eleganter: sed quantum inter luctum & dolorem adhibere ingenii licuit: po-
teris consilium petere uel Patricii nostri: qui est his in rebus assuetior & tritior: uel si ad
carmen inclines nostri Papiensis. Mihi carmen uisum est elegantius: non quia uetustior
sit haec consuetudo. Sed quoniam habet nescio quid & ad memoriam & ad delectationem
carmenis gratia. Tu uteris arbitrio tuo:

Iuncta uiro coniunx septem Katherina per annos

Sex illi natos: pignora chara dedi. Sic quaecumque uenit rebus mortalibus hora
Doribus eximiis quantum fuit altera nulla. Esse potest nobis ultima: uita fuga est.

Sed fatum non est uincere cuncta rapit.

Si prosa fuerit gratior quae & rerum noticia impleat magis lectorem & breuitate delectet:
poteris nostro Patricio uti. Ego sic conderem: Katherinae Piccolominae: Andreas Lucen-
tinus coniugi beneuolenti fecit. Vixit annis 26 Bene uale

Consolatoria

Solamini

Campanus Archiepo Amalfitano.

agit grat

THESA VRVS præciosissimus uisæ sunt mihi litteræ tuæ nō solum ob illam ipsam: quam mihi promisisti diligentiam: & dñi secretarii litteras tua opera conscriptas: q̄ propter ceteram pietatē in me tuam: ita uideo: ita sentio fœliciores mihi ueteres amicitia & quas priuatus & pauperrimus comparauit: q̄ quas magnis laboribus: summa fide: cōtinuata obseruātia perquisiui: facis mi dñe quod te & ueterem pietatem tuam nō dedecebat. Quod ipse de te mihi nō solum persuadebam: sed firmissime promittebam. Sed in cursu primo cum sis ut calcaribus instes & equū urgeas opus est. Cum secretario qua sim opiniōe minime ignoras cum Rege elaborandum: cum illustrissimo duce contendendū est: cum dño meo Comite Mathalonii: quem ego uirum nō solum uiris omnibus nostri temporis antepono: sed priscais quicunq; sint grauitate & prudentia comparo instandum: Illi me cōmendes: Cui me nō tam fauore ingessi q̄ uirtute dicaui & cuius opera consequi mediocri q̄ alieno studio maxio malim: plurimū refert unde accipias beneficium: mihi fortuna non placet: nisi quæ cum uirtute coniuncta. Io. III. mentionem iucundissimam libenter accipio: nisi q̄ de cano aliquantisper succensui: repulsam hanc ferre animo æquo nō possum. Tu pacem ut conficias necesse est. Scribit mihi dñs Papien ex Vrbe dedisse litteras ad me Neapolim. Id si esset non ad alium q̄ ad te fuissent delata poteris apud mensarios peruestigare. Ego Romam ad Regem Præpositū & ad duce Vrbinū: quid agat aut egerit nescio: De Abbatia cuius feceram mentionem: cum duce III. & Anthonio Carbonen agendum est. Anthonius Senen quem tu Franciscum appellas cōmendat se tibi uehementer non oblitus quid illi iusseris. Iam calamos illos omnes scribendo detriuit: non die nō noctu cessat ab opere. Viuimus in ciuitate latissima: Venationum nostrarū neq; Rex neq; dux decimationem exigit: Piscationes præsertim hibernæ permodicæ sunt. Neapolitanos pisciculos somniamus: expectamus æstatem flumina euersuri: nō adeo sumus miseri ut arbitramini Vera est illa sententia philosophi præclarissimi: Nam poetam hac in parte nō dicerem: Fortunam pol met ipse sibi fingit sapiens: nulla sentētia clarior: nulla sanctior: nulla probatior. Quis est qui se fœlicem nō possit putare si uelit: uelle autem unūquēq; quis dubitet? Citra patriæ nescio q̄ occultam charitatem: quis me beator: libertatem agnosco meā Interspiciandū Cardinales & Pontificem excaco incaco decaco: etiā si Papien meus sit: Cogitationis & curæ subit nescio quid tum demū cum crumenæ peculium desit: per cætera fœlix sum: Cardinalis sum: Pont. max. sum: sed delirando protractus sum longius q̄ arbitrabar. Faciam finē scribendi: nō tam desyderio consulens q̄ modestiæ ordinis. Bene uale.

Campanus Anthonio Gazo. S.



CLARISSIME dñe & compater mi affectuosissime salue. Molestiæ nō nihil mihi attulerūt litteræ tuæ. Sciebam nusquā uacare inuidia uirtutem: sed insufurrari tam aperte: tam conficta fronte: tam porrectis oculis: tam uoce impudenti quæ nescias nō modo audacia summa: sed flagitium plus q̄ immane est. Cognita est omnibus ualitudo mea: quanq̄ suspicionis aliquid inuulit morbus: Iam inde Fulginæ contractus: homines ignari rerum & imperiti perturbant omnia. Vertigine quadam affectus passus sum aliquam perturbati capitis motionē Caducum ut aiunt aut Iuaticū aut epilepticum sensi nunq̄. Ita res habet cū essem Neapoli & sermo cum dño Io. de me incidisset: aperui omnia non esse me qui olim fueram. Aperui & cum Amalfitano meo detractam esse ueterem ualitudinem: hic morbus nunq̄ ne nominatus est quidem: An puderet compater morbum hunc confiteri? Quem sciebā & Caium Cæsarem & alios complurimos esse perpeffos. An puderet quod naturæ necessitas esset id me ad uerecundiā deputare? Fulginæ cū essem nocte media somno graui oppressus: atq; ita ut excitari nō facile quieuerim: composui fatcor me ad mortem. Reuixi multis remediis adiutus: paulo post passus sum iterū: & tertio. Intra. xx. dies acta hæc omnia. Acciti medicos undiq; iussi: qui præsertim interuicinos uulgo probarent. Cōueniunt Italiae probatissimi: Honofrium Fulginatem Perusini sine precio miserunt. Petrus Grassum Iulius Camerinen ad me etiam cum aliqua pecunia destinauit. Io. Cassianum Spoletini nō admoniti nō requisiti ad me magnis cum obligationibus uenire iusserunt. Fulginates medici qui aderant me nunq̄ reliquerunt. Omnium horum sententia fuit egrotare me stomachi fumo: quem & græci uocant. Octo deinde continuos menses sanus ualensq; fui. Veni Neapolim passus iterum in ponte: uel uertiginem quam dixi

*De fortuna**ta sententiam.**fini epte**Intra detractores
Inuectiua**narrat morbum
q̄ laborauerat*

uel quod detractores ut libitum est nominent. Nihil scribo ad te mi compater: quod nō sit q̄ exploratissimum: habes de mea ualitudine totam rationem: Mihi uero neq; Neapoli esse: neq; nō esse discrimen est: ubiq; Campanus sum. Hæc cum Amalfitano meo cōmunices oro. Vale & cōmatrem atq; filium millies saluta.

Campanus Duci Calabriae. S.

SERO quidem gloriosissime princeps promissum a me munus: uerum nō sine causa in hunc diem delatum: nunc tandem ad te mitto. Malui celeritatem meam desyderares q̄ exposceres fidem. Librum habebis mea sententia q̄ emendatissimum: addo etiam q̄ integerrimū: & quo nihil possis suspcari erroris: ipsa quoq; excriptione uetustissimum. Codex est ī Germania quidem compertus. Caterum quantū licet confecere nobiscum in Italia natus. Quæ res permultis accidit nō modo uoluminibus singulis: sed uniuersis interdum bibliothecis ut calamitatibus ueterū assiduis ad arbitriū uictorum Cæsarum transportarent: quo quisq; paulo plus afficeretur & ornari ueluti nostris spoliis maluisset. In magna fortuna sum: maq; licentia dotes ingenii dispares. Comparare libellos per facile: naturam bonis artibus imbuere nequa q̄ potuerūt. Gens uictu aspera: inculta moribus: studio uenandi: & militiæ barbaricæ dediti. Quæ ad rapinam q̄ ad iustum cōgressum multo etiā paratior: hæc studia humanitatis nō tam nō attingit: q̄ nō potest capere. Ita mihi uisum est ut cū cæteris artibus magnos haberi & uideri cupiant sese: barbari appellari non inficient: Magna copia librorum uetustissimoz in tota Germania est: patent aditus omnibus: mirum imo dum obseruantur: nulla arte tam capi possunt q̄ q̄ poerici sunt. Si quem libellum ab his postules nō aliter potes impetrare q̄ q̄ poericum afferri patiunt. Vbi ubi aut oculos intendimus: aut in angulum interloquimur: uel decipi sese uel furripi aliqui uel saltem contemni suspicant. Sed barbari sunt: sua ignauia plectunt: ferocia puniunt: humanitate nō alleuantur. Sed quantum ad libros attinet: testimonio nobis est quod usurpatum ueteri ē prouerbio: Arma nō semper artificii cōuenire. Tu autem humanissime princeps: cū hunc leges: leges autem pro tua diligentia per sape animi mei fidem: nō fortunam cogitabis. Vale foeliciter.

Campanus Anthonio Gazo. S.

VIRE accidit mihi præter animi mei deliberatam uoluntatem: ut quotiens mentem subit aliquid ad te scribendi ultro aliqui amicorū occurraut: Qui q̄ proposueram interuertant: Iocunditatem omnem animo conceptā permutent in fastidia & curas: hoc partim ex me qui sum ad omnia facillimus partim ex innata & admirabili humanitate tua prouenit: partim etiā interdum ex hominū meritis: quibus nō adesse apud eos qui iuare possunt nefarium est. Fuit hic Terami præclarus iuuenis: & nūc peritissimus legum doctor. D. Paulus de Palectis: quem ego iam a primis annis ita complexus sum & coplector ac si genuissem. Gerit nūc præfecturam in guardia Greliis cum gratia tanta quanta esse possit in homine præsertim externo. Cupit in oculis hominū uersari: & si fieri opera tua possit esse Neapoli: quod ut facilius efficere queas. D. H. regēs quatuor habere penes se iudices cōsueuit: hic ut unus ex his eligatur exposcit. Scribo de re eadem ad dñm Regentem. Scribo etiam ad te ut ea facias dicasq; quæ fieri ac dici hanc in rem pro homine tam extimē merito consueuerunt. Deniq; hanc gratiam ex tota curia unus pauperq; deponco: Relaturus si gratiam aliam nullam certe animum liberalem. Bene mi compater cōmatrem meā nobilissimā foeminam saluam esse iubeto: & Vincentium filiolum.

Campanus Saluiato suo. S.

QUAM scribam scribam ad te quotidie: cum siti litterarū tuarum exarescam: hominum crudelissime nihil rescribis: uideor tecum factus aranea: Quisquis in rælam incidit arrumpit: in occasione scribendi mora nō una conuoluitur. An sum ego indignus: cui de rebus fortunisq; Saluiati mei significet? Quid agas quid iperes: quid desperes: cui confidas diffidas ue. Scio uictorem omnium rerum esse tempus adiuctum industriæ. Metire qua gratia nunc habeari: qua uolubilitate iactemur. hoc tantū ut intelligas desyderium meū. Vale.

Campanus Cardinali Papien.

NUMINI meo unico. Anthonio Senen: quem nunc & amor patriæ & studiū suorum ad se rapit mandata quædam ad te dedi. Eum ut audias: atq; porro ut exandias oro. Magna petet uerū in tanta spe atq; adeo in tanta diuersitate fortunæ quicquid mensurari potest: & etiam si maximū sit & exiguū est: Pii meo

descriptio tradita germanorū & mo

De manuscripto

Comidatitia exordium.

Narratio

Causa iuuenis coram petito

epilogus cum gratia actione

Comidatitia

morla: beneficia tua praterita: & officiorum cōtinua: io: pollicitationesq; nō minores offi-
cii omnia mihi de Papien̄ meo promittunt. Bene uale.

Campanus Cardinali Papien̄. S.

CVM secundiores afflabunt uenti: Maioribus ex oculis recreabimur. Ego
animū tuum magis q̄ meam necessitatem consydero. Alter ad omnia sup-
petit: Alterā nunq̄ offerri potest tantū ut nō plusculum expetatur. Gratias
tantæ beneficētiæ a me: sed uel ab te ipso: cui accrescit hæc gloria apud po-
steros: nobiscum uictura: uel a Pii nostri beneficiis apud quem quantus fue-
rim: quantūq; efficere conareris: Sit in rerum a te gestarū silentio. Duris me premi uiuo
te nō cogito: De profectioe ad Ferdinandū ipse uiderit. Mihi satis erit præsentia nō de
fuisse: ordine intelliges omnia quæcunq; acciderint. Epigrammatum quando ita est iudis
tium tuum habebimus delectum: Quæ uentura ad posteritatem uidebuntur auctore col-
ligemns: quæ minus habebunt roboris & gratiæ: aut contemnent: aut supprimentur. De
cipimur plerūq; studio nostri: sed tamen in lymam afferent: Gratiore erunt uersus: quos
ipsi emendabimus: q̄ quos cæteri somniabū. Nulli deest interpretatio sua: nec grauis erit
is labor etiam pro Cauellis: ætas admonet. Cani iam diu receptui cecinerūt. Sed tibi ma-
gis cauendum est senis ne dum milites recensentur aliquid interea effluat temporis dum
securius dormitur isthic: Multa meæ quondā tuto potuere Cauellæ
Sollicite molles: quæ ne quiere Senæ. Vale.

Campanus Saluiato suo. S.

Væ cupiam: quæ sint opus intelliges ex Antonio Senen̄ meo iuene or-
natissimo nō uestitu: sed moribus. Addo etiam & doctrina. Obsecro remit-
te cum ad me & q̄ citissime & q̄ optime expeditum. De cane rerum fortu-
narum nō est nisi dubia atq; incerta possessio. De epistolis: crenerunt in uo-
lumen: quod ipse conscripsit: sed celeritatis tuæ: si tarde mittentur non mea
culpa: nō sua sed occupationū: dabis ueniam si uoles: si nolis fer hanc dilatiunculā æquo
animo quando quotidie crescit ulura. Vale. Campanus Grifo suo. S.

Rise uales an nō: nūqd tua pspera uota Fluctuat: an tumido nr̄a carina mari
It mea cymba notis iisdem tā nauigo fœlix Quā uenit ad cursus aura secūda
tuos. Et est plane mea fortuna coniuncta cum tua. De rebus tuis: patrocinio
tuo deniq; quicquid est tuū utor ut tu. Accidit hoc fœlicitatis: quoniam omni
caret suspitione beniuolentia nostra semp fuisti mihi qui nūc es: semper me habuisti quē
nunc habes. Proinde si quid peto quod nimiū censeas: accusa ueterem humanitatem tuā:
noui supercilii: nihil addas. Amāuissime Senen̄ meū ornatissimū iuuenem audias oro iu-
ues: dirigas: Eo benignius quod absente me. Nā datur plerūq; hominis præsentia quod
importunitas extorquet magis q̄ quod officiū præstat. Fac Anto. redeat compos honesti
uoti & beneficio tuo affectum se gloriatur. Bene uale mi Grife.

Campanus Federico Duci Urbini. S.

ILLVSTRISIME domine: dñe & benefactor mi unice comen̄. Opus
randem ab Ill. dñā tua mihi iniunctum peregi quidem: sed ita ut res quæq;
magna ex parte assolute: maiore tamen ad tælām relinquantur. Magnū stu-
dium: uehemens desyderium: uoluntatē tamen æquare nō potuerunt. Igno-
res imbecillitati ingenioli nostri & nō quid ægerimus: sed quid agere uo-
luerimus: consyderabis: uetus est usurpatūq; proverbii: Nō possumus primi esse omnes:
omni in tempore: Est etenim ratio diuersa fortunæ q̄ bellis: ubi tu sine omni controuersia
obtines principatum: & tamen non omnia quæ ad militiam pertinent pro modestia tua
prosecutum te confiteris: obsequendi tuis maioribus diligentia imperandi tuis militibus
seueritatem. Municipibus quoq; & prouincialibus tuis honestam libertatem & habes &
amplexaris. Et quod est a Gabria dictum: Eum esse optimū imperatorem: qui hostiū cō-
silia maxime noscat. Qua diligentia nemo est arate nostra præstantior: qui nō solum qd
hostes cogitauerint præuidisti: sed consiliis occurristi semper: & tanq̄ semp cum fortuna
dimicaueris. Solus ad res magnas ineluctabilesq; reseruatus: quod cæteri nō ausi sunt at-
tentare. Ipse diuina uirtute & animi magnitudini confecisti: unicum perfugiū rerum ma-
ximarū quæ in Italia geruntur: & tanq̄ Themisthocles alius: platanus es omnibus oppres-
sis: qui sub tua umbra recreentur. Nec una dūtaxat uirtus probitatis in te est: quacunq; de
gloria fiat sermo: in mediū si uenias sūmus prædicaris. Res bellica iam pridem extincta

ad patromm.
uiba amatoria

Comendā
ticia
Ga amatoria

officio

causatoria
āia Sentētia

is hominis bellig

metaphora.

In Italia: nūc per te sic est exuscitata: ut uenisse ad cumulū uideat. Modestā tuā nō mirantur solum hoīes: sed passim obstupescunt: clāmentia tanta es usus: ut bene tibi uelle prospera; optare non solum ciuitates: sed & prouinciā fateant. Egisti quod ueteres censuerunt optimū imperatorē eum esse: cuius opera q̄ plurimi saluent. Sed nimis uagatur oratio nostra. Res tuæ gestæ loquunt & prædicāt: ut cum omnes ornari te uelint uirtute tua superati mīnora semp de te dixisse: q̄ ratio exigit uideantur. Vale.

*laudis perōdas
finis epte*

Finis epistolæ.

PER VSINORVM AD PIVM. II. IN OBEDIENTIA
ORATIO.

Novissime ab Angelo Vbaldo uiro spectatissimo: Perusio allata: Campani fertur tamen ex nitidis suis illius nō uideēt eloquentiæ fontibus hausta. Pulchra est ideo nec oīno hoc genere spernenda. Fer iudicium Lector: nam spero fore: ediderit quisuis: eius te lectione nō minimū delectatum plane fatebere.:



Sulla unq̄ ciuitas: & res publica Pater sanctissime atq; optime nouo principe gauisa est: & lætata uehemēter: eā Perusinoꝝ in isto gloriosissimo principatu tuo: p̄ incredibili totius ciuitatis plausu: omniūq; ordinū gaudio studio: atq; læticia singuloꝝ dicendū esse censemus. Nam cū primū renuntiatum est ciuibus nostris te ad eā diuināq; Pontificatus excellentiā & fastigiū peruenisse. Tanta extēplo exhylāto atq; inauditū gaudiū aīos omniū incessit: ut succensis facibus: & per urbis mœnia dispositis ciues oēs: tripudiis cantuq; certantes: ac nomen tuū in cœlū efferentes: tota urbe incredibili plausu uagarent. Alter alteri simul rem aperientes: simulq; diis immortalibus gratias agentes: q; te sibi principē ac dñm sua cœlesti: diuinaq; prudentia statuissent. Cognitā enī habemus singularē tuā animi æquitatē: Imperandi mansuetudinē atq; prudentiā. Cuius animus ita sp̄ integerrimū habitū esse acceperamus: ut nihil unq̄ in omni uita: nisi sanctū: honestū: & omni laudū genere dignissimū egisse uno omniū ore censereris. Quā obrem & añ adeptum Pontificatū: oēs ad te unū cōuertebamur: te nobis dari pontificē optabamus: qui & māsuete scires imperare: & æq̄ta te atq; iusticia cæteros mortales anteires: Et legibus ita uiueres: ut exemplū esses sancte uiuendī cæteris: Iura quoq; humana: diuināq; tam mirifico studio complexus: ut nemo unq̄ tempestate nostra: in his tibi potuerit facultatibus cōparari. Profectō nō humano cōsilio: nō casu: & temeritate fortunæ: sed diuino quodā auspicio factū ē Pater optime atq; sanctissime: ut ex tot clarissimis & p̄stātissimis uiris unus omniū censereris, elegereris: solus dignus habitus q̄ sūmus Pōtifex creareris. Aderant p̄multi sanctissimi quidē illi uiri: & toto terræ orbe delecti. Sed nequāq; tibi: neq; sanctitate neq; sapientia cōparādi: neq; in regendī: gubernādī: amplificandiq; imperiū sciētia cōferendi. Quis enī uel regere cōsultius uel gubernare sapiētius potuisset: q̄ qui diuināq; humanarūq; legū: qbus regunt & gubernent oīa: plenā fuerit p̄fectāq; noticiā cōsecutus. Et animū habeat nō solū natura mansuetū: sed rerū etiā iudustria & bonis artibus: & i primis sanctissimarū legū institutis exornatū. Beatas fore res publicas & ciuitates: quæ a sapientibus regent. multi quidē p̄clari uiri memoriæ pdiderūt: Litterisq; mandauerūt: sed eis nos multo beatiores: ac omniū foelicissimas existimamus. Quæ nō a sola sapientia præditis: sed a sanctissimis deoq; acceptatissimis hoībus gubernant. Qd̄ cōrigisse nobis ī isto gloriosissimo Pōtificatu tuo uidemus. Scimus enī te nō sapientia solum: qua cæteris mortalibus antecellis: sed diuina quadā ac cœlesti: qua p̄ditus es sanctitate: oīa moderaturū atq; gesturū. Hoīes enī quantūcūq; sapientes: uel hoc possunt: q̄ sapissime errare. Qm̄ sunt homīes: cæterum q̄ sancti sunt: Et deoꝝ īmortaliū familiaritate p̄sidiōq; muniti: ab oī sūt errore & stulticia prorsus alieni. Qualē te sanctissime Pater: & tui mores integerrimi: & acta sanctissime iā pridem uita pollicet q̄ spem: q̄ fidem: q̄ religionē: q̄ deum: ita semp obseraueris: sancteq; cōlueris ut admirabilis apud oēs uirtutū & morū opinio cōstaret: & sanctus i primis: ac deo familiaris haberis. Quæ cū ita se habeant: quis tā barbarus: tam īmanis: tanq̄ a suis alienus rōnibus: ut pontificatus tui creationem nō maxime p̄bet: & sibi ipsi atq; huic nostræ

Congratulatoria

*Sans principis
a Regis eius*

tempestati & christiane imprimis religioni gratulet: & tuo imperio pareat: oibusq; in re-
 bus obsequat. Quapropter ciuitas nostra Pater sanctissime primum foelicitati tuae uehe-
 mentissime congratulat: Disq; agit immortalibus gratias: q; ea te in dignitate constituerunt
qua nulla maior in orbe terrarum nec esse pot: nec excogitari. Postremo tuo imperio sese
 dedens pntē statū: sanctitati tuae sumopere comendat: Ciuitatē enī habebis: ut pace sic &
 bello gloriosam: nec armis q̄ consilio inferiorē: Ceterum supra q̄ dici pot: fide integritas
teq; pntantē. Nam q̄ gerendis bellis Perusini: eum scientia militari: tū animi magnitudi-
 ne ualeant ignorat nemo. Nusquā plures & bellicosiores cū milites: tū duces oriunt: siue
 aetatem nostrā cōtemplemur: siue superiora tempora memoriae repetamus: plus ex Perusis
 nis ductū: q̄ militū ex ceteris Italiae populis reperiemus. Eas uires militatēq; disciplinam
 aut industriā: rerū gerendarū in fidem: opem: p̄sidiū Romani Pōtificatū cōferre consue-
 uerunt: & quotiens res exigeret conferrent. Neq; unq; & tuendae religionē defecerūt: & in
 fide semp atq; officio quacunq; fortuna pmanerunt: Quae uero ad pacem p̄tinent studio
 nullo in loco meliore: Leges in ea quotidie nō legunt solum: sed nouo quodā modo: no-
uaq; solertia interpretant: & in totū terrarū orbē: quasi riuoli quidā a latissimo fonte pfun-
dunt. Studia uero humanitatis & eloquentiae: ut philosophiae atq; artium reliquarū longe
 celeberrima. Quae oīa sanctitati uestrae: etiā atq; etiā comēdam. Fides uero ea fuit semp
 ciuib; nostris ut quicq; siue domi: siue militiae gesserint: nunq; a fide potuerit atq; ab of-
 ficio remoueri: & a cōdita Perusia maximū p̄buerint ceteris cōstantiae & integritatis ex-
 emplū. cū erga ceteros mortales: tū maxime aduersus Pōtiffices: quorū imperio paruim
 semp: & in secūdis aduersisq; rebus: & i oī deniq; fortuna obsecuti sumus. Satis cōstat san-
 ctissime Pater: pntem hunc ciuitatis nostrae statū nunq; a Romanis Pōtifficibus: neq; paz
 ce neq; bello defecisse: nō in exilio: nō in calamitatibus: uel foeliciores uel turiores extitisse.
 Quippe quotiens sumi Pōtiffices uel oppressi tyrānis: uel Romanorū factionib; pulsī fa-
 cris seclibus exulassent: totiens nobiles atq; optimates quos penes ciuitati nostrae impe-
 rium suū maximas clades calamitatesq; p̄pessos: partim intra mōenia trucidatos: partim ī
 exiliū fuisse deiectos: eosq; ipsos nō añ reuocatos in patriā q̄ Romani sumi Pōtiffices re-
 cuperato imperio reuerterent. Huic spes fortunaeq; nostrae semp: huic picula: tēpēstasq;
 pepēderūt. Pōtifficibus pulsīs: nostris optimatibus locus nō erat: illis receptis: tota nostris
 patebat Italia. His compositis rebus: & te Pater sanctissime Pontifice adeptis: nihil est qd
 amplius tū maxime Perusini: tū ceteri quoq; populi uereant. Nullis unq; procellis tanto
 freti gubernaculo: Nullisq; tempestatibus exagitabimur: nemo nostris fortunis: uitaq; in
 sidiabitur. Nemo nos agris: nemo ciuitate depellet: neq; inferre nūq; bellū opus erit: neq;
 propulsare: ut tantū distemus a metu: quantū qui firmissimo sunt in rerum statu: atq; opti-
 mo cōstituti. Deos obtestamur īmortales: ita rebus cōsulant humanis: quē ipsi uel soli ad
 totius orbis gubercula deligerunt: & ab omni molestia morbo atq; aduersitate tueantur.
 In cuius salute omnium salus & tranquillitas continet.

Finis.

Quisquis terfiloquum scribendi concupis usum
 Hūc tibi Campani scripta decora dabūt
 Hinc ueterum seruare potes cū pondere leges
 Priscaq; maiestas fulserit illa tibi.
 Hoc doctē: hoc suaue: hoc & gratus: & oīa pulchra:
 Hoc Cicerone potes scribere digna dūce.

REGISTRVM HVIVS LIBRI.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m. a.c.e.g. quaterni. b.d.f.h.i.k. terni. l.m. duerni.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

REGISTRUM HUIUS LIBRI

[Faint text below the header, possibly a date or location.]

11
C
P
P
11

UVA
IyR

306

CANT.

patru

Epistol

Biblioteca de Santa Cruz

yR 29

VA. BHSE
yR 29

